


*AMSTELODAMI,*
Apud IACOBUM à MEURS, in foſſa vulgò de Keyſersgracht,
ANNO MD. C. LXVII.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ATHANASII KIRCHERI
E Soc. Jesu

# CHINA MONUMENTIS,

*QUA*

Sacris *quà* Profanis,

*Nec non variis*

NATURÆ & ARTIS
SPECTACULIS,

Aliarumque rerum memorabilium
Argumentis
ILLUSTRATA,

*AUSPICIIS*

LEOPOLDI PRIMI,
ROMAN. IMPER. SEMPER AUGUSTI,

*Munificentiſsimi Mecænatis,*




*AMSTELODAMI,*

Apud Jacobum à Meurs, in foſſa vulgò de Keyſersgracht,
Anno M.DC.LXVII.

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE FONDS ... LILLE
Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# JOANNES PAULUS OLIVA
## SOCIETATIS JESU
## PRÆPOSITUS GENERALIS.

CUm Opus, *cui titulus* China Illuſtrata, *à* P. ATHANASIO KIRCHERO, *noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum, tres ejuſdem Societatis Theolôgi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, poteſtatem facimus, ut typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur: in cujus rei teſtimonium has literas manu noſtrâ ſubſcriptas, Sigilloque noſtro munitas damus, Romæ* 14 *Novembris* 1664.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

VENERABILI

*ET*

RELIGIOSISSIMO PATRI

# P. JOANNI PAULO OLIVÆ,

*Supremo Societatis* JESU

MODERATORI.

SIſtit ſeſe venerando conſpectui TUO, RELIGIOSISSIME PATER, in novo hoc ingenii mei partu grande illud ac immenſum pœne Tartarorum Sinarumque Imperium, abſoluto unius Monarchæ dominio arbitrioque, id quod mirum cuipiam videri poſſit, adminiſtratum: tantæ verò amplitudinis, ut in terreni Globi ambitu, ſi potentius, ſi majus populoſiuſque quæſieris, par huic non invenias. Solum



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

lum *Sinarum* Regnum videas innumeris, iiſque florentiſſimis Urbibus ità inſtructum, ut earum quamque ſi integram dixeris Provinciam, haud abſurdum dixeris: ita frequentibus excultum Oppidis, Caſtellis, Villis, Delubris, Fanis, ut ſi muro illo trecentarum leucarum omnibus ſæculis memorabili undequaque clauſum foret, *China* tota quanta quanta non Regnum, ſed una Civitas non immeritò dici poſſet, in qua tantam rerum omnium humano generi neceſſariarum ubertatem videas, ut quod ſagax Naturæ induſtria reliquis Mundi Regnis ſparſim diſtribuit, id totum in unico hoc ſummatim comprehendiſſe videatur. Non dicam hoc loco de ſumma Tartarici Regni vaſtitate, quæ in tantam amplitudinem ſeſe extendit, ut nemo hucuſque inventus ſit, qui in eo longè latéque exporrectarum Regionum terminos detexerit. Cum itaque tale tantumque, quod in hoc opere deſcripſi, ſit Imperium, hoc unicè, quotquot Divinæ gloriæ promovendæ zelo ardent, ſummè deplorant, in tanta gentium populorumque immenſitate, innumeros adhuc reperiri incognitarum partium populos, quibus denſâ errorum caligine offuſis, & in tenebris

& umbra

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

& umbra mortis conſtitutis ex operariorum paucitate via veritatis nondum innotuerit, nondum juſtitiæ lumen illuxerit. Tametſi enim jam à decem luſtrorum curriculis in hac vaſtiſſima vinea quovis modo excolenda, non ſine inſigni animarum lucro, inconfuſibiles Societatis JESU operæ ſummo labore ſtudioque incredibili deſudaverint; parum tamen id omne cenſeri debet, ſi veneæ ſpinis ſentibuſque ubique locorum adhuc oppletæ, ſylveſcentem vaſtitatem intueamur; in qua quot incultarum partium diſtrictus, tot vigere videas differentium Sectarum; quam curioſarum, tam ſuperſtitioſarum monſtruoſa inſtituta, quam multa, tam ſtulta Dæmonum commenta, quibus

*Dæmonis ira premens odiis & fraudibus Orbem*
*Semper, nec damnis hominum exſaturata quieſcit.*

Hinc Neophyti, qui Salutis æternæ ſemitam jam Superni luminis irradiatione invenerunt, tanta pereuntium animarum ruina perculſi, ad TE veluti PATREM ſupremum Soc. JESU Modera-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

deratorem ſollicitis anxiiſque animis confugiunt; ad Te afflictarum animarum vota, veluti ad unicum damnorum ſpiritualium Inſtauratorem convertuntur, ut quemadmodum jam à compluribus annis Apoſtolico concionatoris munere functus, Euangelicæ prædicationis ſemitam, ſummo totius Urbis & Orbis applauſu, quâ voce, quâ libris in lucem editis illuſtraſti, nec non tantæ Infidelium multitudine quid obſit, quid proſit, diuturno experimento comprobaſti, ita quoque jam Divina Providentia Inſtituti verè Apoſtolici puppim clavumque adeptus, infelicium animarum ſortem miſertus, quæ ad eos in ovile Christi introducendos remedia congrua noſti, ſubminiſtres. Quod tunc opportunè futurum ſperamus, ſi in deficientium paulatim ſeniorum Patrum locum, novos ſemper novoſque (ne ſylveſcente paulatim Eccleſia, tot annorum fructus, tanto Noſtrorum Patrum labore & ſudore collectus, irritus reddatur) ſubſtituas Divinæ Legis propagatores. Interim noſtrarum partium erit continuis ad Deum Optimum Maximum effuſis precibus Te apud Coelites ſuffulcire, ut quæ pro Divini Nominis gloria & ad Sinicæ Eccleſiæ incrementum in ultimis illis Terrarum finibus, magnæ mentis

Tuæ

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

DEDICATIO.

Tuæ capacitate fieri poſſe cogitaſti, inſigni meritorum cumulo tandem conficias. Vale Religiosissime Pater, Deo, Ecclesiæ, & toti Societati diu ſuperſtes.

*Romæ* 8. Decembris Anno M. DC. LXVI.

*Religioſiſſ. Pat. Vræ.*

Servus humill. & obſequent.

Athanasius Kircherus.

** PRO-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# PROOEMIUM
## AD
# LECTOREM.

QUod jam dudùm in meorum librorum Catalogo pollicitus ſum, modò, fidem liberando, præſtandum duxi, eo vel potiſſimum conſilio inductus, quod à duobus circiter luſtris ingentem rerum Sinicarum, vicinorumque Regnorum de antiquitatibus & ſuperſtitionibus, quibus dictas Gentes miſerandum in modum involutas referebant, copiam coacervarim; quarum quidem primò *P. Martinus Martinius Tridentinus*, eximius ille *Atlantis Sinici* ſcriptor, olim privatus meus in Mathematicis diſcipulus, non exiguam ſupellectilem communicavit, qui uti ingenio acuto & perfervido, mirumque in modum curioſo, Mathematiciſque diſciplinis ad hæc probè inſtructo pollet: ita quoque nil curioſarum rerum, ſive mores iſtarum gentium, ſive naturam rerum ſpectes, quo gratam ſibi poſteritatem, potiſſimum Geographiæ & Aſtronomiæ ſcriptores obligaret, omiſit. Undè rerum inquiſitione non contentus, inquiſita propriis oculis examinanda examinata in Reip. Litterariæ emolumentum conſcribenda cenſuit, quod & in *Atlante* ſuo egregiè præſtitit. Succeſſit huic *P. Michaël Boim Polonus*, qui à Rege & Imperatore *Sinarum Conſtantino*, ejuſque Matre *Helena*, ad Chriſtianam fidem operâ *P. Andreæ Xaverii Koffler Auſtriaci* recens converſâ, ad *Innocentium* X. *Romam* miſſus, admiranda, & poſterorum memoriâ digniſſima contulit, prout in decurſu hujus Operis patebit: poſt quem appulit ad nos *P. Philippus Marinus Genuenſis*, *Iaponiæ* Procurator, ex cujus relatione partim oretenus, partim ex libro, qui *de Miſſionibus Patrum Societatis IESU in* Japoniam, Chinam, Tonchinum, *cæteraque noviter detecta Regna ſuſceptis*, inſcribitur, plurima ſanè accepi, queis ad ſpartam meam exornandam, mirum in modum mihi profuit. Subſecuti ſunt hunc *Romæ* adhuc ſubſiſtentem alii duo Patres Germani, quorum primus *P. Ioannes Gruberus Linzenſis Auſtriacus*, alter *P. Henricus Roth Auguſtanus*, Viri ſtudiorum cultu inſignes, nec non magna rerum experientiâ docti, eam mihi rerum rariſſimarum uber-

P. P. qui ſua ad hoc opus ſcribendum contulerunt & ſollicitarunt.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ubertatem contulerunt, ut iis deſcribendis ingens copia pæne me inopem feciſſe videatur. *P. Iohannes Gruberus* Mathematum cultu inſignis Anno 1656. ad *Sinas* abiturus, hîc *Romæ* à me ad omnia & ſingula, ea qua par eſt, fide, quæ Reipub. Geographicæ nonnihil luminis adferre poſſent, obſervanda ſollicitatus: quæ obnixè ab eo contenderam, ultra quam dici poteſt, fideliter præſtitit. Abiit hic anno ſupramemorato *Româ*, & *Anatoliâ*, *Armeniâ*, *Perſide*, *Ormuzio*, *Cambajâ*, *Indiâ*, omnibuſque denique Regnis Oceano adjacentibus peragratis, tandem feliciter *Macaum Sinarum* portum attigit: ubi nonnihil viribus inſtauratis, univerſam *Sinarum* latitudinem emenſus, civitatibuſque principalibus perluſtratis, tandem ultimam *Chinæ* Metropolim *Pequinum*, Monarchæ *Sinarum Tartarorumque* Regiam attigit, ubi biennio commoratus, ſinguliſque ſummo ſtudio obſervatis, juſſu ſuperiorum Provinciæ Sinicæ negotiorum cauſa denuò *Romam*, unâ cum Venerabili *Patre Alberto Dorville* miſſus, univerſam *Aſiæ* longitudinem, itinere hucuſque ab *Europæis* intentato, emenſus, quæ mira & nobis incognita obſervavit, expoſuit. Qui in *Mogorum* Regno, *Agræ* Metropoli, ſupramemorato *P. Alberto Dorville*, viro longiori vita digno, labore itinerum fracto, defunctoque, in laborum itineriſque ſocium ſibi *P. Henricum Roth*, virum prudentiâ & doctrinâ conſpicuum, *Agræ* tum rei Chriſtianæ promovendæ intentum, adſcivit, trium linguarum, Perſicæ, Indoſtanicæ, & Brachmanicæ, inſtructiſſimus. Qui dum hæc ſcribo, mecum continuò morantur, eaque, quæ ad Divini Numinis gloriam, & boni communis emolumentum, quovis modo profutura norunt, communicare non ceſſant. Quoniam verò Patribus continuò in ſalute animarum procuranda diſtentis, neque otium tempuſque & media, ad rariorum quarundam rerum, quas in ſuis per vaſtiſſimas illas Mundi Regiones ſuſceptis itineribus obſervârunt, notitias tum deſcribendas, tum in lucem edendas ſuppetat, hoc unum à me contenderunt, ut illa, quæ tanto labore & ſudore compererant, ſcriptis commiſſa blattis & tineis non cederent, ſed in unum volumen congeſta, in Reipub. Litterariæ bonum publicæ luci traderem; quod hoc Opere me præſtiturum pollicitus ſum. Ut verò majori cum methodo procederem, id in ſex partes dividendum duxi; ac prima quidem Pars exhibet marmoreum illud monumentum toto Orbe celeberrimum, cujus cauſâ hoc Opus à nobis cœptum fuit, ante quadraginta quinque annos in *China*, in villa quadam Metropolitanæ Urbis *Siganfu* primò detectum, (in quo doctrina orthodoxa ante mille circiter annos à Sacerdotibus *Chal-*

Iter P. *Iohannis Gruberi.*

*P. Albertus Dorville Agræ obit.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*dæus* in *Chinam* introducta, Syro-Sinicis characteribus inſculpta videtur) plena interpretatione exponitur.

II. Pars oſtendit varia in *Chinam* à fidei prædicatoribus ſuſcepta itinera à *D. Thoma Apoſtolo*, ad hæc uſque tempora continuata.

III. Pars exhibet Idololatriæ in remotiſſimis iſtius terrarum finibus natæ originem, item de diverſis ritibus, & abominandis in deorum cultu cerimoniis; ad *Ægyptiorum* ritus παραλλήλως comparatis.

IV. Pars de curioſis Artis & Naturæ miraculis, quæ in vaſto illo *Sinarum* Imperio comperta, tum quoad ſitum, civilemque gubernandi *Sinis* uſitatam rationem, tum quoad ea quæ in triplici Naturæ, id eſt, mineralium, plantarum, animalium Regno à noſtris obſervata fuerunt, explicantur: atque unâ Noſtrorum de variis rebus exoticis editæ hiſtoriæ à cavillationibus multorum vindicantur.

V. Pars Sinicæ architecturæ in fabricis Ædium, Pontium, Aquæductuum, Murorum, aliarumque inventionum *Europæis* incognitarum admiranda exhibet.

VI. Demum de Litteris Sinenſibus earumque fabrica fusè tractat. Horum itaque Patrum ſubſidio fultus, hæc de origine & Antiquitatibus Orientalium *Aſiæ* Regnorum molitus ſum, in quibus ſi quid Reipublicæ Chriſtianæ dignum occurrerit, illis cumprimis adſcribas velim.

IN-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# INDEX CAPITUM,

Quæ in hoc

# OPERE

CONTINENTUR.

*Proœmium ad Lectorem.*

## Pars Prima.

## Monumenti Syro-Sinici interpretatio.


Cap. I. Cauſa & occaſio hujus Operis pag. 1

II. Monumenti Sinico-Chaldæi ante mille circiter annos ab Euangelicis Chriſtianæ Legis propagatoribus, in quodam Chinæ Regno, quod Xemſi dicitur, erecti, & anno tandem 1625. primum inſigni Chriſtianæ Legis emolumento detecti, fida, ſincera, & verbalis Interpretatio 4

III. De triplici Interpretatione Lapidis ſeu Monumenti Syro-Sinici 10

IV. De Cruce in ſupremo Lapidis apice inciſa 35

V. De Articulis fidei cæteriſque cerimoniis & ritibus in monumento contentis 37

VI. Syriacorum nominum, quæ in Monumento occurrunt, Interpretatio 41


## Pars Secunda.

## De variis Itineribus in *Chinam* ſuſceptis.


Cap. I. Quâ ratione, & à quibus, quibuſque Itineribus, diverſis temporibus, Sacroſanctum Chriſti Euangelium in ultimas Orientis Regiones, Indiam, Tartariam, Chinam, cæteraſque Aſiæ Regiones fuerit illatum p. 46

II. De propagatione Euangelii per S. Thomam Apoſtolum ejusque ſucceſſores in univerſas Aſiæ Orientalis Regiones facta 53

III. De Catajo ejusque proprio & genuino ſitu 60

VI. De vario habitu, moribus & conſuetudinibus hominum illorum Regnorum, per quæ dicti Patres Albertus Dorville & P. Gruberus tranſeuntes obſervârunt, depinxeruntque 66

V. De Mogorum ſive Mogulum Regno, ejusque rebus memoratu dignis, unà cum variis Itineribus in illud ex India & China, vel ex illo in Europam quâ confectis, quâ conficiendis 78

VI. Iter à Marco Paulo Veneto & Haythone Armeno in Catajam ſive Sinas confectum 87

VII. De Chriſtianæ fidei in dicta Tartariæ & Catay Regna per




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*jam expoſita itinera introductione* 90.
VIII. *Ultima fidei Christianæ in* Chinam *introductio* 96.
IX. *De Correctione Calendarii Sinici, & quanta inde bona emerſerint, & de habitu Regum Sinenſium, Fœminarum Regiarum, & PP. NN.* 108.
X. *De modo, quo in converſione* Sinenſium *N. N. P. P. procedere ſolent.* 115.

## PARS TERTIA.

### De Idololatria ex Occidente primùm in *Perſidem, Indiam,* ac deinde in ultimas Orientis, *Tartariæ, Chinæ, Iaponiæ* Regiones ſucceſſivâ propagatione introducta.

PRÆFATIO Pag. 129.
CAP. I. *De* Sinenſium *Idololatria* 131.
II. Japoniorum *&* Tartarorum *Idololatria Sinicæ parallela* 138.
III. *De* Indorum *Idololatria Sinicæ parallela* 147.
IV. *De* Brachmanum *inſtitutis, & quomodo per* Brachmanes *ſuperſtitio* Ægyptiorum, *quave occaſione in* Perſiam, Indiam, *& ultimum Orientis* Sinarum Japoniorumque *Regnum, ſucceſſu temporis propagata fuerit* 151.
V. *De ridicula* Brachmanum *Religione circa hominum originem* 154.
IV. *De alia fabuloſa droctrina* Brachmanum, *& eſt, de decem Incarnationibus Dei, quas Gentiles* Indiani *extra & intra Gangem credunt* 156.
VII. *De Literis* Brachmanum 162.

## PARS QUARTA.

### *China* curioſis Naturæ & Artis miraculis illuſtrata.

CAP. I. *De mirabili ſitu* Chinæ, *ejuſque Politica vivendi ratione* P. 164.
II. *De Politica diſciplina* Sinarum 166.
III. *De Urbibus* Chinæ, *Incolarumque moribus* 168.
IV. *De Montibus* Chinæ, *ſtupendiſque Naturæ, quæ in iis obſervantur, Prodigiis* 169.
V. *De Lacuum, Fluminum, Fontium admirandis* 174.
VI. *De Exoticis* Chinæ *plantis* 176.
VII. *De Exoticis* Chinæ *Animalibus* 190
VIII. *De certis quibuſdam Volucribus, extra* Chinam *inviſis* 195.
IX. *De Piſcibus maris & fluminum Sinenſium* 199.
X. *De Serpentibus* Chinæ 202.
XI. *De Lapidum Mineraliumque in* China *admirandis* 205

PARS.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# INDEX CAPITUM.

## PARS QUINTA.

### De Architectonica cæteriſque Mechanicis artibus *Sinenſium.*

PRÆFATIO 212

CAP. I. *De Pontibus, reliquiſque* Sinenſium *Fabricis.* 213

## PARS SEXTA.

CAP. I. *Characteres Hieroglyphici* Sinenſium 225

II. *Veterum Sinicorum Characterum Anatomia* 227

III. *Characterum antiquiſſimorum* Chinenſium *explicatio* 228

IV. *Differentia inter Sinenſes & Hieroglyphicos Ægyptiorum Characteres.* 233

V. *Et ultimum.* 235

*Concluſio operis.* 237

INDEX

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# INDEX
# FIGURARUM,

*Suis locis à Bibliopego inſerendarum.*


| | |
|---|---|
| Effigies P. Athanaſii Kircheri | *Fol.* 1 |
| A. Tabula Geographica totius Regni *Chinæ* | 3 |
| B. Ectypon Monumenti *Sinico-Syriaci* | 13 |
| C. Syriaca Inſcriptio Anni | 42 |
| E. Nomina Apoſtolicorum Virorum | 43 |
| F. Tabula Geographica Itinerum | 46 |
| H. Crux Miraculoſa S. Thomæ | 55 |
| V. Effigies Magni Mogol | 78 |
| Aa. —— Monarchæ Sinico-Tartarici | 113 |
| Aa 2. Aa 3. —— Habituum Regis, Reginæ & aliorum Incolarum *Chinæ* | 113 |
| Bb. —— P. Adami Schall | 113 |
| Cc. —— P. Matthæi Ricci & Colai Ly Pauli | 114 |
| Dd. & Ee. Habitus Fœminarum *Sinenſium* | 115 |
| Ff 2. Turris Novizonia | 135 |
| Gg. Numina *Sinenſium* | 137 |
| Kk. Typus Puſſæ | 141 |
| Ll. Bruma | 155 |
| Yy. Elementa Linguæ Hanſecreticæ | 163 |
| Zz. Combinatio Diphthongorum | 163 |
| Aaa. *Re* Breve | 163 |
| Bbb. Pater Noſter *Brachmanicè* | 163 |
| Qqq. *Hian* Cervus Muſcatus | 191 |
| Zzz. Pons Volans. | 215 |


ATHA-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# ATHANASII KIRCHERI CHINÆ ILLUSTRATÆ PARS I. MONUMENTI SYRO-SINICI INTERPRETATIO.

## CAPUT I.

### *Cauſa & Occaſio hujus Operis.*

Cenſorum & Ariſtarchorum quorundam de hoc Monumento judicium.

IAm ſex circiter luſtra aguntur, cum in *Prodromo Copto* monumenti cujuſdam Syro-Sinici in China anno 1625. reperti expoſitionem adduxi, quod tametſi apud ſenſatioris animi Lectores, rei novitate perculſos, non exiguum plauſum meruerit, ubi tamen mox iniqui rerum Cenſores & Ariſtarchi non defuerunt, qui naſutis argutiis, & nonnullis quidem aſteriſcis, at non niſi obtuſis plumbeiſque id ſuffigere non deſtitêre; Monumentum videlicet iſtiuſmodi in rerum natura nunquam fuiſſe, atque adeo id purum putum Jeſuitarum figmentum eſſe, non ſibi duntaxat, ſed & aliis perſuadere omnibus modis contenderunt. Tales merito ſuo ſunt & haberi debent pro iis, qui omni divina humanaque fide repudiata, nil quod ipſi non viderint, approbent, nil quod proprium ipſis cerebrum non dictaverit credendum cenſeant. Tales ſunt, qui non ſecus ac importunæ muſcæ, ad quamvis pinguedinem obviam advolantes, quod ſincerum & integrum obfuſcare, quod purum, impuro ac thraſonico quodam afflatu commaculare non deſiſtunt. Quos inter quidam ex modernis Scriptoribus fuit, qui exiguo ſuo honore hujus Monumenti veritatem omni conatu, inſolenti ſanè ſcommate elidere non eſt verecundatus, dum id modò Jeſuiticâ fraude introductum, modò purum putum figmentum à Jeſuitis, tum ad Sinenſes decipiendos, tum ad theſauros eruendos confictum aſſerit: cujus nomini partim ex Chriſtiana charitate parco, partim quia prudentum literatorumque virorum judicio indignus, cui reſponderetur videbatur: cum Monumenti hujus veritas, tot illuſtrium Scriptorum αὐτοψία, tot libris eâ de re vel ab ipſis Sinenſibus magnæ authoritatis *Colais*, & Chriſtiana lege initiatis, *Leone* & *Paulo*, per univerſum Imperium evulgatis (qui in Coll. Rom. Muſæo exteris paſſim, unà cum Monumenti autographo ex China tranſmiſſo exhibentur) ſtabilita, confir-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

mata, nec non ab Orbe Chriſtiano approbata, parum curet, quid Thraſo clanculariusin ultimo Mundi angulo oblatret, qui ſi à calumniis & ſcommatis abſtinuiſſet, remque prudenter ſub dubio propoſuiſſet, forſan melius ſibi ſuoque operi conſuluiſſet; ſed ita juſto Dei judicio fit, ut qui divini Nominis gloriam, contra conſcientiam & charitatem cavillis & ſarcaſmis traducere nituntur, ut plurimum tandem proprii nominis laborumque naufragium patiantur.

Hiſce itaque motus, ne tanti momenti fide ſua deſtitutum Monumentum, veritatis pateretur naufragium, ab imis radicibus telam rei ordiendo, hoc opuſculo ſuſcepti Monumenti veritatem, ingenti eorum qui Monumentum, non duntaxat oculis propriis ex noſtris Patribus inſpexerunt, ſed vel ipſorum Sinenſium atteſtatione firmatam, ita Divinâ gratiâ opitulante ſtabilire contendam, ut in poſterum de eo nullus amplius dubitandi locus relinquatur, atque adeo vel ipſi Heterodoxi ex hujus Syro-Sinicæ epigraphes interpretatione fateri cogantur, nihil vel ante decem ſæculorum decurſum aliud à divini Verbi Prædicatoribus doctum fuiſſe, quod orthodoxæ horum temporum doctrinæ non ſit undequaque conſonum & conforme, imo idem; adeoque doctrinam olim in China Euangelica prædicatione ſparſam, eandem quam univerſalis Eccleſia Catholica Romana hodierna die credendam proponit, uti poſtea multiplici argumentorum pondere comprobabitur.

Doctrina in Monumento tradita, conformis orthodoxæ Eccleſiæ.

Ut verò res deſiderato ordine & methodo peragatur, ante omnia duplicem, eamque integram & ſinceram hujus Lapidis interpretationem, ex libro Sinicis characteribus impreſſo, ab ipſis Sinenſibus literatis expoſitam, à *P.* verò *Michaële Boimo* Sinicæ linguæ peritiſſimo, uti ex ejus *ad Lectorem Epiſtola* paulò poſt patebit, Sinicarum vocum pronunciatione genuina verbotenus expreſſam, alteram verò expoſitionem, vitata phraſi Sinica auribus noſtris non adeò aſſueta, ad genuinos Tabulæ ſenſus percipiendos aptiorem, unà cum Scholiis adjungendam duxi, ne quicquam, quo hoc Monumentum illuſtrius evaderet, omiſiſſe viderer. Quoniam verò meritò quiſpiam dubitare poſſet, quomodo & qua via magni illi Euangelii Chriſtiani ſatores natione Syro-Chaldæi in ultimas illas terrarum oras penetraverint, certè non congruum tantum, ſed omnino ad veritatem rei adſtruendam, neceſſarium videbatur, in tenebroſo illo variorum itinerum labyrintho, Lectori perplexo, hujus opuſculi faculâ, id eſt, Geographicis ratiociniis prælucere, ex quibus, ni fallor, Lector, non Chriſtianæ ſolummodò doctrinæ, ſed & ſuperſtitionum fabularumque Sinenſium ante ſalutis noſtræ adventum, ex iiſdem prorſus Regionibus, id eſt Ægypto, Græcia, Syria, Chaldæa originem quondam derivaſſe, luculenter intelliget. Ubinam verò vaſtum illud Sinarum Regnum ſit, in quod Euangelium penetraſſe noſtrum Monumentum docet, paucis indigitabo potius, quam deſcribam, de quo tamen ſi Lector plura noſſe deſiderabit, eum ad *P. Nicolai Trigautii*, & *Joannis Semedi Hiſtorias*, nec non *Martini Martinii Atlantem*, aliſque innumeros remitto, ubi de ſitu Chinæ ejuſque mirabilibus, de natura, proprietate, ac feracitate Regionum, de Urbium maximarum hominumque multitudine, de politica denique diſciplina, qua nulli in Mundo Monarchiæ cedere videtur, quam uberrimè deſcripta reperiet. Noſtrum erit ea ſolummodo quæ uti controverſa ſunt, ita quoque Lectores mirè circa nominum æquivocationem dubios perplexoſque reddunt, explicare, nec non rariora, & ab aliis non tacta, reconditarum rerum in eo Regno, aliiſque vicinis obſervatarum arcana, tum naturæ, tum artis prodigia hoc opere, veluti opportuno loco, in curioſi Lectoris gratiam adducere.

Duplex hujus Monumenti interpretatio.

Unde provenerit in Chinam & Lex Chriſti, & fabulæ ſuperſtitioneſque Ethnicæ doctrinæ.

CHINA

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Deſcriptio Chinæ.

CHINA Regnorum omnium maximum vaſtiſſimumque, uti ad ultimum Aſiæ terminum terreni globi conditor relegavit, ita quoque veteribus prorſus incognitum uſque ad annum 1220. permanſit, quod M. Paulus Venetus, uti poſtea patebit, primus nobis ſub nomine Catai detexit:

Termini Imperii Sinici.

ab Ortu ſiquidem Eoo circumdatum Oceano, à Borea Tartariam habet adjacentem muro diremptam, cujus inexplorati adhuc termini ad Mare Glaciale uſque extenſi, haud dubiè cum Anian ſive Freto ſive Iſthmo, Americæ Septentrionali alicubi continuantur, quamvis in hunc uſque diem (quemadmodum magno ſanè conatu à noſtris Sinenſibus Patribus inveſtigatum fuit) ingentium horum Regnorum terrarumque limites à nemine adhuc detecti ſuut. Ab Occaſu partim altiſſimorum montium jugis, partim arenoſo deſerto, cæteriſque Regnis paulò poſt recenſendis circumdatur. Ab Auſtro denique Oceano Meridionali, Regniſque Tonchino, Cocincina, Lao, aliiſque limitatur. Latitudo incipit à 18. gradu, & uſque ad 43. ſeſe extendit, id eſt, 1440 milliarium Italicorum intervallo à Meridie in Boream diſtenditur.

China à ſuis ſub quadrati figura exprimitur.

Ab Occaſu verò in Ortum, eâdem ferè intercapedine conſtat, unde Sinenſes illud in ſuis mappis ſub quadrati forma exprimunt, quamvis à noſtris Geographis, majori Mathematum notitia inſtructis, illud ferè figura Lunæ tuberoſæ deſcribatur.

Nominum quâ Imperium inſignitur diverſitas & confuſio.

Ad nominum confuſionem quod attinet, illa tanta eſt, quanta eſt vicinarum gentium diverſitas: Luſitani & Hiſpani Chinam: Veteres, ut eſt apud *Ptolomæum*, Sin & Serica, Arabes Sin, Saraceni Cataium vocant: quarum appellationum nullam apud ipſoſmet Sinos non dicam uſitatam, ſed ne nomine quidem notam eſſe vel inde patet, quod Sinenſibus ab omni memoria in more poſitum fuit, ut quoties imperandi jus ex una familia in aliam pro humanarum rerum viciſſitudine tranſit, toties ipſum quoque Regnum novo nomine ab eo qui regnare incipit, inſigniatur; quod qui facit, ſpecioſum aliquem titulum Regno pro arbitratu & beneplacito ponit. Ita olim *Tan* appellatum legitur, quod ſine termino latum dicitur. Alias *Yu*, quod quietem indicat: deinde *Hin* ſub magni Ducis nomine indigitatum. *Sciam* quoque dictum reperio, quaſi diceres, Regnum ornatiſſimum: *Cheu* Regnum refert, quod perfectione omnia reliqua Regna excedat. *Han* quoque, qua voce lacteam viam nominant: unde fit, ut ſingulæ propè Nationes illud propriis differentibuſque nominibus inſigniant. Hodie nunc *Cium quo* nunc *Chium hoa* appellatur, quorum prius hortum ob ſummam amœnitatem rerumque abundantiam & ubertatem: alterum verò medium ſonat, eo quod Sinæ Regnum ſuum in medio orbis terræ, quem pariter quadratum eſſe volunt, ſitum putent.

Diviſio Imperii Sinici.

Totum Imperium dividitur in quindecim Regna, vaſtiſſimis qua fluminibus, qua montibus diſterminata, quorum novem numerantur ex parte Auſtrali, ſex ex parte Boreali. Totum hoc Regnorum complexum natura omnibus veluti inacceſſum voluit. Ab Ortu & Auſtro Oceano æſtuum vehementia vix pervio: ex Occaſu ad prærupta montium juga nemini aditum promittit: à Septentrione partim immenſæ vaſtitatis deſerto, partim verò muro nongentorum milliarium Italicorum à *Xio* Rege annis circiter ducentis ante ſalutis noſtræ ortum, operâ millenis hominum millibus contra Tartarorum irruptiones, quinque annorum ſpacio extructo munitum, adeoque tot munimentis armatum, etiamnum ſua perſiſtit mole. Si ſolum murum attendas, id opus admiratione plenum eſt, quod Veteres haud dubiè, ſi ejus notitiam obtinuiſſent, inter ſeptem Mundi miracula connumeraſſent. Sed nomina Regnorum ſubdamus.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Borealia Regna Imperii Sinici, ſunt
1. HONAM.
2. XEMSI.
3. XANSI.
4. XANTUM.
5. PECHIN.
6. LEAUTUM.

Auſtralia Regna Imperii Sinici, ſunt
1. CANTON, *vel*, QUANTUNG.
2. QUAMSI.
3. YUNNAN.
4. FUKIEN.
5. KIAMSI.
6. SUCHUEM.
7. UTQUANG.
8. CHEKIAM.
9. NANKIM.

Verum ut epitomicòs omnia complectamur, hic primò univerſi Imperii in quindecim ſua Regna diviſi Geographicum Schema apponemus, ut ſingulorum ſitum propius intuearis. Et ne quicquam rerum memorabilium quoad Urbes, Montes, Flumina, Lacus, cæteraque ſcitu digna omiſiſſe videamur, Geographico hoc Schemate, quod omnium Regnorum deſcriptionem continet, præluſimus, ex quo veluti unica Synopſi, quicquid in toto Imperio conſideratione dignum occurrit, reperias.

## CAPUT II.

### *Monumenti Sinico-Chaldæi ante mille circiter annos ab Euangelicis Chriſtianæ Legis propagatoribus in quodam Chinæ Regno, quod Xemſi dicitur, erecti, & anno tandem* 1625. *primum inſigni Chriſtianæ Legis emolumento detecti, fida, ſincera & verbalis*

### *INTERPRETATIO.*

Inconſtantia rerum humanarum.

EA eſt rerum humanarum inconſtantia, ut ſicuti omnia ſuis intricata viciſſitudinibus ex bono in malum, ex proſpero in adverſa, ex alto in ima, ex optima legum conſtitutione in peſſimos rerum ſtatus, & contrà, perpetua quadam pericycloſi volvi revolvique, abundè ex Hiſtoricorum monumentis intuemur, ita quoque in hac miſeranda rerum cataſtrophe, nil nobis firmum, ſtabile, ſolidumque promittere valemus; quod vel maximè in fidei propagatione meridiana luce clarius elucefcit. Quas Ægyptus, Græcia, univerſa denique Europa in fidei Chriſtianæ propagatione, viciſſitudines paſſa ſit, non eſt quod hic deſcribam, cum illa paſſim nota ſint. Eccleſias quas olim ſanctitate, juſtitia, & incredibili fidei zelo ferbuiſſe legimus, modò non duntaxat intepuiſſe, ſed omni fide orthodoxâ ſublatâ, partim Idololatriis, partim Mahumetanæ legis impura peſte, partim denique Hæretica pravitate contaminatas interiiſſe, cum dolore gemebundi ſpectamus; ut proinde occultam circa hæc divinorum judiciorum abyſſum non tam inveſtigare, quam eam cumprimis admirari, & proinde noſtram cum timore & tremore ſalutem operari debeamus. Scit Deus quos elegerit ex omni carne, novit quos ex univerſa humani generis maſſa ad vitam æternam præordinavit, & quemadmodum hortulanus nunc ex hac, nunc ex illa arbore melioris notæ fructus, & jam ad maturitatem perductos reliquis omiſſis neglectiſque colligit, ita inſcrutabilis divinæ providentiæ altitudo ex millibus paucos, quos ipſe ſolus novit, eligit, & nunc ex hoc, modò ex illo orbis terræ angulo, veluti fructus vitæ æternæ deſtinatos ſuis

Chriſtianæ legis variæ revolutiones.

Abdita Dei judicia.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Fervor primorum in China Chriſtianorum eorumque declinatio.

ſuis quandoque reſervatos temporibus & locis depromit. Patet hoc ex ipſa Euangelii ſemente jam vel à primævis Chriſtianæ fidei initiis, ſive ab Apoſtolo Sancto Thoma, de quo poſtea, ſive à ſucceſſoribus Sinarum Regno illata, cujus Eccleſia uti ſtatim à principio ſummo fervore ardens, ingentia, quoad animarum lucrum, incrementa ſumpſit, ita quoque intepeſcente paulatim fervore, ſive ex improbitate hominum, vitæque luxu abominando, ſive illegitimis diverſarum gentium ritibus divino cultui contrariis, ſive denique deficientibus paulatim paſtoribus, ſylveſcens tandem à divinæ Legis tramite prorſus degener in conclamatum errorum enormium barathrum prolapſa fuit; donec divina Clementia tantarum ruinæ animarum miſerta, certis quæ ipſa ſibi ſuis reſervavit temporibus, denuò per viros Apoſtolicos conculcatam Vineæ ſepem ſylveſtribus feris tanto tempore expoſitam novis germinibus pampiniſque inſtaurare ſibi complacuiſſet: quam viciſſitudinem quater in Sinarum Regno accidiſſe in ſequentibus quam ampliſſimè docebitur.

Quatuor viciſſitudines Chriſtianæ Fidei in China.

Quarum ultima, quando arriſit ei qui tempora & momenta poſuit in ſua poteſtate, à Societatis Jesu Religioſis, optato potiùs, quàm ſperato eventu (uti grandium principia moliminum difficillima ſunt) accidit.

Difficilis in Chinam aditus.

Tentatus quidem ſæpiùs à diverſis in Regnum omnibus alienigenis ſub graviſſimis pœnis interdictus aditus; ſed uti nec ratio, nec conſilium contra Dominum, ita quoquè ineffabili providentiæ ſuæ diſpoſitione effectum eſt, ut noſtris tandem etſi non ſine ſummis laboribus, difficultatibus, perſecutionibuſque aditus conceſſus fuerit, eo cum fructu animarum, quo majorem non dicam ſperare, ſed ne vel optare quidem poterant. Dum itaque ſtrenuè in Vinea Domini laboratur, Deus Opt. Max. quàm grata ſibi ſit ea, quam ſpargebant, doctrina, utpotè quæ illa eadem eſſet, quam ante mille circiter annos alii Chriſtianæ Vineæ cultores jam dudum introduxerant; id admirando quodam eventu, eo ipſo tempore atteſtari ſibi complacuit, ut hoc pacto doctrinâ cœleſti veluti ex profunda quadam tenebrarum caligine emergente, mox grande illud ex enumerorum gentilium converſione, Eccleſiæ Chriſtianæ incrementum uti ſatis admirari, ita Divini Numinis in eo providentiam ſatis laudare & deprædicare non ceſſaremus. Res ita ſeſe habet.

Divina providentia in reſuſcitatione perditæ fidei.

Inventio Monumenti Syro-Sinici.

Anno 1625. cùm in *Siganfu* Metropolis Regni *Xemſi* pago quodam pro fundamento ædificii ſuſtinendi apto foſſa fieret, accidit, ut inter excavandum foſſores in lapideam tabulam Sinicâ Scripturâ ſpectabilem inciderent, cujus extractæ quantitatem mox menſurare aggreſſi, ejuſdem longitudinem 9½ noſtrorum palmorum, latitudinem 5, groſſitiem unius circiter palmi repererunt; in fronte in pyramidem terminabatur, Cruce affabrè ſanè expreſſam.

Crucis figura in apice Monumenti.

Ajunt, qui eam ſtudioſè luſtrarunt, Crucem in cornibus liliorum in modum repandam, cujuſmodi ſimilem Meliaporæ in Sepulchro Divi Thomæ Apoſtoli ſpectari aſſerunt, haud abſimilem ei, quam Equites S. Joannis Hieroſolymitani portant, partim collo appenſam, partim veſtibus palliiſque aſſutam; ſub hac Cruce ſequitur Epigraphes Sinico charactere ac idiomate per totam Lapidis ſuperficiem expreſſus titulus, uti ex adjecta figura patet:

Sinæ curioſi.

Et quemadmodum Sinæ naturali & veluti pondere quodam in res curioſitate refertas feruntur, ita quoque vel primus hujus detecti Lapidis rumor ingentem mox Literatorum undiquaque confluentium multitudinem attraxit:

Monumenti inventi in univerſum Imperium evulgatio.

cujus rei novitate permotus Loci Gubernator, venerabilis antiquitatis monumentum altiùs contemplatus, ut complures ad celebritatem Urbi hoc monumento comparandam ex univerſo Regno, quod jam fama complêrat, alliceret, id abaco affabrè elaborato intra Bonziorum templi pomerium tecto ſuper-

A 3 per-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

perimpoſito, partim ne ab injuriis temporum detrimentum aliquod incurreret, partim ut quotquot forent, hujus tam inſoliti monumenti ſpectatores id pro ſua commoditate legere, examinare & deſcribere poſſent.

Et quoniam marginibus lapidis Sinicis Characteribus intermiſti videbantur Characteres Sinis ignoti, anxiis ſuſpendebantur animis, ut quid illi referrent, cognoſcerent, quibus tandem noſtrorum diligentia plenè ſatisfactum fuit, uti in ſequentibus patefiet. Primus omnium Leo Mandarinus Chriſtiana lege jam imbutus, ob ingens Chriſtianæ fidei emolumentum, quod indè emerſurum ſperabat, illud exactè deſcriptum toti Regno evulgavit. Quo concitati & noſtri Patres primum, illud mox ubi legiſſent, Divini Numinis providentiam ſatis admirari non potuerunt, dum tempore novellæ Chriſti Vineæ, monumentum tanti ad gentilium converſionem momenti, ut emergeret ſibi complacuit; undè continere ſe neſcii, ad illud propriis oculis luſtrandum, in *Siganfù*, maximam *Xenſi* urbem Metropolitanam, ſe contulerunt: quorum primus fuit *P. Alvarus Semedus* Luſitanus, cujus verba tantò libentius hìc produco, quantò majori neceſſitudinis vinculo, dum hìc Romæ Procuratorem ageret, mihi obſtrictus fuit, nec non omnia mihi oretenus, quæ circa hoc Monumentum obſervarat, recenſuit. ita autem loquitur *Fol.* 158. *in ſua de rebus Sinenſibus Hiſtoria* Italicè edita.

Leo Mandarinus primus id evulgavit.

P. Alvarus Semedus primus è noſtris illud vidit & deſcripſit.

*Doppo tre anni nel* 1628. *paſſorono alcuni Padri à quella Provincia con l'occaſione d'un Mandarino Chriſtiano*, qui Philippus dicebatur, *che lì andava, li detti Padri con l'autorità di detto Mandarino alzorono e Chieſa, e Caſa nella Metropoli di Siganfù, poiche Iddio benedetto, che volle foſſe ſcoperta una sì bella memoria del poſſeſſo preſo in quel paeſe della ſua divina Legge, fuſſe anche ſervito, che ſi facilitaſſe la ſua reſtitutione nell' iſteſſo luogo. Fù conceduto à me d'eſſere delli primi, e ſtimai felice quella ſtanza per l'occaſione di veder la pietra, ed arrivato d'altre coſe non mi curai. La viddi, la leſſi, e tornai à leggere e rimirarla à bell' agio, ed alla longa, e conſiderando la ſua antichità, ammirai, come foſſe così intera, ed haueſſe le lettere cosi chiare, e nettamente ſcolpite. Nella ſua groſſezza ha molte lettere Cineſi, lequali contengono molti nomi delli Sacerdoti e Veſcovi di quel tempo. Vene ha però molte altre, lequali allora non furono connoſciute, perche ne ſono Hebraiche, ne Greche, e che però quanto intendo, contengono li medeſimi nomi, accioche ſe per aventura alcuno ſtraniero non ſapeſſe leggere quelle del paeſe, intendeſſe forſe le peregrine. Paſſando poi per Coccino arrivai à Cranganor reſidenza dell' Arciveſcovo della coſta, per conſultar ſopra queſte lettere col P. Antonio Fernandez della neſtra Compagnia, periſſimo nelle lettere di queſta Chriſtianità di S. Thomaſo, mi diſſe, che erano lettere Siriache, e quelli che lì s'uſavano* Hæc *P. Alvarus Semedus*. Verùm cum vix eſſet, qui dictarum literarum notitiam haberet, tandem Romam transmiſſæ in meas manus pervenerunt, quarum interpretationem in *Prodromo Copto* ni fallor, primus exhibui, uti poſteà fuſius oſtendetur; neque tamen omnes obtinere valui, utpote quarum nonnullæ in ſeparatis chartis deſcriptæ forſan ad ſpecimen ſolummodò aliquod ſumendum, ex Autographo excerptæ fuerunt. Verùm cum non ita multo poſt tempore Autographi abſolutum exemplar, quod & hodierno die in noſtro Collegii Romani Muſæo adhuc ſpectandum exponitur, ad me transmiſſum fuiſſet; tunc enimverò unà cum exactiori tum Sinenſium tum Chaldæorum Characterum interpretatione hoc veluti loco opportuno, omnia & ſingula conficienda duxi.

P. Semedus primus, qui Monumentum à Sinis effoſſum propriis oculis vidit.

Syriacarum literarum interpretatio.

*Pater Martinus Martinius* poſt Semedum Romam veniens, non ſolùm Monumenti rationem oretenus mihi retulit, ſed & *in ſuo Atlante* ejuſdem fusè meminit his verbis, *Fol.* 44. ubi de *Xenſi* Pro-

P. Martinius in ſuo Atlante hujus mentionem facit.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Provincia agit. *Quod imprimis celebrem hanc Provinciam facit, eſt antiquiſſimus ille Lapis partim Syriacis, partim Sinicis Characteribus exaratus de Lege Divina per Apoſtolorum ſucceſſores ad Sinas allata; in eo Epiſcoporum ac Sacerdotum illius temporis nomina, & Imperatorum Sinenſium in eo favores & indulta leguntur; brevis etiam, ſed exactiſſima & planè admiranda Legis Chriſtianæ explicatio, eloquentiſſimo ſtylo Sinico compoſita continetur, de his multa favente Deo dabit* ſecunda decas epitomes hiſtoriarum Sinenſium. *Repertus eſt hic lapis anno* 1625. *cum in civitate* Samyun *erutâ terrâ foſſa quædam fundamentis muri cujuſdam collocandis præpararetur. De invento mox certior factus Loci Gubernator, cum venerandæ antiquitatis, cujus amantiſſimi ſunt Sinæ, veſtigia prorſus fuiſſet intuitus, continuò ſcripto quodam in Monumenti laudem edito, in altero ejuſdem magnitudinis lapide totam inventi ſaxi periochen incidi curavit, iiſdem characterum notarumque ductibus qua par erat fide ſervatis, cujus prototypon Exemplar Patres noſtri Romam unà cum interpretatione transtulerunt, ubi hodiéque in Muſæo collegii Romani adſervatur. Eſt autem lapidis figura in modum parallelogrammi extenſa, quinque pâlmis lata, uno craſſa, decem ferè longa; in fronte Crux eſt, qualis ferè Equitum Melitenſium: hujus accuratiorem notitiam ſi quis deſideret, inveniet rem totam fuſiùs explicatam deductamque* in Prodromo Copto R. P. Athanaſii Kircheri, & in Relatione de Sinis R. P. Alvari Semedi. *Obliteratam hanc Legis Dei notiam longiſſimique temporis intervallo deletam ex hominum memoria, reſtaurarunt denuò Patres Societatis noſtræ, pluribus Deo vivo & vero templis erectis, ac pietate ſumma adminiſtratis. Duo ibi è Patribus noſtris Vineam illam Domini novellam ſtrenuè excolunt, eorum unus in ipſa Metropoli ſedem fixit, alter per Provinciam ad Dei promovendum cultum, atque animarum bonum huc illucque, ubi major exigit neceſſitas, ſubinde proficiſcitur, ut omnibus ubiq; ſalutis panem petentibus frangat ac communicet.* Hæc Pater Martinus Martinius.

His demùm acceſſit *P. Michaël Boimus*, qui exactam præ omnibus hujus Monumenti relationem mihi attulit, omnes defectus in eo deſcribendo, ex manuſcripto Sinenſi, quod penes me habeo, emendavit, novam denuò minutamque totius Tabulæ interpretationem verbotenus factam operâ ſocii ſui Andreæ Don Sin ex ipſa China oriundi, nec non linguæ nativæ peritiſſimi orditus, me præſente confecit; quæ quidem omnia teſtata voluit, ſequenti *Epiſtola ad Lectorem* data, qua totius rei ſeriem, & quicquid tandem circa hujuſmodi Monumentum conſideratione dignum occurrit, exactè deſcripſit, quamque veluti luculentum veritatis teſtimonium huic interpretationi, ipſo annuente, ad æternam rei memoriam præfigendam cenſui; lapideum verò Monumentum juxta Autographum ex China allatum, quod in Muſæo meo in hunc uſque diem ſuperſtes eſt, genuinis ſuis notis & characteribus Sinicis, quam Chaldæis, Scholiis etiam additis, incidendum curavi. *Epiſtola* dicta *P. Michaëlis Boimi* ſequitur. P. Michaël Boimus.

## *P. Michaël Boimus Polonus è Soc.* JESU, *Lectori benevolo Salutem.*

„INter monumenta Catholicæ fidei prædicatæ, in Sinarum Imperio reperta, præcipuum ſibi vendicat locum marmoreus Lapis Sinicâ ſcripturâ, cum Characteribus Syriacis antiquis, Eſtrangelo nuncupatis, & ſubſcriptione Chaldæorum Sacerdotum, mille ante annos circiter exaratus.

„Quamvis verò à *P. Athanaſio Kirchero* Soc. JESU *in Prodromo Coptico* Latina, & poſt illum à *P. Alvaro Semedo* Procuratore Sinarum, Italica, qui oculis inſpexerat Monumentum, jam fuerit interpretatio illius impreſſa, quia tamen ſolum ſcripturæ lapidis ſenſum uterque ſecutus, ille quoque necdum Syriacas omnium

Sacer-

Sacerdotum ſubſcriptiones interpretandas ex China obtinuerat: placuit eapropter integrè ſcripturam ipſam, tam Sinicis Characteribus, quam Latinis, cum Latina interpretatione de verbo ad verbum, retentâ phraſi Sinicâ, fideliter evulgare, atque etiam ſubſcriptiones omnes Syrorum Syriacas à peritiſſimo Linguarum interprete *P. Athanaſio Kirchero* commentatas, cum Sinicis aliis, tanquam luculentiſſimis teſtibus veritatis Catholicæ, univerſis proponere, atque ut uno verbo dicam, Lapidem ipſum oculis totius Mundi Sinico idiomate, prout anno Chriſti 782. exaratus fuit, exponere; ut vel ex hoc antiquiſſimo teſtimonio quilibet conjiciat, quàm vera ſit doctrina moderna Catholicorum, cum eadem planè in oppoſito Mundo apud Sinas mille retrò annis, videlicet à nato Chriſto anno 636, fuerit prædicata. Sinicum Lapidis Originale habetur Romæ in Muſæo Collegii Romani Societatis JESU, & Exemplar aliud in Domus Profeſſæ Archivo. Ego verò etiam Librum attuli ab Sinis Doctoribus & graviſſimis Magiſtratibus eo ipſo tempore, quo Lapis repertus fuerat, Sinicè impreſſum, in quo ſcriptura Lapidis juxta archetypi ſui veritatem veriſſimè & exactiſſimè expreſſa exhibetur.

Originale Lapidis habetur Romæ in Muſæo Col. Rom.

Exhortantur illi *in* adjunctis Libro *Prologis Galeatis* univerſos Sinas, ut tandem Magiſtros magni Occidentis (ita Patres Societatis JESU appellant) adeant, & videant eandem prorſus Legem apud Sinas eos prædicare, quam decem retrò ſæculis ipſorum majores cum tot Imperatoribus fuiſſent amplexati; quamque Sinici libri à Patribus Societatis JESU impreſſi ante Lapidem repertum exhibuerant. Reſtat nunc, ut breviter, quomodo marmoreus ille Lapis detectus ſit, explicemus.

Cum poſt obitum in Inſula *San* * *cheu* Sinarum S. Franciſci Xaverii, venerabilis P. Matthæus Riccius, aliique Patres Societatis JESU in Sinarum interiora Euangelium Chriſti intuliſſent, Reſidentiaſque & Eccleſias in nonnullis Provinciis erexiſſent, adeoque non exiguum progreſſum ſanctæ fidei propagatio in Provincia *Xen-sȳ* feciſſet, Anno Chriſti 1625. nonnemo è Societatis JESU Patribus à Doctore Philippo invitatus, in patria illius *Sān yuen*, viginti baptizavit perſonas, & cum eodem Doctore ad videndum Lapidem, quem paulò ante aliquot menſes in Metropoleos *Sȳ-ngān-fù* conjuncta *Cheu-che* villa, dum rudera pro pariete ædificando eruerent, invenerant, abiit. Is ſcripſit (quod idem poſteà alii Patres, qui in *Sȳ-ngān-fù* Reſidentiam & Eccleſiam conſtituerunt, cum Chriſtianis & ipſis gentilibus affirmarunt) Lapidem repertum, latum eſſe quinque palmis; faſtigium Lapidis adinſtar pyramidis oblongæ duorum palmorum, & latæ unius, efformatum; in vertice ſcalpro exſculptam ſanctam Crucem ſupra nubeculas, quæ brachiis lilia imitaretur, referre; Præter Sinicam ſcripturam, ad latus ſiniſtrum, & infrà, videri Syriaca nomina Syrorum Sacerdotum, atque etiam alia nomina Sinica eorundem Sacerdotum ſubtus adjuncta. (conſuetudo eſt Sinis plura nomina habere; unde etiam hodie Chriſtiani & nomen Sanctorum in Baptiſmo acceptum, & aliud Sinicum retinent.) Admonitus Gubernator Loci de Monumento reperto, perculſus & novitate rei, & etiam omine (namque illi eo ipſo die filius mortuus fuerat) elegantem compoſitionem in laudem Monumenti reperti fieri, ac in alio ſimili Lapide marmoreo inſculpi præcepit, utrumque verò in fano Bonziorum *Taù Sù* dictorum, milliari uno diſtante à muris Metropoleos *Sȳ-ngān-fù*, ad perpetuam rei memoriam reponi procuravit.

* *Santiano.*

Inventio Lapidis.

Figura & forma Lapidis.

Plura alia Catholicæ fidei prædicatæ Sinis veſtigia ſubſequentibus annis reperta ſunt, quæ planè Deus videtur non niſi eo tempore voluiſſe palam fieri, quo fidei præ-

Varia Chriſtianæ fidei veſtigia eodem tempore reperta.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*veſtigia eodem tempore reperta.*

prædicatio operâ Patrum Societatis JESU pervaſit Sinas ; nempe ut vetera & nova teſtimonia identitati fidei Catholicæ aſtipularentur invicem , ac manifeſta perſpicuaque Euangelii veritas proſtaret univerſis. Similes imagines S. Crucis in Provincia *Fŏkieñ* anno Chriſti 1630. In *Kiañ ſŷ* Provincia lumine etiam miraculoſo emicante à gentilibus conſpecto anno Chriſti 1635. Et item in *Fŏkieñ* montibus & civitate *Cyuên chēn* anno Chriſti 1643. cruces inventæ fuerunt. Imò ipſe venerabilis P. Matthæus Riccius cùm primùm in Sinas penetravit , *Xĕ tsù kiáo*, nomen Crucis doctrinæ reperit, quo nimirum Chriſtiani antiquitus Crucis doctrinæ diſcipuli apud Sinas vocarentur ; & omninò viguiſſe Chriſtianos in Sinarum Regnis cùm prima vice Tartari trecentos ante annos invaſiſſent Sinas , conjunctoſque Saracenis , Judæis, Neſtorianis , atque Gentilibus , tempore etiam Marci Pauli Veneti , qui in *Catay* pervenerat , (quæ eſt ipſiſſima Sina) ibidem vixiſſe , mihi nullum dubium eſſe poteſt.

*Chriſtiani multi in China tempore M. Pauli Veneti.*

*An S. Thomas Apoſtolus in China prædicaverit.*

An autem S. Thomas , vel alius Apoſtolus Sinis prædicaverit Euangelium , necdum res certò comperta videtur. *P. Nicolaus Trigautius* colligit ex aliquibus teſtimoniis Eccleſiæ Malabaricæ Archiepiſcopatus *Cranganor* , ſeu *de Serra* Chriſtianorum S. Thomæ ſic dictorum, quod ibi, ſicut & in *Meliapor* (quæ olim *Calamina*, & modò à Luſitanis *San Thome* vocatur) prædicaverit S. Apoſtolus , eò quod ex Gaza ſeu theſauro in Officio S. Thomæ recitatur : *Per S. Thomam Sinæ & Æthiopes converſi ſunt ad veritatem ; per S. Thomam Regnum cælorum volavit & aſcendit ad Sinas.* Et in Antiphona : *Æthiopes, Indi, Sinæ , Perſæ, in Commemoratione S. Thomæ offerunt adorationem nomini Sancto tuo.* Item in Canone Synodali antiquo : *Epiſcopi Magnæ Provinciæ , nimirum reliqui Metropolitæ Sinæ , Indiæ , Paſes mittant literas conſcenſiones.* Adde quòd qui regebat illam Eccleſiam *de Serra* in adventu Luſitanorum , ſe ſubſcribebat Metropolitanum totius Indiæ & Sinæ. Verùm enimverò conſideratis penitiùs rebus , ex iis circumſtantiis ac veſtigiis , quæ poſt P. Trigautium clarere cœperunt , necdum concludi certò poteſt, S. Thomam Apoſtolum per ſe apud Sinas diſſeminaſſe Euangelium ; Nam licet veſtigia fidei Chriſti reperta , apertè oſtendant illatam fuiſſe fidem Chriſti in Sinas ; nihilominus tamen illa ipſa veſtigia monſtrant penetraſſe fidem ad Sinas , cùm regnaret familia *Heú hañ* trium Regnorum , (quod modò eſt *Nán kiñ*, Regnum tertium) nimirum in Priovincia *Kiañ ſŷ* ad ripam fluminis , ſiquidem Crux ferrea circiter librarum trium millium pondere videtur , & legitur infixa fuiſſe Sinica æra, quæ cadit in annum à Chriſto nato 239. Undè fides & prædicatores illius apud Sinas Auſtrales certò evincunter, fuiſſe ferè antè 1415 annos.

*1. Quo tempore fides Chriſti pervenerit ad Chinam.*

*2. Abolita fides à quo inſtaurata.*

Elapſis verò annis hiſce ab ortu Chriſti , extinctam Legis notitiam iterum renovatam per Sacerdotes de *Tácŷn* Judæa , ſeu Suria in *Xênſŷ* Boreali Regno Sinarum, regnante familia Regia *Tañ* anno Chriſti *636.* ſicut inventus Lapis teſtatur. Ubi relatis prædicatoribus fidei Chriſti illius temporis apud Sinas, nulla fit prorſus mentio S. Thomæ , aut alterius Apoſtoli ; quod tamen multum conducebat ad intentionem illorum , qui Lapidem erigebant ad perpetuam memoriam, conſignare ; videlicet prædicatores fidei iterum prædicaſſe illam Legem , quam S. Thomas , aut alius Apoſtolus prædicaverat apud Sinas. Proindè evincitur , illos de *Ta cyn* prædicatores , non habuiſſe notitiam S. Thomam , aut alium Apoſtolum Sinis vulgaſſe doctrinam Chriſti ; & ſignum conjecturamque fieri poſſe, fortè nec S. Thomam , nec alium Apoſtolum intuliſſe Euangelium Sinis, aut ut moderatiſſi-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ratiſſimè loquamur, nihil de hoc certò deduci poſſe ex veſtigiis repertis; Superiora verò allata ſolùm probare poſſe, Sacerdotes illos ex Eccleſia S. Thomæ, vel Babyloniæ, quæ tum regebat Malabaricam *de Serra* Chriſtianorum S. Thomæ (ſicut poſteà invenerunt Luſitani) miſſos fuiſſe ad erigendum Sedem Epiſcopalem, inferendamque fidem Sinarum populis, cùm hoc vel ipſa lingua Syriaca antiqua *eſtrangelo*, quæ in illa Eccleſia retinetur, & olim in Babylone atque Syria in uſu fuerat, veroſimiliter teſtetur. Orationes porrò in laudem S. Thomæ compoſitæ benè intelligi poſſunt, quòd nempe per merita S. Apoſtoli, & ex ejus Eccleſia Sacerdotes fidem, quam à S. Thoma acceperant, fortè primi in Sinas omnium intulerint, ideoque jure merito S. Thomæ eorum converſionem debere attribui. Quarè cùm nulla mentio S. Thomæ Apoſtoli reperiatur in hucuſque veſtigiis fidei prædicatæ detectis, aſſeverare certò non poſſumus, Sanctum Thomam, vel alium Apoſtolum Sinis prædicaſſe Euangelium; Multis verò poſt ſeculis Chriſtiani Preſte Joannis (quem *M. Paulus Venetus Uſun Can* vocat) fuêre, quos exiſtimo Crucis Doctrinæ Cultores vocatos, & cum Tartaris, aut paulò ante in Sinas penetraſſe; nam illi de Judæa, vel potiùs Syro-Chaldæa, aut Malabarica, uti multò Tartaris Chriſtianis antiquiores, ita quoque ſuos ſequaces diſcipulos claræ Doctrinæ *Kin Kiao* appellari volebant. Crediderim autem, Prædicatores illos non ex Judæa veniſſe; nam Syros fuiſſe, Syriaca lingua & nomina teſtantur; ſe tamen de Judæa dixiſſe, quòd Legem, quæ in Judæa exorta fuerat, prædicaverint. Verùm ex quonam loco venerint illi Sacerdotes Syri, ſicut & illorum ſubſcriptiones Siriacæ, has *R. P. Athanaſii Kircheri* optimè de univerſa antiquitate meriti Viri, induſtrioſis Commentationibus relinquimus; quas ut majori fide & ſoliditate perficeret, in hunc finem eandem quoque ſcripturam à nobili Juvene Sina *Don Chin Andrea*, individuo itineris mei Romam ad Sedem Apoſtolicam comite, Sinicis characteribus novo labore propria manu, ex libro (qui jam à Sinicis Doctoribus ſummæ tum authoritatis tum fidei viris impreſſa, & in univerſum Imperium divulgata fuerat) excerptam, & à me de verbo ad verbum Latinè traductam, ac numeris interpunctam obtulimus, Librum verò prototypo Lapidis prorſus congruum, in Muſæo ejuſdem, rariorum rerum veluti quodam promocondo, ad perpetuam rei memoriam, unà cum facti atteſtatione propria manu, aliorumque è China oriundorum ſubſcripta poſuimus. Romæ, 4. Nov. Anno 1653.

Chriſtiani ſub Presbytero Joanne Crucis cultores.

P. MICHAEL BOIM.
ANDREAS DON SIN, SINA.
MATTHÆUS SINA.

*Oculati inſpectores Monumenti, nec non hujus Tabulæ ex Prototypo deſcriptores.*

# CAPUT III.

## *De triplici Interpretationum Modo & Ratione Nota ad Lectorem.*

ANtequam ad exactam Monumenti noſtri expoſitionem procedamus, triplicem prius interpretandi methodum hic exhibitam enucleandam cenſuimus, ne Lector tot verborum nominumque ſuis numeris ſignatorum diviſionibus perplexus, anceps, dubiuſque hæreret.

Prior itaque Interpretatio, nihil aliud docet, niſi modum, quo Characteres

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

cteres nominum verborumque, quæ in Monumenti Tabula continentur, Latinè pronunciari debeant.

Interpretatio II. verbalis indicat; quid Characteres nominum verborumque in Monumento contentorum propriè ſignificent.

Interpretatio III. paraphraſticam quandam Monumenti expoſitionem continet, qua vitatâ phraſi Sinicâ quantum fieri potuit, utpote Europæis auribus inuſitata, latentes Tabulæ ſenſus paulo fuſius explicantur, in Latinam linguam tranſlati.

Notet itaque Lector; Quod, ſicuti univerſus in Monumento Sinicæ ſcripturæ contextus in 30 Columnas diviſus eſt, ita quoque ſequentem Tabulam in totidem dividendam cenſuimus; ita quidem ut voces Sinicæ Latinis literis expreſſæ, iis, quæ in Columnis Monumenti continentur, quoad numerorum naturalem diſpoſitionem quam exactiſſimè reſpondeant: quod ea de cauſa fecimus; ut Lector curioſus uniuſcujuſque Sinici Characteris pronunciandi modum protinus ex numerorum correſponſu cognoſcere poſſet. Exempli gratia: Si noſſe deſideres, quomodo hic Character Sinicus 月, qui in tertia, ſede Columnæ 10. Tabulæ continetur, Sinicè pronunciandus ſit: ſic ages; quære in ſequenti Interpretationis I. Tabula 10. Columnam, & tertius in eadem locus offert vocem Sinicam (*Chun yue*) & ſic Sinicus Character 月 pronunciandus eſt. Rurſus ſi noſſe deſideres, quomodo hic Character 生, qui in Columna 7. quartum locum occupat, pronunciandus ſit; Quære in ſequenti Tabula 7. Columnam, & 4. inea locus dabit vocem Sinicam (*Sem*) Latine expreſſam; quæ eſt genuina Characteris 生 pronunciatio. Non aliter in omnibus & ſingulis Sinicæ Tabulæ vocibus, cum Latinæ Tabulæ vocibus juxta numerorum ſeriem comparandis tibi procedendum eſſe ſcias.

Si verò quiſpiam non pronunciandi ſolummodo modum, ſed & Characteris quoque Sinici, v. gr. 月 ſignificationem noſſe deſideret; is Interpretationis II. verbalis Tabulam adibit, & in ea Columnæ 10. tertius locus offeret vocem (*Luna*), quæ eſt dicti Characteris ſignificatio. Sic in Col. 7. quartus locus dabit vocem (*vita*) quæ eſt Characteris 生 vera ſignificatio. Et ſic in cæteris omnibus pari modo procedes; quæ hoc loco Lectori inſinuanda duximus, ut quid tot numeris ſignatis vellemus, cum non lateret. Vides igitur, in Tabula Sinica 29. Columnas, præter Columnam titularem o ſignatam, eſſe; quarum ſingulas juxta naturalem numerorum ſeriem, ſuis ordine numeris aliquouſque ſigna vimus: quod verò omnes numeris non ſunt ſignatæ uſque ad Col. calcem, hoc ideo factum eſt; primo ne Columnas tot numeris intricaremus; deinde, quia ſperabamus futurum, ut Lector ſeipſo facile locum deſiderati Characteris ſit reperturus. V. gr. ſi quis ſcire deſideret quomodo hic Character 大 qui in col. 18. occurrit ſine numero, pronuncietur; is à principio Columnæ 18. ordine numerorum procedet uſque ad dictum Characterem, & inveniet eum 9. loco conſtitutum. hic itaque in ſequenti Tabula Col. 18. nono loco inventus, dabit (*Tá*) pronunciationem Characteris 大, & in Interpretatione II. Col. 18. nono loco unà dabit ejus ſignificationem, quæ eſt (*inſtituit.*) Si vero ſubinde in Tabula duo Characteres iiſdem numeris ſignati occurrerint, id indicat amplificationem quandam, quam Scriptor binis Characteribus ideo expreſſit, quod unam tamen rem quoad ſubſtantiam ſignificarent.

Reſtat ut vocales ſive accentus, quibus voces Sinicæ in ſequenti Tabula ſignantur, exponamus. Eſt idioma Sinarum valde limitatum; unde quemadmodum multitudine literarum omnes



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

alias Mundi Nationes ſuperat, ita quoque vocabulorum paucitate cedit omnibus; Nam numerus eorum vix mille ſexcenta vocabulorum excedit: omnes quoque voces deſinunt in vocalibus, & paucæ terminatione hac privatæ, utplurimùm in *m.* & *n.* deſinunt; ſuntque cunctæ monoſyllabæ & indeclinabiles, tam nominum quam verborum; Qua de cauſa Lingua redditur valde æquivoca, ita ut ſæpe verbum in locum nominis, & nomen in locum verbi aſſumatur. Mirum tamen non immeritò cuipiam videri poſſet; quid tot ac tanti Characteres, qui in eorum Onomaſtico quod dicitur *Haipien*, id eſt Mare magnum, ad ſexaginta millia numerantur, in tanta vocum uti diximus paucitate conferant: quod ut pateat; ſciendum eſt, voces Sinicas uti paulo ante oſtendimus, vix 1600 excedere. Cujuſmodi ſunt v. gr. *Ca*, *cau*, *can*. *Ce*, *che*, *chi*, *chim*. *Ci*, *co*, *chu*. *Fe*, *fò*, *ſi*, &c. uti ex Dictionario eorum patet. Sed uti unaquæque harum vocum diverſiſſimas ſignificationes habet; ita quoque illæ niſi ex accentu differenti intelligi nequeunt. Accentus itaque ſunt, tum ad ſcribendum, tum loquendum, ad intelligendas hujuſmodi voces neceſſarii. Hinc ad facilitandam linguam Sinenſem, N N. P P. juxta Muſicas notas UT, RE, MI, FA, SOL, LA, aſcenſus deſcenſuſque Sinicorum accentuum in pronunciatione obſervandorum diſpoſuerunt. Sic v. gr. unica dictio *Ta* ſcripta Latinis literis, notis quinque ſignata, ut diverſas ſignificationes exprimit, ita quoque diverſis vocibus & accentibus, quemadmodum à Sinis diverſis Characteribus exprimitur, pronunciari debet. Vocales ſunt illæ quæ ſequuntur:

ˆ ¯ ˘ ´ ˋ ˙
.

Prima nota ˆ reſpondet Muſico accentui UT: ſonus verò ſeu enunciatio Sinica, quam ipſi *Chŏ pîm* vocant, idem notat, ac prima vox prodiens æqualis.

Secunda nota ¯ reſpondet Muſico RE, & Chinicè vocatur *Pîm xîm*, quaſi dicas clara vox æqualis.

Tertia nota ˋ reſpondet Muſico MI, & vocatur à Sinis *Xām xim̃*, id eſt, vox alta.

Quarta nota ´ reſpondet Muſico FA, & Sinicè ſignificat *Kiú xim̃*, abeuntis alta vox.

Quinta nota ˘ reſpondet Muſico SOL, Sinicè *Gĕ xim̃*, id eſt ingredientis properans vox. Reliqui duo accentus *o* & *ɔ* planam vocem indicant.

Hoc pacto uti paulo ante innuimus, hæc dictio monoſyllaba *Ta*, ex ſe indifferens eſt, ſed pro diverſitate vocalium quibus inſignitur, differentes ſignificationes exprimit, uti ſequitur:

*Tâ*, Deus.
*Tā*, Mutus.
*Tà*, Excellens.
*Tá*, Stupor.
*Tă*, Anſer.

Quæ omnia hic præmittenda cenſuimus, ut quid per tot notas, quibus ſequentis Tabulæ Sinicæ voces inſigniuntur, ſignificetur, Lectorem non lateret. Sed hiſce jam præmiſſis, Lapidis ſane admirandi interpretationem ordiamur.

INTER-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Ectypon verum et genuinum*
*Celeberrimi istius monumenti Sinico Syriaci*
*quod in Regno Sinarum prope Urbem Siganfu*
*magno Christianæ Religionis fructu et emolumento*
*Anno 1625 detectum fuit.*

# 大秦景教流行中國碑

*Hanc Tabulam propria manu*
*ex autographo deſcripſit*
*Mattheus Sina Oriundus ex*
*Siganfu Romæ A.o 1664.*

景教流行中國碑頌并序

大秦寺僧景淨述

粵若常然真寂先先而无元窅然靈虛後後而妙有總玄樞而造化妙衆聖以元尊者其唯我三一妙身无元真主阿羅訶歟判十字以定四方鼓元風而生二氣暗空易而天地開日月運而晝夜作匠成萬物然立初人別賜良和令鎮化海渾元之性虛而不盈素蕩之心本無希嗜洎乎娑殫施妄鈿飾純精閒平大於此是之中隙冥同於彼非之內是以三百六十五種肩隨結轍競織法羅或指物以託宗或空有以淪二或禱祀以邀福或伐善以矯人智慮營營恩情役役茫然無得煎迫轉燒積昧亡途久迷休復於是我三一分身景尊彌施訶戢隱真威同人出代神天宣慶室女誕聖於大秦景宿告祥波斯睹耀以來貢圓二十四聖有說之舊法理家國於大猷設三一淨風無言之新教陶良用於正信制八境之度鍊塵成真啟三常之門開生滅死懸景日以破暗府魔妄於是乎悉摧棹慈航以登明宮含靈於是乎既濟能事斯畢亭午昇真經留二十七部張元化以發靈關法浴水風滌浮華而潔虛白印持十字融四照以合無拘擊木震仁惠之音東禮趣生榮之路存鬚所以有外行削頂所以無內情不畜臧獲均貴賤於人不聚貨財示罄遺於我齋以伏識而成戒以靜慎為固七時禮讚大庇存亡七日一薦洗心反素真常之道妙而難名功用昭彰強稱景教惟道非聖不弘聖非道不大道聖符契天下文明太宗文皇帝光華啟運明聖臨人大秦國有上德曰阿羅本占青雲而載真經望風律以馳艱險貞觀九祀至於長安帝使宰臣房公玄齡總仗西郊賓迎入內翻經書殿問道禁闈深知正真特令傳授貞觀十有二年秋七月詔曰道無常名聖無常體隨方設教密濟群生大秦國大德阿羅本遠將經像來獻上京詳其教旨玄妙無為觀其元宗生成立要詞無繁說理有忘筌濟物利人宜行天下所司即於京義寧坊造大秦寺一所度僧廿一人宗周德喪青駕西昇巨唐道光景風東扇旋令有司將帝寫真轉摸寺壁天姿汎彩英朗景門聖跡騰祥永輝法界案西域圖記及漢魏史策大秦國南統珊瑚之海北極衆寶之山西望仙境花林東接長風弱水其土出火綄布返魂香明月珠夜光璧俗無寇盜人有樂康法非景不行主非德不立土宇廣闊文物昌明高宗大帝克恭纘祖潤色真宗而於諸州各置景寺仍崇阿羅本為鎮國大法主法流十道國富元休寺滿百城家殷景福聖曆年釋子用壯騰口於東周先天末下士大笑訕謗於西鎬有若僧首羅含大德及烈並金方貴緒物外高僧共振玄網俱維絕紐玄宗至道皇帝令寧國等五王親臨福宇建立壇場法棟暫橈而更崇道石時傾而復正天寶初令大將軍高力士送五聖寫真寺內安置賜絹百疋奉慶睿圖龍髯雖遠弓劍可攀日角舒光天顏咫尺三載大秦國有僧佶和瞻星向化望日朝尊詔僧羅含僧普論等一七人與大德佶和於興慶宮修功德於是天題寺牓額戴龍書寶裝璀翠灼爍丹霞睿扎宏空騰凌激日寵賚比南山峻極沛澤與東海齊深道無不可所可可名聖無不作所作可述肅宗文明皇帝於靈武等五郡重立景寺元善資而福祚開大慶臨而皇業建代宗文武皇帝恢張聖運從事無為每於降誕之辰錫天香以告成功頒御饌以光景衆且乾以美利故能廣生聖以體元故能亭毒我建中聖神文武皇帝披八政以黜陟幽明闡九疇以惟新景命化通玄理祝無愧心至於方大而虛專靜而恕廣慈救衆苦善貸被群生者我修行之大猷汲引之階漸也若使風雨時天下靜人能理物能清存能昌歿能樂念生響應情發自誠者我景力能事之功用也大施主金紫光祿大夫同朔方節度副使試殿中監賜紫袈裟僧伊斯和而好惠聞道勤行遠自王舍之城聿來中夏術高三代藝博十全始效節於丹庭乃策名於王帳中書令汾陽郡王郭公子儀初總戎於朔方也肅宗俾之從邁雖見親於臥內不自異於行間為公爪牙作軍耳目能散祿賜不積於家獻臨恩之頗黎布辭憩之金罽或仍其舊寺或重廣法堂崇飾廊宇如翬斯飛更效景門依仁施利每歲集四寺僧徒虔事精供備諸五旬餧者來而飯之寒者來而衣之病者療而起之死者葬而安之清節達娑未聞斯美白衣景士今見其人願刻洪碑以揚休烈詞曰

真主無元湛寂常然權輿匠化起地立天分身出代救度無邊日昇暗滅咸證真玄赫赫文皇道冠前王乘時撥亂乾廓坤張明明景教言歸我唐翻經建寺存歿舟航百福偕作萬邦之康高宗纂祖更築精宇和宮敞朗遍滿中土真道宣明式封法主人有康樂物無災苦玄宗啟聖克修真正御牓揚輝天書蔚映皇圖璀璨率土高敬庶績咸熙人賴其慶肅宗來復天威引駕聖日舒晶祥風掃夜祚歸皇室祅氛永謝止沸定塵造我區夏代宗孝義德合天地開貸生成物資美利香以報功仁以作施暘谷來威月窟畢萃建中統極聿修明德武肅四溟文清萬域燭臨人隱鏡觀物色六合昭蘇百蠻取則道惟廣兮應惟密強名言兮演三一主能作兮臣能述建豐碑兮頌元吉

大唐建中二年歲在作噩太簇月七日大耀森文日建立

時法主僧寧恕知東方之景衆也

朝議郎前行台州司士參軍呂秀巖書

助檢校試太常卿賜紫袈裟寺主僧業利

B.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# INTERPRETATIO I.

Quâ

*Characterum Sinicorum, qui in Monumento Sinico continentur, pronunciatio genuina per Latinos Characteres exprimitur.*

| | 7. Chum̄ 8. Kuĕ 9. Poeȳ. | 4. Kiaó 5. Lieû 6. Hin̂ | 1. Tá 2. Cyń 3. Kim̀ | |
|---|---|---|---|---|
| 4. COL. | 3. COL. | 2. COL. | 1. COLUMNA. | 0. |
| 1. uû | 1. sú | 1. lĕ | 1. yĕ | 1. Kim̀ |
| 2. tĕ | 2. {xí / chī} | 2. kī | 2. giû | 2. kiaó |
| 3. cyeñ | 3. chum̄ | 3. ngañ | 3. cham̂ | 3. {lieû / hin̂} |
| 4. pĕ | 4. kiĕ | 4. chim̂ | 4. gen̂ | 4. {chum̂ / kuĕ} |
| 5. chueǹ | 5. min̂ | 5. ý | 5. chiñ | 5. poeȳ |
| 6. xaō | 6. tum̂ | 6. lĕ | 6. cyĕ | 6. sum̂ |
| 7. cyĕ | 7. yú | 7. tieñ | 7. syeñ | 7. piń |
| 8. mŏ | 8. poý | 8. tý | 8. syeñ | 8. siú |
| 9. vaǹ | 9. {ſī / chī} | 9. kaŷ | 9. lĕ | 9. {Tá / cyń} |
| 10. tû | 10. nuý | 10. gĕ | 10. uû | 10. xí |
| 11. kieù | 11. xí | 11. yuĕ | 11. yuen̂ | 11. ceñ |
| 12. mî | 12. ỳ | 12. yuń | 12. siaō | 12. {kim̀ / cym̂} |
| 13. hieū | 13. ſañ | 13. lĕ | 13. gen̂ | 13. xŏ |
| 14. fō | 14. pĕ | 14. cheú | 14. {lim̂ / hiū} | |
| 15. yú | 15. lŏ | 15. yĕ | 15. heú | |
| 16. xí | 16. xĕ | 16. só | 16. heú | |
| 17. rigò | 17. ú | 17. cyam̂ | 17. lĕ | |
| 18. ſañ | 18. chum̄ | 18. chim̂ | 18. miaó | |
| 19. yĕ | 19. kieñ | 19. tam̄ | 19. yeù | |
| 20. fueñ | 20. ſuŷ | 20. uĕ | 20. sum̄ | |
| 21. xim̄ | 21. kiĕ | 21. gên | 21. hiuen̂ | |
| 22. kim̂ | 22. chĕ | 22. liĕ | 22. kiū | |
| 23. suń | 23. kim̂ | 23. sō | 23. lĕ | |
| 24. {mî / xí / ō} | 24. chĕ | 24. gin̂ | 24. {saó / hoá} | |
| 25. cyĕ | 25. fá | 25. piĕ | 25. miaó | |
| 26. yń | 26. lŏ | 26. sú | 26. {chum̄ / xím} | |
| 27. chiñ | 27. hoĕ | 27. {leam̂ / hŏ} | 27. ỳ | |
| 28. gueý | 28. chî | 28. lím | 28. yuen̂ | |
| 29. tûm | 29. uĕ | 29. chiń | 29. suń | |
| 30. gin̂ | 30. ỳ | 30. hoá | 30. chè | |
| 31. chŏ | 31. tŏ | 31. haỳ | 31. kī | |
| 32. taý | 32. sum̂ | 32. hoén | 32. gueý | |
| 33. xim̂ | 33. hoĕ | 33. yuen̂ | | |



34. tieñ

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

**4. Col.**

34. tien̄
35. syuen̄
36. kiṃ́
37. xĕ
38. nyù
39. tań
40. xiḿ
41. yú
42. { tá / cýṇ }
43. kim̀
44. sŏ
45. kaó
46. cyam̂
47. { pŏ / sú }
48. tú
49. hoeý
50. ỳ
51. laŷ
52. cuṃ̄
53. yuên
54. { lh́ / xĕ }
55. sú
56. xim̀.

**3. Col.**

34. cum̆
35. yeǹ
36. ỳ
37. { luń / lh́ }
38. hoĕ
39. taò
40. sú
41. ỳ
42. yaō
43. fọ̆
44. hoĕ
45. fă
46. xeń
47. ỳ
48. kiaó
49. gin̂
50. chỉ
51. liń
52. { ym̂ / yṃ̂ }
53. ngen̄
54. ym̄
55. { mim̀ / mim̀ }
56. mam̀
57. gên.

**2. Col.**

34. { chī / sýṃ }
35. hiū
36. lĥ
37. pú
38. yṃ̂
39. sŏ
40. { taḿ / chī }
41. syṇ̄
42. pueń
43. uû
44. hī
45. xị́
46. kí
47. yú
48. { sŏ / tún }
49. xỉ
50. uáṃ
51. chéu
52. xĕ
53. xun̂
54. cyṃ̄
55. hiên
56. pim̂
57. tá
58. yú.

**1. Colum.**

33. rigò
34. san̄
35. yé
36. miaó
37. xiṃ̄
38. uû
39. yuen̂
40. chin̄
41. chù
42. { ō / lô / ō / yụ̀ }
43. poń
44. { xĕ / çụ́ }
45. ỳ
46. tyḿ
47. sú
48. faṃ̄
49. kù
50. yuen̂
51. fum̄
52. lĥ
53. sem̄.

**0.**

---

**9. Col.**

{ lô / pueǹ }
1. cheń
2. cym̄
3. yun̂
4. lĥ
5. saý
6. chin̄
7. kiṃ̄
8. vám
9. fum̄
10. liŏ
11. ỳ
12. chî
13. kien̄
14. hiẹǹ

**8. Col.**

1. sýen̩
2. sȳ
3. sym̄
4. fạń
5. sọ̆
6. chin̄
7. { cham̂ / chī }
8. taó̩
9. miaó
10. lĥ
11. nan̂
12. mim̂
13. cum̀
14. yuḿ
15. chaó

**7. Col.**

1. tum̄
2. lí
3. seú
4. sem̂
5. { yum̂ / chī }
6. lụ́
7. sûn
8. siû̩
9. { sò / ỳ }
10. yeù
11. uaý
12. hiń
13. cyŏ
14. tyḿ

**6. Col.**

1. çû
2. ham̂
3. ỳ
4. tem̂
5. min̂
6. cum̄
7. han̂
8. lim̂
9. yú
10. xí
11. yŭ
12. kí
13. cý̩
14. nem̂
15. sú
16. sú

**5. Colum.**

1. yeù
2. { xuĕ / chī }
3. kieu
4. fă̩
5. lĭ
6. kiā
7. kuĕ
8. yú
9. tá
10. yeû
11. xuĕ

:

12. san̂
13. yĕ
14. ciḿ

15. cheǹ

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

9. COL.

15. chen̉ / quon̄ / kieú / sù
16. chí
17. yú
18. chaḿ / ngán.
19. tý
20. sù
21. çaỳ
22. chin̂
23. fam̂ / cum̄ / yuen̂ / lim̂
24. çum̄
25. chaḿ
26. sȳ
27. kiaó.
28. pin̄
29. ym̂
30. gĕ
31. nuý.
32. fań
33. kim̄
34. xū
35. tień.
36. uen̂
37. taó
38. kiń
39. gueŷ.
40. xiń
41. chī
42. chiḿ
43. chin̄.
44. tĕ
45. liḿ
46. chueń
47. xeú.
48. chén / quon̄
49. xĕ
50. yeù
51. lh̆
52. nień.

8. COL.

16. ym̂.
17. kiaḿ
18. chiḿ
19. kim̀
20. kiaó.
21. gueỳ
22. taó.
23. fī
24. xiḿ
25. pú
26. cuḿ
27. xiḿ
28. fī
29. taó
30. pú
31. tá.
32. taó
33. xiḿ
34. fû
35. kiĕ.
36. tien̄ / hiá
37. uen̂
38. miḿ
39. taý / suń / uen̂
40. hoâm / tý
41. kuām
42. hoâ
43. kí / yuń
44. miń
45. xiḿ
46. lim̂
47. gin.
48. tá / cyń
49. kuĕ.
50. yeù
51. xaḿ
52. tĕ
53. yuĕ.
54. ō.

7. COL.

15. sò / ỳ
16. uû
17. nuý
18. cym̄.
19. pú
20. hiŏ
21. çam̂. / hoĕ
22. kiun̄
23. kueý
24. cyeń
25. yú
26. gin̂.
27. pú
28. syú
29. hŏ / çaŷ.
30. yĕ
31. kiḿ
32. ỳ
33. yú
34. ngò
35. chaȳ
36. ỳ.
37. fo
38. chĕ
39. lĥ
40. chim̂.
41. hoĕ
42. ỳ
43. cyḿ
44. xiḿ
45. gueý
46. kú.
47. cyĕ
48. xî
49. lí
50. çań.
51. tá
52. pí
53. çun̂
54. uaḿ.
55. cyĕ
56. gĕ
57. yĕ.

6. COL.

17. pú.
18. tym̂ / ú
19. xiḿ
20. chin̄.
21. kim̄
22. leû
23. lh̆
24. xĕ
25. cyĕ
26. pú.
27. nam̄
28. yuen̂
29. hoâ
30. ỳ
31. fă
32. lim̂
33. pień.
34. fă
35. yŏ
36. xuỳ
37. fūm.
38. tiĕ
39. feú
40. hoâ
41. lĥ
42. kiĕ
43. hiū
44. pĕ.
45. yǹ
46. xí
47. xé
48. çú
49. yum̂
50. sú
51. chaó
52. ỳ
53. hŏ
54. uû
55. kiū
56. kie
57. mŏ
58. chiń
59. gin̂
60. hoeý / chī
61. yn̄.

5. COLUMNA.

15. fum̄
16. uû
17. yen̂
18. chī
19. syn̄
20. kiaó.
21. taô
22. leam̂
23. yuḿ
24. yú
25. chiḿ
26. syn̄.
27. chī
28. pá
29. kim̀
30. tú.
31. lieǹ
32. chin̂
33. chim̂
34. chin̄.
35. kī
36. sań
37. cham̂
38. chī
39. muen̂.
40. kaȳ
41. sem̄
42. miĕ
43. sù.
44. hiuen̂
45. kim̀
46. gĕ
47. ỳ
48. pŏ
49. ngań
50. fù.
51. mŏ
52. uaḿ
53. yú
54. xí
55. yú
56. syĕ
57. çuý.
58. chaó.

1. kí

14. Col.

1. xí
2. muḿ
3. pĕ
4. chiḿ
5. kiā
6. yḿ
7. kim̀
8. fŏ
9. xìm / liĕ
10. mieñ
11. sĕ / çú
12. yuḿ
13. choaḿ
14. teḿ
15. kĕù
16. yú
17. tum̄ / cheū
18. syeñ / tieñ
19. mŏ
20. hiá
21. sú
22. tá
23. siaó
24. xań
25. paḿ
26. yú
27. sȳ / kaó
28. yeù
29. giŏ
30. ceḿ
31. xeú
32. lŏ / hań
33. tá
34. tĕ
35. kiĕ / liĕ
36. piḿ
37. kiñ
38. fam̄
39. kueý

13. Col.

1. kĭú
2. taó
3. giñ
4. y.ù
5. lŏ
6. kam̂
7. fă
8. fī
9. kim̀
10. pú
11. him̀
12. chù
13. fī
14. tĕ
15. pú
16. liĕ
17. tú
18. yù
19. quam̀
20. quŏ
21. vén / uĕ
22. cham̄
23. miñ
24. kaó
25. çuń
26. tá
27. tý
28. kĕ
29. cuḿ
30. cyeń
31. çù
32. giuñ / sĕ
33. chiñ
34. çuń
35. lĥ
36. yú
37. chū
38. cheū
39. kŏ
40. chí
41. kim̀
42. xí;
43. gêm
44. çuń

12. Col.

1. xiḿ
2. cyĕ
3. tem̂
4. yam̄
5. yûm
6. hoeý
7. fá
8. kiaý
9. ngañ
10. sȳ
11. yŭ
12. tú
13. kí
14. kiĕ
15. hañ
16. gueŷ
17. sú / suḿ
18. tá / cyń
19. kuĕ
20. nán
21. tum̂
22. xañ / hû / chī
23. haý
24. pĕ
25. kiĕ
26. chum̄
27. paò / chī
28. xañ
29. sȳ
30. uaḿ
31. cyeñ
32. kiḿ
33. hoā
34. lim̄
35. tum̄
36. cyĕ
37. cham̂
38. fum̄
39. niĕ
40. xuỳ
41. kī

11. Col.

1. uĕ
2. lí
3. giñ
4. siueñ
5. hiñ
6. tieñ / hiá
7. sò
8. sú
9. cyĕ
10. yú
11. kim̄
12. ý / nyḿ / fam̂
13. çaó
14. tá / cyń / kuĕ
15. xí
16. yĕ
17 sò
18. tú
19. cem̄
20. lĥ / xĕ
21. yĕ
22. giñ
23. çuń
24. cheú
25. tĕ
26. vam̂
27. cym̄
28. kiń
29. sȳ
30 xiḿ
31. kiú
32. taḿ
33. taó
34. kuam̂
35. kim̀
36. fum̄
37. tum̄
38. xeń
39. siueñ
40. liḿ

10. Colum.

1. cyeñ
2. cyĕ
3. chuñ / yuê
4. taó
5. uû
6. cham̂
7. miḿ
8. xiḿ
9. uû
10. cham̂
11. tý
12. suŷ
13. fam̄
14. xĕ
15. kiaó
16. miĕ
17. cý
18. kiuñ
19. sem̄
20. tá / cyń
21. kuĕ
22. tá
23. tĕ
24. ō / lŏ / pueñ
25. yueǹ
26. cyam̄
27. kim̄
28. syaḿ
29. laŷ
30. kień
31. xaḿ
32. kim̄
33. cyam̂
34. kī
35. kiaó
36. chī
37. yueñ
38. miaó
39. uû / gueŷ
40. quoñ
41. kī

40. suī

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

**10. COLUMNA.**

42. *yuên*
43. *çuń*
44. *sem̄*
45. *chim̂*
46. *liĕ*
47. *yaó*
48. *sû*
49. *uû*
50. *fan̂*
51. *xuĕ*
52. *lì*
53. *yeù*
54. *uam̂*
55. *ſyuen̄*
56. *cý*

**11. COL.**

41. *yeù*
42. *sū*
43. *cyam̀*
44. *tý*
45. *syĕ*
46. *chin̄*
47. *chueǹ*
*mò*
48. *xí*
49. *piĕ*
50. *tien*
51. *sū*
52. *fan̂*
53. *saỳ*
54. *ym̀*
55. *lam̀*
56. *kim̀*
57. *muén.*

**12. COL.**

42. *tú*
43. *chŏ*
44. *hŏ*
45. *uoń*
46. *pú*
47. *taǹ*
*hoen̂*
*hiam̄*
48. *min̂*
49. *yuĕ*
50. *chū*
51. *yĕ*
52. *kuam̄*
53. *piĕ*
54. *sŏ*
55. *uû.*

**13. COL.**

45. *ō*
*lŏ*
*puen̂*
46. *gueý*
47. *chiń*
48. *kuĕ*
49. *tá*
50. *fă*
51. *chù*
52. *fă*
*leû*
53. *xĕ*
54. *taó*
55. *kuĕ*
56. *fō*
57. *yuên*
58. *hieú.*

**14. COL.**

40. *ſuì*
41. *uĕ*
42. *uaý*
43. *kaó*
44. *cem̄*
45. *cum̄*
46. *chiń*
47. *yuên*
48. *uam̂*
49. *kiú*
50. *gueý*
51. *çyuĕ*
52. *nieù*
53. *yuen̂*
*çuń*
*chí*

---

**15. COLUMNA.**

*taó*
1. *hoam̂*
*tý*
2. *lim̂*
3. *nym̂*
4. *kuĕ*
5. *tem̀*
6. *ú*
7. *uam̀*
8. *cyn̄*
9. *lim̂*
10. *fō*
11. *yù*
12. *kień*
*liŏ*
13. *tam̂*
14. *tam̂*
15. *fă*
16. *tum̂*
17. *çań*
18. *yaò*
19. *lô*
20. *kim̀*
21. *çuń*
22. *taó*
23. *xĕ*

**16. COL.**

1. *cum̄*
2. *kień*
3. *kò*
4. *pan̄*
5. *gĕ*
6. *kiŏ*
7. *xū*
8. *quam̄*
9. *tien̄*
10. *yen̂*
11. *chì*
12. *chĕ*
13. *san̄*
14. *çaỳ*
15. *tá*
16. *cýn*
17. *kuĕ*
18. *yeù*
19. *cem̄*
20. *kiĕ*
*hŏ*
21. *chén*
22. *sym̂*
23. *hiam̂*
24. *hoâ*
25. *uam̂*

**17. COL.**

1. *paô*
2. *cyam̀*
3. *çuỳ*
*çuý*
4. *xŏ*
*xŏ*
5. *tan̄*
6. *hiâ*
7. *siŏ*
*chă*
8. *hum̂*
9. *cum̂*
10. *tem̂*
11. *hiam̄*
12. *cyaō*
13. *gĕ*
14. *chum̂*
15. *laý*
16. *pĕ*
17. *nan̂*
18. *xan̄*
19. *siuń*
20. *kiĕ*
21. *poeý*
*çĕ*
22. *yù*

**18. COL.**

1. *xí*
2. *yuên*
3. *xeń*
4. *çu*
5. *lô*
6. *fô*
7. *çŏ*
8. *kaȳ*
9. *tà*
10. *kim̂*
11. *lim̂*
12. *lô*
13. *hoam̂*
14. *yĕ*
15. *kień*
16. *taý*
*çuń*
*uen̂*
*uû*
17. *hoâm*
*tý*
18. *kueȳ*
19. *cham̄*
20. *xim̂*
21. *yuń*
22. *çin̂*

**19. COL.**

1. *yuên*
2. *kú*
3. *nem̂*
4. *tym̂*
5. *tŏ*
6. *ngò*
7. *kień*
*chum̂*
*xim̂*
*xim̂*
*vên*
*uû*
8. *hoâm*
*tý*
9. *pí*
10. *pá*
11. *chim̂*
12. *chū*
13. *chĕ*
14. *yeú*
15. *min̂*
16. *heń*
17. *kieú*
18. *cheû*
19. *ỳ*
20. *gueý*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

19. COL.

21. *syn̄*
22. *kim̀*
23. *miń*
24. *hoá*
25. *tuḿ*
26. *yueñ*
27. *lȉ*
28. *chŏ*
29. *uû*
30. *quéy*
31. *syn̄*
32. *chȉ*
33. *yú*
34. *fam̄*
35. *tá*
36. *lĥ*
37. *hiū*
38. *chueń*
39. *cyḿ*
40. *lĥ*
41. *xŏ*
42. *quam̀*
43. *çû*
44. *kieú*
45. *chum̄*
46. *kú*
47. *xeń*
48. *taý*
49. *pi*
50. *kiun̂*
51. { *sem̄* / *chĕ* }
52. *ngò*
53. *sieū*
54. *hiâ.*

18. COL.

23. *sú*
24. { *uû* / *gueý* }
25. *mùy*
26. *yú*
27. *kiaḿ*
28. { *tań* / *chī* }
29. *xiń*
30. *yâm*
31. *tieñ*
32. *hiam̄*
33. *ỳ*
34. *haó*
35. *chim̂*
36. *cum̄*
37. { *fuen̂* / *yú* }
38. *chuèn*
39. *ý*
40. *kuan̄*
41. *kim̀*
42. *chum̄*
43. *cyĕ*
44. *kien̂*
45. *ỳ*
46. *muý*
47. *lí*
48. *kú*
49. *nem̂*
50. *quam̀*
51. *sem̄*
52. *xiḿ*
53. *ỳ*
54. *tý.*

17. COL.

23. *tum̄*
24. *haỳ*
25. *cŷ*
26. *chiń*
27. *taó*
28. *uû*
29. *pú*
30. *kó*
31. *sò*
32. *kò*
33. *kò*
34. *mim̂*
35. *xiḿ*
36. *uú*
37. *pù*
38. *çó*
39. *sò*
40. *çó*
41. *kò*
42. *xŏ*
43. { *sŏ* / *çuń* / *uen̂* / *min̂* }
44. { *hoam̂* / *tý* }
45. *yú*
46. { *lim̂* / *uû* }
47. *teḿ*
48. *ú*
49. *kiuń*
50. *chuń*
51. *liĕ*
52. *kim̀.*

16. COL.

26. *gĕ*
27. *chaó*
28. *çuń*
29. *chaó*
30. *cem̄*
31. { *lŏ* / *han* }
32. *cem̄*
33. { *pú* / *luń* }
34. *tem̀*
35. *yĕ*
36. *cyĕ*
37. *gin̂*
38. *yú*
39. *tá*
40. *tĕ*
41. { *kiĕ* / *hŏ* }
42. *yú*
43. { *kiḿ* / *kiḿ* }
44. *cum̄*
45. *syeū*
46. *cum̄*
47. *tĕ*
48. *yú*
49. *xí*
50. *tieñ*
51. *tú*
52. *xí*
53. *paǹ*
54. *ngĕ*
55. *lŷ*
56. *tum̂*
57. *xu.*

15. COLUMNA.

24. *xȉ*
25. *kim̂*
26. *lĥ*
27. *tô*
28. *chiḿ*
29. { *tūn* / *paó* }
30. *çō*
31. *liḿ*
32. *tá*
33. { *cyam̄* / *kiuń* }
34. { *kaó* / *liĕ* / *sú* }
35. *suḿ*
36. *ú*
37. *xiḿ*
38. *syĕ*
39. *chin̄*
40. *xí*
41. *nuý*
42. { *ngan̄* / *chí* }
43. *sú*
44. *kiuén*
45. *pĕ*
46. *piĕ*
47. *fuḿ*
48. *kiḿ*
49. *gmý*
50. *tâ*
51. *lun̂*
52. *gen̂*
53. *suȳ*
54. *yueń.*

1. *sú*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

24. COL.

1. sú
2. muý
3. pĕ
4. ȳ
5. kim̀
6. sú
7. kin̄
8. kień
9. kí
10. gin̂
11. yueń
12. kĕ
13. kum̄
14. poeý
15. ỳ
16. yam̀
17. hieū
18. liĕ
19. sú
20. yuĕ
21. chin̄
22. chù
23. uû
24. yueǹ
25. xiń
26. syĕ
27. cham̂
28. gen̂
29. kiueń
30. yú
31. cyam̀
32. hoá
33. kí
34. tý
35. liĕ
36. tiĕn̄
37. fueń
38. xim̄
39. chŏ
40. taý
41. kieū
42. tú
43. {uû / pień}
44. gĕ
45. xim̀
46. ngań
47. miĕ
48. kién
49. chim̄
50. chin̄
51. yueń

23. COL.

1. tâm
2. çuń
3. xĕ
4. lam̂
5. yû
6. giû
7. {hoeȳ / sú}
8. fí
9. kem̀
10. hiaó
11. kim̀
12. muên
13. ȳn
14. gin̂
15. xí
16. lí
17. muỳ
18. suý
19. cyĕ
20. sú
21. xí
22. {cem̄ / tú}
23. {kień / sú}
24. cym̄
25. cum̀
26. liŏ
27. chū
28. {ú / siuń}
29. gueý
30. chĕ
31. laŷ
32. lĕ
33. fam̀
34. chī
35. hân
36. chĕ
37. laŷ
38. lĕ
39. ȳ
40. chī
41. pím
42. chĕ
43. leaó
44. lĕ
45. kí
46. chī
47. sù
48. chĕ
49. çam̀

22. COL.

1. çum̂
2. giun̂
3. yú
4. {sŏ / fam / yĕ}
5. {sŏ / çuń}
6. pí
7. chī
8. maý
9. suý
10. kień
11. cyn̄
12. yú
13. ngó
14. nuý
15. pú
16. çú
17. ý
18. yú
19. hin̂
20. kien̄
21. gueý
22. cum̄
23. chaò
24. yă
25. çó
26. kiuń
27. lĕ
28. mŏ
29. nem̀
30. san̄
31. lŏ
32. sú
33. pú
34. cyĕ
35. yú
36. kiá
37. yén
38. {lim / ngēn}
39. chī
40. {pŏ / lí}
41. pú
42. {çû / kí}
43. chī
44. {kin̄ / tan}
45. koĕ
46. gem̂

21. COL.

1. {sú / xí / tiĕn̄ / chum̄ / kień}
2. sú
3. {çú / kiā / xā}
4. cem̄
5. {ȳ / sú}
6. hŏ
7. lĕ
8. haó
9. hoeý
10. ueń
11. taó
12. tum̀
13. hin̂
14. yuen̂
15. çú
16. {uam̀ / xĕ / chī / chim̀}
17. {cýn / laý}
18. chum̄
19. hin̄
20. xŏ
21. kaó
22. san̄
23. taý
24. yó
25. chueń
26. xĕ
27. cyueń
28. chí
29. kiaó
30. cyĕ
31. yú
32. tan̂
33. tym̀
34. naý
35. cĕ
36. num̂
37. yú
38. uam̀
39. cham̀
40. chum̄
41. {xū / lim̀}

20. COLUMNA.

1. chī
2. tá
3. {yeû / kiĕ}
4. {yú / chī}
5. kiaȳ
6. {çán / yĕ}
7. giŏ
8. sú
9. fam̄
10. yû
11. xí
12. {tien̄ / hiá}
13. cym̀
14. gin̂
15. nem̂
16. lí
17. uĕ
18. nêm
19. cym̀
20. çuń
21. nem̂
22. cham̀
23. 24. çan̂
25. nem̂
26. lŏ
27. tíen
28. {sem̄ / hiam̄}
29. ym̀
30. cym̄
31. fá
32. çú
33. chim̀
34. chĕ
35. ngò
36. kim̀
37. liĕ
38. nem̀
39. {sú / chī}
40. cum̄
41. {yum̀ / yĕ}
42. tá
43. xí
44. chù



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

**20. Columna.**

- 45.
  - kiñ
  - çú
  - kuam̃
  - lŏ
  - tá
  - fú
- 46. tum̃
- 47.
  - sŏ
  - fam̃
  - cyĕ
  - tá
  - fŏ.

**21. Col.**

- 42.
  - fueń
  - yam̂
- 43.
  - kiuń
  - uam̀
  - kuŏ
- 44.
  - cum̃
  - çú.
  - ý
- 45. çō.

**22. Col.**

- 47. kí
- 48. kieú
- 49. xí.
- 50. hoe
- 51. chuḿ
- 52. quam̀
- 53. fă.:

**23. Col.**

- 50. lĥ
- 51. ngañ
- 52. chī.
- 53. cyḿ
- 54. cyĕ
- 55.
  - tá
  - sŏ
- 56. uĭ
- 57. uen̂.

**24. Col.**

- 52.
  - chĕ
  - chĕ
- 53. uên
- 54. hoâm.
- 55. taó
- 56. quom̃
- 57. cyên
- 58. uam̀.

**25. Columna.**

- 1. xiḿ
- 2. xĩ
- 3. fă
- 4. luḿ
- 5. kieñ
- 6. quŏ
- 7. queń
- 8. cham̃.
- 9.
  - min
  - min̂
- 10. kim̀
- 11. kiaó.
- 12. yeû
- 13. queý
- 14. ngó
- 15. taḿ
- 16. fań
- 17. kim̃
- 18. kień
- 19. xĩ
- 20. çun̂
- 21. çań
- 22.
  - chueñ
  - ham̂
- 23. pĕ
- 24. fŏ
- 25. kiaý
- 26. çó.
- 27. uaḿ
- 28.
  - pań
  - chī
- 29. kam̂
- 30.
  - kaó
  - çuń
- 31. cyeń
- 32. çû.
- 33. kem̀

cyên

**26. Col.**

- 1. uú
- 2. çaŷ
- 3. kú.
- 4.
  - yuen̂
  - çuń
  - kĕ
- 5. xiḿ
- 6. kĕ
- 7. syeū
- 8. chiñ
- 9. chiḿ.
- 10. yú
- 11. pañ
- 12. yaḿ
- 13. hoeý.
- 14. tieñ
- 15. xū
- 16. hoeý
- 17. yḿ
- 18. hoâm
- 19. tú
- 20. çuý
- 21. çañ.
- 22. çuý
- 23. tú
- 24. kaó
- 25. kiń.
- 26. xŏ
- 27. cyĕ
- 28. kieñ
- 29. hí.
- 30. giñ
- 31. laŷ
- 32. kí
- 33. kiḿ.

:

**27. Col.**

- 1. tyḿ
- 2. chim̂.
- 3. çaó
- 4. ngò
- 5. kiú
- 6. hiā.
- 7. taý
- 8. çuḿ
- 9. hiaó
- 10. ý.
- 11. tĕ
- 12. hŏ
- 13. tieñ
- 14. tý.
- 15. kaý
- 16. taý
- 17. sem̃
- 18. chim̂.
- 19. uĕ
- 20. çú
- 21. muý
- 22. lí.
- 23. hiam̃
- 24. ỳ
- 25. paò
- 26. cum̃.
- 27. giñ
- 28. ỳ
- 29. çó
- 30. xí
- 31. sŭ
- 32. sŏ
- 33. laŷ
- 34. gueý.
- 35. yuĕ
- 36. kiuĕ
- 37. piĕ.

**28. Col.**

- 1.
  - lŏ
  - hŏ
- 2. chaó
- 3. sú.
- 4. pĕ
- 5. mań
- 6. cyù
- 7. cĕ.
- 8. taó
- 9. gueý
- 10.
  - quam̀
  - ý
- 11. yḿ
- 12. gueý
- 13. miĕ.
- 14. kiáḿ
- 15. mim̂
- 16. yen̂
- 17.
  - ý.
  - yñ

:

- 18. sañ
- 19. yĕ.
- 20. chù
- 21. nem̂
- 22. çó
- 23. ý
- 24. chiñ
- 25. neḿ
- 26. xŏ.
- 27. kień
- 28. fuḿ
- 29.
  - gueý
  - ý
- 30. súm
- 31. yuen̂
- 32. kiĕ.

**29. Col.**

- 32. tá
- 33. tam̃
- 34.
  - kień
  - chum̃

lĥ
nień
suý
çaý
çó
niŏ
taý
ceú
yuĕ
cyĕ
tá
hoeý
sen
uen̂
gĕ
kień
liĕ
xĩ
fă
chù
cem̃
nyḿ
xú
chī
tum̃
fam̃
chī
kim̀
chum̃
yĕ
chaô
ý
lam̂

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

29. COL.

cyên
hîn
tåỳ
cheū
sú
sú
çaň
kiuň
liù
sieū
hień
xū.

o.

27. COL.

38. sŏ.
39. {kień chūm}
40. tuḿ
41. kiĕ.
42. cyň
43. sieū
44. miň
45. tĕ.
46. uû
47. sò
48. sú
49. yň.
50. uên
51. cyḿ
52. uaḿ
53. yû.
54. chŏ
55. liḿ
56. :
57. yň
kiḿ
kień
uĕ
sĕ.

26. COL.

34. {sŏ çuń}
35. laŷ
36. fŏ.
37. tieň
38. gueý
39. uỉ
40. kiā.
41. xiḿ
42. gĕ
43. yú
44. cyḿ.
45. cyâm
46. fuň
47. {sað yĕ.}
48. çó
49. queý
50. hoaŵ
51. xĕ
52. cyeū
53. kĭ
54. yuḿ
55. syĕ
56. chĭ
57. foĕ.

25. COLUMNA.

34. chŏ
35. cyň
36. yû.
37. hŏ
38. cuň
39. pí
40. laḿ.
41. {pién muoň}
42. {chuň tú}
43. chiň
44. taó
45. syueň
46. miň.
47. xỉ
48. fuň
49. fă
50. chù.
51. gin
52. yeù
53. lŏ
54. kaḿ.
55. uĕ.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# PRÆFATIO.

*Expoſitis in præcedenti Tabula terminis Sinicis, ſeu quod idem eſt, quomodo Characteres Sinici in Lapide comprehenſi, Latinè pronunciandi ſint; jam in ſequenti Interpretatione, voces in præcedenti expoſitas, pari numerorum correſponſu, exponemus. Ita autem res ſe habet.*

## INTERPRETATIO II.

## *Verbalis Latina Monumenti Sino-Chaldaici.*

Lin. 1. Tab. titulus. De magna *Cyn* (Judæa videlicet) clariſſimæ Legis promulgatæ in *Cium kuĕ* (id eſt, Sinarum Imperio) Monumentum.

o. Clariſſimæ Legis promulgatæ in Sina Lapis æternæ laudis & prologus. *Ta cyn* (id eſt, Judææ) Eccleſiæ Sacerdos, *Kim cym*, retulit.

Columna prima. 1. PRincipium fuit ſemper idem, verum, quietum, primorum primum, & ſine origine, neceſſariò idem, intelligens & ſpirituale, poſtremorum poſtremum & excellentiſſimum exiſtens, ordinavit cælorum polos, & fecit ex nihilo excellentiſſimè; perfecti omnium Sanctorum, pro origine adorant, quem ille ſolus perſonarum trium unica perfectiſſima ſubſtantia non habens principium, veritas Dominus *holooy* ſtatuit Crucem per pacificare quatuor partes Mundi, commovit originis ſpiritum & produxit.

Col. 2. 2. Duas mutationum cauſas (Sinicè dicuntur *ym* & *yam*, hoc eſt, materia & forma) obſcurum vacuum mutavit, & cœlum, terram aperuit, Solem, Lunam circum volvit & diem noctem fecit, Artifex operatus univerſas res. idem erigere voluit hominem, ornato donavit amabiliſſimam pacificæ unionis ſubordinationem (id eſt, juſtitiam originalem) præcipiebat quietem fluctibus maris, integra originis natura vacua humiliſque & non plena ſuperbaque, ſequi appetituum fluctuationem corde, de ſe, neque leviſſimè deſiderabat, promanavit à *Sotan* (id eſt, Diabolo) extenſus dolus, clam ornavit naturam puram & ſimplicem otioſa pace magnificam in

3. Illius permanentiæ medio odium occultavit ſimul per laudem malitiæ ad intra, iſtud cauſavit ter centum ſexies decem quinque ſectas, humeri hominum ſequebantur ordinem veſtigiorum contendentes texere regularum retia, aliqui monſtrabant res creatas pro credendo princi- Col. 3.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

principio, aliqui vacuum habebant pro origine duarum cauſarum, aliqui præſtabant ſacrificium ad accerſendam fortunam, aliqui conquirebant falſa bona ut deciperent homines, prudentiæ cogitationum inventiones doloſæ, amoris paſſione, gaudentes laborabant ſic

Col. 4. 4. Abſque eo, quod poſſent conſequi, torrebantur arctiſſimè revolutique cremabantur; aggregantes tenebras ſine via; à multo tempore deperdentes excellentem beatitudinem; in hoc tempore perſonarum trium una communicavit ſeipſam clariſſimo venerabiliſſimoque *Mi Xiò*; operiendo abſcondendoque veram majeſtatem; ſimul homo prodiit in ſæculum; Spiritus de cœlis ſignificavit lætitiam, Virgo fœmina peperit Sanctum in *Tacyn* (hoc eſt, Judæa), clariſſima conſtellatio annuntiavit felicitatem; *Po ſu* (Reges ex illa terra Orientali) viderunt claritatem, & venerunt offerre munera ſubjectionis completa bis decem quatuor ſanctarum.

Col. 5. 5. Eſt prophetiarum antiqua Lex; gubernavit familias, regna (id eſt, omnes) cum magna doctrina, locutus trinæ unitatis puram, ſpiritualem ſine verborum ſtrepitu, novam Legem; perfecit bonos mores cum directa fide; ordinavit octo finium & beatitudinum loca & gradus; Locum igneum purgandi pulveris, perficiendæ integritati, aperuit trium virtutum ſcholam; reſeravit vitam, extinxit mortem; appenſus claro die, ut deſtrueret inferni tenebroſi civitates, & regionem; diaboli dolos cum hoc totaliter deſtruxit, directo

6. Pietatis navigio, ut ſubirent Col. 6.
illuſtriſſimas manſiones, animabus ſpiritualibus in illo tempore cum jam ſuccurriſſet; potentiæ negotia hîc conſummaſſet; ſeipſo elevatus medio die aſcendit in cœlum; Scripturarum remanſerunt bis decem ſeptem tomi; aperta eſt originalis converſio, ut poſſent homines rationales ingredi; Lex lavacri aquæ ſpiritûs abluendo ſuperficiem exornat, & purificando, ſpiritum interius dealbat; ſignaculo ✠ Crucis diſperſi in quatuor partes Mundi, ad congregandos & pacificandos ſine labore pulſant ligna, timoris, pietatis, gratitudiniſque voces perſonando.

7. Orientem ſacrificando, reſpi- Col. 7.
ciunt vitæ glorioſæ iter, nutriunt barbas, quia habent extra converſari cum aliis; circumradunt ſummitatem verticis capitis, quia carent ad intra affectibus paſſionum; non fovent ſatellitia ſervorum, æquales nobilibus ignobilibus cum hominibus; non coacervant divitias, etiam pauperibus erogant, cum nobis; jejunant, ut ſubjiciant intellectui ſcientiam, & perficiant; vel ut quietent timoris paſſiones propter fortitudinem; ſeptem

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ptem vicibus offerunt laudis orationes magno adjutorio vivorum & mortuorum, ſeptem dierum primo

Col. 8. 8. Sacrificant, purificant corda, averſiones peccatorum abſolvendo; vera virtutum Lex excellit & difficillimè nominari poteſt; operibus actionibuſque illuminat tenebras umbraſque, cogimur vocare illam claram Legem; ſola Lex ſine Imperatoribus non magnificatur, Imperatores ſine Legem non ingrandeſcunt; Legem Imperatores edictis dilatando Mundum exornant claritate; *Tay çun-uen* Imperatoris clariſſimi Sinarum Regni, temporibus ad illuſtriſſimum ſapientiſſimum Imperatorem venit homo de *Tacyn* (id eſt, Judææ) regno, habens ſupremam virtutem, nuncupatus

Col. 9. 9. *Lo-puen*, directus à cæruleis nubibus & deferens veræ doctrinæ ſcripturas, contemplando ventorum regulam ad decurrenda laborum pericula; *Chen quon Kien ſú* (eſt nomen Sinici anni cadentis in Chriſti annum 636.) pervenit in aulam Imperator, præcepit Colao Vaſallo, *Fam cum yuen lim* (eſt nomen Colai) mittere regios ſcipiones (iſti ſunt rubri, & cum Imperator aliquid mandat, ſemper deferuntur) ad Occidentis ſuburbana hoſpiti obviam recipiendo, ingredientem intra palatium fecit transferri doctrinæ Legis libros, in palatio inquiſivit de Lege diligentiſſimè, in penetralibus profundiſſimę doctrinæ, rectæque veritatis, de propoſito mandavit illam promulgari dilatarique; *Chen quon* (anni ſic dicti) decimus erat ſecundus annus, (hoc eſt, Chriſti 639.)

10. Autumni ſeptima Luna edictum Regis poſitum inquit Lex non habet ordinarium nomen, ſancti non habent ſemper eundem locum, decurrunt Mundum proponendo Legem, creberrimè ſuccurrentes multitudini populorum *Tacyn* (Judææ) Regni magnæ virtutis, *Lo puen* de longè portans Legis ſcripturas imagineſque, venit illas offerre in ſupremam Regiam, inquirendo ſigillatim illius Legis intentum reconditum, excellens ſine ſuperficie; videmus ſuæ originis radicalis principium, à mortalium creatione ſtatutam neceſſitatem, verborum ſine ſuperfluitate doctrinam, rationen habentem oblivionis ſuſtentaculum proficuam Col. 10.

11. Rebus, utiliſſimam hominibus, extendente opera in Mundo, ideò præcipio Magiſtratibus, ut in Regia, *ynym ſam* ædificent *Ta cyn* (Judææ) Regni Eccleſiæ unum locum, ponant Sacerdotes bis decem & unum homines. *Cun cheu* (eſt cujuſdam antiqui viri nomen) virtute extincta, in nigro curru ad Occidentem receſſit, verum Regiæ familiæ *Tam* doctrinæ claritas clariſſimo ſpiritu Orientem perflavit, vulgata edicta ſunt à Magiſtratibus, repoſuerunt Imperatorum pictas vera effigies, in templi parietibus Imperatorum figuræ exuperantes, quinque coloribus cumulata luce illuſtrabant portas. Col. 11.

12. Sanctis

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Col. 12. 12. Sanctis exemplis advenit felicitas, æternùm ſplendentis Legis terminus, examinando Occidentis terrarum deſcriptionum monumenta, & *Han guey* familiarum Regiarum Hiſtoriographos, *Tacyn* Regnum ab Auſtro unitur coralli rubri maribus ( iſt eſt Rubro Mari ) à Septentrionali polo omnium pretioſorum lapidum montibus; ab Occidente immortalium hominum loco floridiſſimarum arborum, ab Oriente unitur loco *Cham ſum* mortuæque aquæ; ex illius terra prodit igne* lavanda tela, balſamum odoriferum, lucidæ Lunæ † gemmæ, noctu lucentes lapides pretioſi, conſuetudinem non habent.

* Albeſtus in deſerto *Arabiæ.*

† Selenites lapis.

Col. 13. 13. Ratiocinandi populi habent lætitiam pacificam, legem præterquam charitatis nullam aliam ſequuntur; Reges ſine virtutibus non conſtituunt; terræ mundus largus amplus, moribus florent illuſtriſſimis; *Cao çun* magnus Imperator ſcivit reverenter imitari majores ſuos; expreſſit factis ſuum parentem, & in omnibus Regnis ubilibet ordinavit fieri claræ Doctrinæ Eccleſias; & ſicut anteà venerabatur *Olo puen*, ſic fecit illum cuſtodem Regni magnæ Legis dominum; Lex dilatata per decem *tao*, (id eſt, per omnia Regna) felicitatis radice cumulatiſſima;

Col. 14 14. Eccleſiæ implebant centum civitates ( id eſt, omnes ) familiæ Regiæ fulgebant felicitate; *Xim lie* anno Bonzii uſi viribus erexerunt ora (id eſt, Legem vituperaverunt) in *tum Cheu* ( eſt Civitas in *Honan* Provincia) *Sien tien* (anno Chriſti 713.) finiente. Vulgares viri valdè etiam illam irriſerunt, calumniatique ſunt in *Sy Kao* ( antiqua eſt Regis *Uen uam* aula in *Xen ſy* Provincia ) erat *Gio* (Joannis eſt Sinico more vocabulum) Sacerdos. Caput *Lo han* magnæ virtutis *Kiĕ liĕ*, & *Kim̄* terrarum nobiles diſcipuli, rebus exterioribus ſuperior ille Sacerdos unà cum aliis, pietatis cœleſtis retia & fila dirupta reſarcivit *Iuen çun-chi-*

15. *Tao* Imperator mandavit *Nym* Regni aliorumque quinque Reges perſonaliter deſcendere ad felicitatis manſionem (id eſt in Eccleſiam) erigere altaria, aulaſque Legis, trabes columnaſque conciſas ſolidavit, & magis radicavit; Legis petra tunc inclinata etiam iterum rectificata fuit. *Tien pao* (anno Chriſti 747.) anno inchoato mandavit magnum Generalem *Kao lie ſu* (Eunuchus fuit) deferre quinque Imperatorum effigies veras, Eccleſias intra reponendas, dedit ſerici centum telas offerendas feſti lætitiæ augendæ gratia, Draconis barbæ licet longæ ſint Col. 15.

16. Arcus armaque ex illo pendentes poſſumus attingere tamen manu (hoc eſt, abſens quamvis ſit Imperator, tamen ſui memoriam in dictis Col. 16.

D rebus

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

rebus reliquit) Solis cornua dilatabantur clariſſimè, cœlorum color vicinus exæquabat omnia; Tertio anno *Tacyn* Regni erat Sacerdos *Kie ho*, qui iter dirigens per ſtellas pervenit in Sinas reſpiciens Solem, Imperatorem reveritus eſt ex illius mandato Sacerdos *Lo han*, Sacerdos *Pu lum*, atque alii ſeptem viri cum magnæ virtutis *Kie ho* in *Nim kim* Palatio exercuerunt opera virtutum; in illo tempore Regia edicta in templorum tabulis (ſeu portis) in ipſo frontiſpicio deferebant draconum Imperialium picturas.

Col. 17. 17. Pretioſo ornatu ſplendore petrarum fulgentes illuſtriſſimæ minii rubicantis, nubes, ſcripturam conſpicuam reddebant, in vacuo aſcendebat claritas irrigando diem, Amor beneficiaque Boreæ Auſtrique montibus exæquabantur altiſſimis, exundantiaque cum Orientis maris comparari poterat profundo; Lex non niſi conſentanea rationi eſt, quod eſt autem tale convenit nomen optimum & famam habere, Imperatores abſque illa non operantur, quod autem illi operantur, conſentaneum eſt promulgari; *Soçun uen min* Imperator in *Lim uû* & aliis quinque civitatibus multas erexit claræ Doctrinæ

Col. 18. 18. Eccleſias, Antiquam bonitatem adjuvit & felicitatem cœpit aperire maximum feſtum lætitiæ deſcendit & Imperatorum operâ ſuſcitata ſunt, *Tay çun uen uu* Imperator lætitiæ reſeravit ſanctum circuitum, proſecutus negotia non fruſtranea, quolibet in Dei incarnati Natalis diei tempore mandabat incendendum Imperialem odorem per hoc admonens alios operari meritoria opera, mittebatque convivia ad illuſtrandum clariſsimæ Legis populos; nempè cœlorum habuit pulcherrima lucra, ideoque potuit dilatare mortales, Imperatorium habuit locum & dignitatem.

19. Originaria ideo noverat ſuperare venena noſter *Kien chum xim xin uen uu* Imperator, inſtituit octo modos regiminis ad renovandam ſubſtituendamque tenebris lucem, aperuit novem ordines ut ſolum renovaret claræ Doctrinæ mandatum dirigendæ penetrandæque illius excellentiſsimæ rationi, orat ſine verecundia cordis, pervenit ad Mundi ſupremum, & humilis eſt, promulgat pacem & veniam dat aliis, illuſtriſsimæ eſt clementiæ & auxilio eſt omnibus afflictis, bona elargitur multitudini populorum, & noſtrorum componendorum operum. Col. 19.

20. Maximè ſtudioſus, profudit directionis gradus decurrendos, obſequi fecit ventorum pluviarumque tempora, Mundum pacificavit, homines ſciunt ſe regere, res poſſunt diſponere, vivi noverunt florere, mortui poſſunt lætari, operibus mortalium Col. 20.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

talium bona fama reſpondet Natura profudit ex ſe perfectionem, quia noſtræ clariſſimæ Doctrinæ Lex poteſt negotiorum opera perficere, magnos largitus (titulos) Dominus; *Kin su Kuam lotafu* (eſt titulus Officii intra aulam) & ſimul *So fam cye tufo su* (officii extra aulã eſt titulus)

Col. 21. 21. *Xi tien chun Kien* (alius titulus Officii in aula) donavit purpuream veſtem Sacerdoti *Ysu*, pacificatori, aliiſque deſideranti benefacere, bonum nomen & famam Legis promulganti, de longe in *Vam xe chi chim* venienti medio vere, virtutibus, ſuperabat tres generationes, ſcientias dilatabat decem perfectiſſimè, à principio ſervierat in palatio Regis, poſteaque ſcriptum fuit nomen illius in Regio libro ex *Xu lim de fuen yan* Regulum cum *çu y* in principio.

Col. 22. 22. Adjuverat armigerantem in *Sofam*, *So çun*, (Imperator) miſerat illum, ut ſequeretur præeuntem, etiamſi videretur ſua perſona cum dormientibus intra, nunquam ſe mutavit in operibus exterioribus, fuit Rex Reipublicæ pro unguibus dentibuſque, fuit Exercitui pro auribus oculiſque, ſciebat repartiri redditus beneficiaque, nunquam aggregabat pro ſua domo, obtulit *Lim ngen* ex Poli (vitrum pretioſum), dedit *çu Ki* ex aureos tapetes, interdum reſtaurabat antiquas Eccleſias, interdum multiplicabat ampliſſimas Leges

23. Aulas, honorando exornandoque domiciliis Mundum, ſicut volatilium quibuſdam alis, diligenter exercuit opera; clariſſimæ Legis diſcipulus obſequens caritati, diſtribuebat lucra; quolibet anno convocabat quatuor Eccleſiarum Sacerdotes, inſerviebat affectuosè & reverenter ad minimum omnibus quadraginta diebus, famelici qui veniebant, etiam paſcebat illos, frigore algebnat qui venientes veſtiebat illos, ægrotabant, qui curabat & erigebat illos, moriebantur qui, ſepeliebat & quieſcere faciebat illos, Temporibus *Taſo* non audiebatur Col. 23. Opera miſericordiæ.

24. Iſta pulchritudo (ſolebat hic ſuſcipere hoſpites & peregrinos lautiſſimè) albis veſtiebantur clare Doctrinæ viri, & modo videntur iſti homines volui ſculpere univerſis perennis memoriæ Lapidem, ut divulgentur felicia opera, Sermo inquit, verus Dominus ſine principio, puriſſima quies ſemperque eadem, omnipotens totius Mundi artifex Creator ſtatuit terram, erexit cœlum, communicando ſeipſum, prodit in mundum ſalutem, inſtituit infinitam, ut Sol reſplendens aſcendit, tenebras extinxit, totam verificavit veritatis excellentem profunditatem, Sereniſſimus *Ven* Imperator Legis diadema tulit ante alios Reges Col. 24. Diverſitas veſtium inter Regulares.

25. Uſus benè tempore, abolevit Col. 25.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

turbas, cœlos dilatavit, terras extendit, clariſſimæ illuſtriſſimæ doctrinæ Legis verbis reduxit noſtrum Sinarum Imperium *Tam*, traduxit Scripturas, erexit Eccleſias, vivis mortuis fuit inſtar navis centum felicitatum gradus fecit decem millium Regnorum pacem, *Cao çun* imitatus majores, etiam ædificiis perfecit Mundum, Pacis palatia humili luce impleverunt Sinarum terras, veram Legem extendit clariſſimè, contulit titulos Legis domino, mortales habebant lætitiam, pacem, res

Col. 26. 26. Carebant infortuniis calamitatibuſque, *Yuen çun Ki* Imperator ſcivit ſe componere ad veritatem rectitudinemque, mandavit tabulas erigere lucidiſſimas Regiis ſcripturis florentiſſimè fulgentes, Imperatorum imaginibus clariſſimorum reſplendentes, illas omnia Regna valdè venerabantur, populi omnes renovabantur, homines geſtiebant illa felicitate *So, Cum*, rediit iterum Imperatoriæ Majeſtatis dirigere curſum Imperialis Sol pepulit tenebras, felicitatis aura eliminavit noctem, fecit illam redire Imperiali domui, felicitatiſque odore æternum extinxit ſtitque impetus furentium.

Col. 27. 27. Pacificavitque pulverem rebellantium, fecit noſtrum magnum *Hia* (ita etiam Sina vocatur) Imperium, *Tay cum hiao y* virtutibus univit cœlos & terram, aperuit beneficiis vitæ opera rebus auxiliatus pulcherrimo incremento, odores dedit in gratiarum actionem piiſſimus ad faciendas eleëmoſynas beneficentiâ faciebat deſcendere Majeſtatem, Luna, Sol perfectiſſimè conjunctæ in illo (id eſt ommia ſubjecta habuit) *Kien chun* gubernavit polos (id eſt Mundum) perfecit compoſuitque intellectus virtutem, robore pacificavit quatuor maria, exornavit adunavitque decem millium terminos, candelæ inſtar deſcendit in hominum ſecreta, ut ſpeculum repræſentans rerum colorem.

28. Mundum illuminavit reſuſcitavitque, centum barbaris dedit leges, Lex ſola ampliſſimè reſpondet unicè perfectioni, coacti nomen illius dicemus, Lex eſt Trinitatis unius, Imperatores ſciebant operari, Vaſallus debuit referre. Erigo florentiſſimum Lapidem monumentum æternæ laudis originalem felicitatem magni Imperii Sinarum familiæ Regiæ *Tam* Imperatoris *Kien chun* ſecundo anno, cum eſſet principium Autumni menſis ſeptimo die magni luminis florentiſſimi ornatus die, (hoc eſt, Dominico) erectus Lapis. Col. 28.

29. Illo tempore Legis Dominus (Epiſcopus) Sacerdos *Nym Xu* regebat Orientalium terrarum clariſſimæ Legis populos. *Chao y lam*, qui anteà fuerat *Tay chen su su çan Kim*. Vocatus Officialis *Liu ſieu* propria manu ſcripſit. Col. 29.

Sacerdotum eſt dare & explicare Legem.

INTER-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# INTERPRETATIO III.

Seu

## DECLARATIO PARAPHRASTICA

*Inſcriptionis Sinicæ, primùm è Sinico in Luſitanicam, ex hac in Italicam, & demùm ex Italica in Latinam linguam de verbo ad verbum tranſlata, ut ſequitur.*

0. Declaratio *del Xiù Più*, vel ut Commentator ait, facta à Sacerdote Regni Judææ, qui vocabatur *Kim Lim.*

I. Dico itaque hoc modo, ille qui ſemper verus fuit & quietus, omnis expers principii, intellectus profundiſſimi, & ſemper duraturi, excellente potentiâ ſuâ ex nihilo creavit res omnes, infinita majeſtate ſua & ſanctitate fecit Sanctos. Hæc eſt eſſentia Divina, trina in perſonis, & in ſubſtantia una, Dominus noſter, verus ſine principio, *Olò, ò yu* (quod in Chaldæo idem ac *Eloha* ſignificat) in figura Crucis fecit quatuor Mundi partes, commovit Chaos, fecit duo *Kis* (hoc eſt, duas virtutes, ſeu duas qualitates dictas *Inyam*; Commentator habet, duo principia) fecit mutationem in abyſſo, id eſt, mutavit tenebras, comparuit cœlum & terra, fecit ut Sol & Luna motibus ſuis noctem & diem cauſarentur, res omnes fabricatus eſt. Verùm creando primum hominem ei prætereà juſtitiam largitus eſt originalem, dominum eum conſtituendo totius Univerſi, qui de ſua natura primò vacuus erat & vilis, ſeipſo plenus, intellectu plano & æquali, & ſine miſtura nullum habens appetitum inordinatum.

Creatio rerum.

*Kis*, quid in Sinenſi lingua.

II. Poſtquam verò Satanas fraudibus ſuis uſus, effecit; ut Adamus id quod ex ſe & ſua natura purum erat & perfectum inficeret; hoc eſt, fecit ut malitia in ipſum intrare inciperet perturbatura pacem, & hujus ſuæ ſimplicitatis æqualitatem & diſcordiam illa fraude introduxit. Idcircò trecentis ſexaginta quinque ſectis unâ poſt alteram obortis, unaquæque earum maximum quem poterat numerum ad ſe trahebat. Aliqui creaturam Creatoris loco habebant. Alii principium rerum omnium vacuum ponebant, & ens reale (alludit ad hoc ſecta Pagodûm & Literatorum Sinenſium) quoniam illi aſſerunt, quod principium, è quo omnia prodiêre, ſit vacuum; quod idem illis eſt, ac ſubtile; ſenſibus imperceptibile, etiamſi in ſe reale ſit & poſitivum principium. Literati verò dicunt, quod principium rerum non ſolùm reale ſit & poſitivum, ſed prætereà quod talis ſit figuræ & corpulentiæ, ut ſenſibus comprehendi queat. Quidam ſacrificiis quærebant beatitudinem. Quidam bonitate quadam gloriabantur ad decipiendos homines, qua in re omnem ſuam ſcientiam & induſtriam collocabant, omni diligentia & intentione ſuis affectibus ſervientes. Verùm fruſtra laborabant & ſine profectu, ſemper in pejus progredientes, quemadmodum contingit iis, qui è vaſe cretaceo ignem elicere volunt, obſcuritatem addentes obſcuritati, & hoc ipſo veram ſemitam perdentes ad viam vitæ reverti neſcientes.

Lapſus Adami.

365. ſectæ.

III. Tunc una de Divinis perſonis ſanctiſſimæ Trinitatis dicta Meſſias reſtringendo tegendoque Majeſtatem ſuam, & ſe humanæ naturæ ac-

Incarnatio Filii Dei.

 com-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

commodando homo factus eſt. Quam ob rem ad hoc gaudium annunciandum Angelum ablegavit, & de Virgine in Judæa natus eſt. Stella magna felicitatis hujus fuit annunciatrix. Reges ejus claritate perſpecta munera oblaturi venerunt, ut Lex, & Prophetiæ viginti quatuor Prophetarum adimplerentur. Gubernavit autem Mundum lege magna, condidit Legem Divinam, ſpiritualem ſine verborum ſtrepitu, fide vera conſummavit: octo diſpoſuit beatitudines: res mundanas mutavit in æternas: aperuit portam trium virtutum (Theologicarum), vitam dedit deſtruendo mortem. In perſona ſua ad inferos deſcendit, & omnia confudit dæmonia; nave pietatis ſuæ ad cœlum conduxit bonos, & juſtorum animas in ſalutem vindicavit. Hiſce denique finitis ſua potentia circa meridiem in cœlum aſcendit, relinquens viginti ſeptem Doctrinæ tomos ad portam magnæ converſionis Mundi aperiendam. Baptiſmum ex aqua & ſpiritu inſtituit ad abluenda peccata, & Mundum ad puritatem reducendum. Cruce utitur, ut omnes abſque exceptione comprehendat, excitat omnes voce charitatis, reverentiam exhibere jubens verſus Orientem, ut pergant in via vitæ glorioſæ.

Apoſtolorum, Sacerdotum ſeu Miniſtrorum Chriſti vita.

IV. Miniſtri ejus ornamenti exterioris cauſa barbam alunt, & coronas in capite faciunt (id eſt verticem radunt) ut oſtendant ſe nullo intus affectu malo teneri. Mancipiis utuntur: in alto & baſſo (id eſt, in proſpero & adverſo) ſeu humili omnibus ſe faciunt æquales: divitias non congregant, ſed eas omnibus faciunt communes: jejunia ſunt colunt cùm ad mortificandas paſſiones, tum ad præcepta Divina ſervanda: magni faciunt homines ſupra ſe elevatos & (à rebus mundanis) abſtractos: ſepties in die orationes tam pro vivis, quàm pro defunctis faciunt: ſeptenis diebus ſemel ad animam à peccatis purgandam, puritatemque ei reſtituendam ſacra faciunt. Quia Lex vera, & conſtans excellens eſt, difficile eſt ei congruum nomen reperire, cum ejus effectus ſit illuminare, & omnia claritate perfundere; undè neceſſarium fuit eam appellare *Kim kiaò*, hoc eſt, Legem claram & magnam.

Legis Chriſtianæ excellentia.

V. Lex, ubi perſonæ Regiæ deſunt, non extenditur, nec dilatatur: perſonæ verò Regiæ abſque Lege nequaquam magnificantur. Lege itaque, & Regibus concordantibus, & in unam veluti rem coëuntibus illicò Mundus illuminatur. Igitur Rege dicto *Taì cùm veù huamti* tempeſtate illa celebri, ſingulari prudentia & ſanctitate (Chinam) adminiſtrante, venit ex Judæa ſummæ virtutis Vir vocatus *Olo puen*, qui à nubibus deductus veram Doctrinam importavit: deductus etiam per ventos, & chartas hydrographicas multa pericula & labores ſuſtinuit, & tandem anno *Chiñ quoñ* & *ieù ſiè* (erat ille annus Chriſti ſexcenteſimus trigeſimus ſextus) ad Curiam Regiam appulit. Rex verò famoſo *Calào*, qui *Fam Kieù lym* dicebatur, præcepit, ut accepto jumento obviam novo hoſpiti verſus Occidentalem partem procederet, hoc eſt, verſus Suburbium Civitatis, eumque omni benevolentia exceptum in Regiam introduceret. Juſſit Rex traduci Doctrinam in Palatio, ibidemque unà inveſtigavit veritatem Legis. Intellexit Rex eſſe veram Legem, & ſeriò per totum Regnum cum efficacia & honore juſſit divulgari & dilatari, & in hoc anno 12. *Ciñ quoñ* 7 menſe Autumni (erat is annus Domini 636.) reſcripſit in hunc modum. (Promulgationis tenor eſt iſte, qui ſequitur) Lex vera non habet nomen determinatum, nec ſancti locum habent, ubi conſiſtant, determinatum: excurrunt ad omnes partes, ut Mundum doceant, ad Mundo laboranti ſuccurrendum, velis, remis ad utilitatem afferendam intenti. Ex hoc Regno *Tanciñ* (ſive Judæa) *Olò puèn* magnæ virtutis homo de locis adeò diſſitis Doctrinam, & imagines Regiæ noſtræ Curiæ præſentaturus aſportavit. Cujus

Lex in Chinam apportatur.

Per Chinam divulgatur.

Imagium SS. cultus.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Cujus nos intentum docendi à fundamentis examinantes, invenimus doctrinam ejus admodum excellentem, & ſine ſtrepitu exteriori, fundatam principaliter in Creatione Mundi. Doctrina ejus non eſt multorum verborum, nec ſuperficietenùs ſuam fundat veritatem, ſalutem hominibus adferens & profectum: undè congruum eſt, ut toto noſtro Imperio divulgetur.

Eccleſiam extrui curat.

Mandarinis quoque, qui *Nim fam* dicuntur, in eo Curiæ loco præcepit, magnam ut Eccleſiam exſtruerent, eidemque viginti & unum Miniſtros deputarent. (Author *Kìm Cìm* laudat hìc Regem) ſcilicet ad vires Monarchiæ *Cheù Olad iù* (caput hoc eſt ſectæ *Stai iù*, alii *Tauſu*) debilitandas. In curru nigro verſus Occidentem, (hoc eſt extra Chinam) diſceſſit. Verùm ubi magnus *Tam* illuſtris factus eſt cum *Tao*, ſanctum Euangelium Chinæ illatum eſt. Paulò indè Rex effigiem illius (*Olò puèn*) qui, ut diximus, primus Euangelium attulit, depingi curavit, & muro appendi; excellens ejus figura reſplenduit portis Eccleſiæ, & memoria ſemper fulgebit in Mundo.

Effigies Olopuen primi Sinenſium Apoſtoli.

Deſcriptio ſitus Judææ juxta Sinenſium Geographos.

VI. Juxta Geographos, qui partium Occidentalium mentionem faciunt, & juxta Hiſtoricos duorum Regnorum *Hañ* & *Guei*, Regnum *Tan cin* (id eſt Judæa) ab Auſtro confine eſt Mari rubro, ab Aquilone relinquit Montes gemmarum, & Occidente *Boco das fullas* (quod quid ſit, difficile eſt conjicere, ego Carmelum ſuſpicor eſſe) in proſpectu verſus Sanctos. Ab Oriente denique contermina eſt huic loco *Ciam fam* & aquæ, quam mortuam dicunt. Hæc terra cineres eructat igne calentes (fortè intelligit Lacum Aſphaltitim) producit balſamum, gemmas minutas & carbunculos (quibus inſinuat Ægyptum cum reliqua ora Rubri maris, in qua prædicta reperiuntur) Latronibus caret & Aſſaſinis, populus in pace vivit & gaudio; in Regnum non admittunt niſi Euangelium; dignitates nulli, niſi virtute meritis conferuntur: ædificia ſunt grandia: (verbo) Regnum celebre eſt poëſi, alii ordine, & bonis moribus.

VII. *Docào*, alii *Caozum*, *Cùm*, filius *Taì çùm*, gubernacula Regni abiit anno Domini 651. (continuando Author *Kìm cìm* hæc dicit) *Caò vìm*, alii *Caozum*, magnus Imperator minimè virtutibus Avi ſui degener, novit cum honore continuare intentum Avi ſui, & dilatare & honorare res patris ſui, præcipiens in omnibus Provinciis fieri Eccleſias, unàque honorans *Olò puèn* titulo Epiſcopi magnæ Legis, quæ gubernat Renum Chinæ. Tum lex Dei promulgata eſt per decem Provincias (quibus Sinenſe Regnum continebatur) & Regnum ſumma pace fruebatur, Eccleſiis replebantur omnes urbes, & domus felicitate Euangelii florebant.

In decem Provinciis Chinæ prædicatur Euangelium.

VIII. In hoc anno dicto *Xim liè* (qui tum annus Domini 699.) Bontii Pagodum ſectatores ſuis uſi viribus extulerunt voces, (id eſt blaſphemarunt noſtram ſanctam Legem) in loco, qui dicitur *Tum Cieu* (erat is fortè in Provincia *Honan*) & in fine hujus alterius anni dicti *Sientien* (qui reſpondet anno Domini 713.) quidam privati homines in *Sieno*, quæ erat antiqua Regia *Veñ vam*, (Commentator vult eſſe *Siganfu*, in Provincia *Xenſi*) auſi ſunt noſtram ſanctam Legem ſannis, ludibrio & vituperio proſcindere.

Perſecutio movetur contra legem.

IX. Hoc tempore erat quidam princeps Sacerdotum (videtur fuiſſe Epiſcopus,) nomine Joannes, & alius magnæ virtutis Vir, nomine *Kie Lie*. Hi duo cum aliis nobilibus popularibus ſuis non famâ minus, quàm rerum mundanarum contemptu celebribus, cœperunt iterum ritè Euangelium ſuum excellens explicare continuando, & fila (malitiâ Cacodæmonis) pridem rupta reficere. Rex dictus *Hiueñ cum chi tao* (cœpit hujus Imperium anno 719.) quinque Regulis præcepit, ut in perſona adirent felicem domum (hoc eſt Eccleſiam) & erigerent altaria. Tum columna Leges quæ

Lex reviviſcit.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quæ ad breve tempus jacuit proſtrata, cæpit rurſum erigi, & incrementa ſumere. In hoc principio anni *Tieñ pao*, (quod erat anno Domini 743.) præcepit Rex *Ota Ciam Kuen* (nomen tituli) dicto *Cuolié ſie*, (erat is Eunuchus ſummâ apud Regem gratiâ valens & authoritate) ut effigies veras quinque Regum prædeceſſorum Avorum ſuorum deportaret, & in Eccleſia collocaret, unáque centum pretioſarum rerum cimelia in Eccleſiam deferret ad ſolemnitatem hanc celebrandam: (dicit author *Kim Cim* in laudem ipſorum Regum) Barbæ longæ Draconis etiamſi longè ſint, nihilominus arcus & enſes ejus manibus apprehendi poſſunt (alludit ad hiſtoriam quandam antiquam ejuſdem Regis) qui fingebatur aſcendiſſe in aëra Draconi inſidens, quem ſervi, qui ſe dicebant ituros cum Rege, variis armorum generibus inſtruxerant; qui verò remanſerant, barbam Draconis vellicantes, arma quædam tulerunt, in memoriam Regis, in iis veluti præſentem eum intuentes. (Alluditaque Author hujus ſcripturæ ad hanc hiſtoriam, ut declaret effigies memoratorum Regum, Regi præſentium & viventium loco fuiſſe; ideò ſubjungit, Claritudo, quam reddunt hæ imagines, oſtendit eos nobis præſentes adeſſe.)

Fabula Sinenſium.

Anno 745. appulit alius Prædicator ex *Judæa*.

X. Anno tertio *Tieñ Paò*, (annus is erat Domini 745.) fuit in Judæa, alii in India, Sacerdos quidam *Kiehò*, qui ſtellarum ope ductus in Chinam appulit, & reſpiciens Solem, (erat hæc cærimonia eorum, qui ad Regis admittebantur colloquium) ad conſpectum noſtri Imperatoris intromiſſus eſt. Rex autem juſſit, ut Sacerdos Joannes & Paulus cum aliis ejuſdem profeſſionis viris, & cum præſente tantæ virtutis Viro *Kie hò* ad palatium *Hiñ Kiñ* vocatum, ad adorandum, & ad ſancta (devotionis) opera exercenda ſeſe conferrent. Hoc tempore literæ Regiæ in tabellis Eccleſiæ ſervabantur, pretioſè ſecundùm ordinem ornatæ, ſplendentes colore rubro & cæruleo, & penna Regia replebat vacuum, aſcendens, & ad Solem uſque pertingens: favor ejus & dona altitudini montis Auſtri comparantur, & abundantia beneficiorum profunditatem æquat maris Orientalis. Ratio non poteſt non probare approbatum, & memoratu dignum. Ideò Rex dictus *Sa Cum neñ meñ* ſive *Veñ min* (qui regere cœpit anno 757.) in hoc *Lim ſuñ ſeù*, & quinque urbibus recenti mandato Eccleſias fieri juſſit. Erat hic Rex eximiæ indolis, ſub quo porta felicitatis toti Regno aperta eſt, hac felicitate, gaudio, & plauſu exiſtentibus, res gubernationis Regalis maximè elevatæ ſunt.

Anno 757. Rex *Sa çum neñ meñ*, & ejus virtutes.

Anno 764.

Regis *Tai çum* virtutes.

XI. Rex *Tai çum veñ vù* (adiit Imperium anno 764) bonorum temporum particeps factus, negotia Regni ſine difficultate adminiſtrabat. Feſto naſcentis Chriſti ſingulis annis in gratiarum actionem mittebat odoramenta cœleſtia, & ad honorandos hujus ſanctæ Legis miniſtros, rerum omnium, & annonæ Regiæ aſſignabat proviſionem. Certè cœlum Mundo tribuit pulchritudinem & perfectionem, & ideò liberaliter res producit. Hic Rex imitabatur cœlum, idcircò noverat alere & ſuſtentare ſuos.

Anno 781.

XII. Rex *Kieñ cium xim veñ vù*, (regnans anno 781.) octo utebabatur modis ad præmiandos bonos, & caſtigandos malos. Novas rationes ad Euangelii ſtatum inſtaurandum, promovendumque inſtituit. Regimen ipſius erat admodum excellens. Rogamus Deum pro ipſo, non verecundantes in hoc. Magnæ virtutis erat, humilis, pacificus & doctus, tolerabat proximum, abundabat charitate ad omnes juvandos, & benefaciebat omnibus viventibus. Hæc eſt vera via, & ſcala ſanctæ Legis noſtræ, facere ut pluvia & venti ſolitis temporibus revertantur, Mundus ſit quietus, homines benè gubernati, res ſingulæ rectè diſpoſitæ, viventes benè vivant, defuncti gaudio perfruantur. Hæc habere in prom-

Euangelii & Legis Chriſtianæ effectus.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

promptu, & rationem reddere, in veritate procedit ex noſtra ſancta fide, & omnes effectus ſunt fortitudinis & potentiæ ſancti Euangelii noſtri.

XIII. Rex Sacerdoti dicto *Usù* magno Legis promulgatori hoſce titulos dedit *Kin iù, quàm lò tai fù* (officium in Regia aula) & *Soù fumciè tù fù lèi* (officium extra aulam) *Xi tieñ thum Kieñ* (officium quoque aliud eſt, quorum explicationem non inveni in Exemplari.) Item dicto Sacerdoti magnæ Legis promulgatori veſtimentum Eccleſiaſticum coloris cærulei (Italicè *di color pavonazo*) donavit. Erat Sacerdos iſte pacificus, aliis benefacere gaudebat, virtutis opera ſummo ſtudio peragendo. Advenit ille in Chinam regione remota è loco dicto *Vam xi ciù chim* regionis Pagodum, quod idem ac regio longè diſſita India. Ejus res geſtæ tres generationes famoſas Chinæ ſuperarunt, & reliquas ſcientias perfectè dilatavit. In principio Regi in aula ſerviebat, poſt ejus nomen Libro quoque Regio illatum.

Dona Regis facta prædicatori Verbi DEI.

XIV. Regulus *Fuen yam*, dictus quoque *Cò çu y*, titulo *Chum Xulim* illuſtris, in principio bellicis ſtudebat negotiis in partibus *Sofam*. Rex verò dictus *Sò çùm* præcepit *Ay sù*, ſive *Tsù*, ut *Cò çù y* favorabiliùs cæteris promoveret (videtur quod Rex juſſerit eum eſſe Conſiliarium *Cò çù y*) etiamſi vehementer à Capitaneo amaretur, non curavit tamen ſtylum ejus ordinarium procedendi; erat enim ungues & dentes Reipublicæ, oculi & aures Exercitus (phraſis Sinica) ſciebat diſtribuere reditus ſuos, non domi accumulare. Obtulit Eccleſiæ rem precioſam dicta *Poli* (videtur fuiſſe ex vitro) hujus loci *Cim regueñ*, alii *Lintiguen*. Prætereà tapetes auro intertextos hujus loci, *Ciè Kì* dictos: refecit Eccleſias veteres de novo fundans, & ſtabiliens atrium & domum Legis: adornans domus, & hoſpitia ſplendentia inſtar phaſianorum volantium, præter exercitia ſanctæ Legis noſtræ operibus ſtudebat charitatis, quotannis quatuor Eccleſiarum Sacerdotes congregando, quibus toto corde inſerviebat, de rebus omnibus neceſſariis providebat ſpatio dierum quinquaginta, adhuc famelicos ſaturabat, nudos cooperiebat, infirmos curabat, mortuos ſepeliebat.

Regis opera charitatis.

XV. Tempore *Tà sò* cum omni parſimonia ſua ſimilis non eſt audita bonitas (erat hic *Tà sò* Bontius ſecta Pagodus) qui in maxima quadam Congregatione Bonziorum, in qua agendum erat de rebus ſectæ ſuæ, officio fungebatur hoſpitum excipiendorum, & procurandarum rerum unicuique neceſſariarum (Ideò Author tractando de operibus charitatis *Oy ſiè* hunc *Tan sò* anteponit.) Sed tempore hujus Euangelii ſimiles homines videmus ſanctis operibus vacantes. Idcircò, ut in lucem irent opera tam heroica, Lapidi huic magno, ea inſculpere volui.

Felix Eccleſiæ Sinenſis ſtatus Lapidi inciditur.

XVI. Dico itaque, DEUS verus, expers principii, purus, quietus & immutabilis eſt, ille fuit primus Creationis artifex, aperuit terram, elevavit cœlum; Una ex perſonis pro æterna mortalium ſalute factus eſt homo, aſcendit in altum Solis inſtar, deſtruens tenebroſum, & in omnibus profundam veritatem ſtabiliens.

XVII. Splendidiſſimus ille Rex, qui veriſſimè primus primorum Regum fuit, opportunitate uſus omnem ſuſtulit difficultatem, cœlum dilatatum eſt, terra extenſa. Clariſſimum eſt Euangelium noſtrum, quod Regno *Tam* illatum eſt, afferendo doctrinam, Eccleſias erigendo, pro vivis & defunctis loco fuit navigii: omnem felicitatem exaltans, quietem dedit univerſo Mundo.

XVIII. *Caò çum* inſiſtendo veſtigiis Avi ſui denuò ad novas Eccleſias exſtruendas animum adjecit. Templa pacis alta & magnifica terram repleverunt omnem. Lex vera induit pluchritudinem.

Eccleſiarum erectio.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

rem. Titulo honoravit Epiſcopum, tranquillitate & gaudio populi ſine laboribus potiti.

TitulusEpiſcopi & ejuſdem æſtimatio.

XIX. Sapiens Rex *Ni uen çum* novit ingredi vias veras & rectas: tabulæ Regiæ erant magnificæ & illuſtres, literæ Regiæ in iis florebant & reſplendebant. Figuræ Regiæ elucebant: Omnis populus profundè eas venerabatur, omnia dilatabantur, & homines ex eo gaudio ſummo perfruebantur.

XX. Hic Rex *Sò çum*, regnando in propria perſona venit ad Eccleſiam; Sol ſanctus reſplenduit: nubes felices omnem caliginem & obſcuritatem noctis diſpulerunt. Felicitate in Regia domo aggregata, mala ceſſarunt, ſublatiſque diſſenſionibus Imperium noſtrum reſtitutum eſt.

XXI. Hic Rex *Tai çum fù* obediens fuit, virtute cœlum æquavit & terram; dedit vitam populo, & rebus ſingulis progreſſum. Odoramenta in gratiarum actionem miſit Eccleſiæ, exercuit opera charitatis. Sol & Luna in ejus uniebantur perſona, hoc eſt, omnes ad obedientiam ei præſtandam advolabant.

Splendor Eccleſiæ.

XXII. Hic Rex *Kieñ çum* in regimine conſtitutus claram reddebat virtutem: armis quatuor maria pacificavit: literis decem millia confinium illuſtravit: inſtar candelæ ſecreta hominum illuminavit, & velut in ſpeculo detecta cernebat omnia, totum reſuſcitavit orbem: cuncti Barbari regulam vivendi acceperunt.

Illuſtrata fidei articulis.

XXIII. Lex, ò quanta, quàm perfecta, & quam ad omnia ſeſe extendit! volens eam nuncupare non potui non Legem Divinam appellare. Reges noverant res ſuas diſponere, ego Vaſallus eas poſſum enarrare, ideò erigo hunc Lapidem prædivitem, in præconium magnæ felicitatis.

Lex Divina.

XXIV. In noſtro Potentatu magni *Tam*, anno ſecundo hujus *Kieñ cium* (videlicet anno Domini 782.) die ſeptimo menſis Autumni, die Dominica, hic Lapis erectus fuit, Epiſcopo *Him ciù* Eccleſiam Sinenſem adminiſtrante; Mandarinus nomine *Liu ſieci yeñ*, tituli erat *Ciao y cum*, alii *Chio y lam*, in quo officio ante eum fuit *Tai cieù ſiè ſu Cañ Kiuñ*, hanc ſua manu confecit inſcriptionem.

Lapis erectus anno 782.

Atque hæc eſt explicatio inſcriptionis ſaxo inſculptæ, in qua illud ſanè ſumma admiratione dignum eſt, adeò variam & multiplicem rerum, quam hoc ſaxum continet, relationem, tam arcto ſpatio, & characteribus non niſi mille octodecim comprehendi potuiſſe. Fuit autem hujus ſcripturæ duplex facta interpretatio; præſens admodum conformis eſt illi, quæ facta fuit *Pequini*, deinde etiam à *P. Michaële Boimo* denuò ex Sinico Exemplari expoſita, quæ & elegantior eſt, & magis propria, Sinicæque phraſi magis conformis; & quamvis ob eandem cauſam appareat minus elegans in noſtra lingua, eſt ea nihilominus elegantiſſima, & quoad ſtylum & & phraſin Sinicam maximè ab omnibus iis, qui ſe dictæ Linguæ magiſtros profitentur, laudata. Colligitur autem ex hoc Monumento, primò Legis Chriſtianæ in Regnum Sinicum, quæ ante mille circiter annos contigit, introductio. Item quanto cum honore & veneratione ab Imperatoribus ea fuerit recepta; quomodo & per quantas Provincias fuerit promulgata; quantum 150. annis, quibus maximè floruit, fuerit dilatata: quales denique perſecutiones bis ſuſtinuerit; ita iis paulatim ſuppreſſa, ut niſi ejus in hoc Monumento remanſiſſet notitia, nulla ejus veſtigia ampliùs ſupereſſent. Certe in *Chronicis Sinenſibus*, de ejus in Chinam introductione præter memoratorum Regum & Mandarinorum nomina, vix quicquam invenitur. Inventus autem eſt hic Lapis paucis ante annis, quam Patres Societatis JESU in Chinam appellerent; Unde apparet tam eximiarum & ſublimium rerum interpretationem non fuiſſe reſervatam, niſi iis, qui divinarum humanarumque tem-

Quo tempore Lex Chriſtiana Chinæ fuerit allata.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Divina providentia in detecto Monumento.

rerum ſcientiâ egregiè inſtructi, ejuſdem Doctrinæ Legiſque vetuſtate temporum obliteratæ, futuri erant annunciatores propagatoreſque. Atque hæc quidem quoad inſcriptionem Sinico Charactere factam ſufficiant. Quoniam verò multa in hac interpretatione obſcura ſunt, ea Scholiis illuſtranda duxi, unà cum conſenſu doctrinæ omnium Orthodoxorum Orientalium, quæ in ea continetur.

# CAPUT IV.

## *De Cruce in ſupremo Lapidis apice inciſa.*

Converſiones rerum utplurimum prodigia ſolent præcedere.

ITa Divinæ providentiæ comparatum eſt, ut cum inſignior in Regno quopiam aut Reipublicæ ſtatu rerum imminet immutatio, illam, priuſquàm contingat, veluti prodigiis quibuſdam oſtentorumque monſtris exprimere ſoleat. Quanta paulò ante adventum Chriſti prodigia in Imperio Romano viſa ſint, plena ſunt omnium Hiſtoricorum monumenta. Quanta excidium Hieroſolymitanum portenta præceſſerint, legat, qui volet, *Ægeſippum*, *Ioſephum*, alioſque. Quæ uti in omnibus Rerumpublicarum revolutionibus irrefragabili Scriptorum teſtimonio confirmantur, ita in Japonia quoque & vaſto Sinarum Imperio jam ad converſionem maturo, de nova ſacroſanctæ Crucis inventione verificata ſunt. In Japonia findentibus arborem Crux inventa rei novitate omnes in admirationem traxit. Legimus in *Hiſtoria Indiarum Occidentalium* fuiſſe in Mexicano Regno virum Sacrificiorum præſidem, quemque Prophetæ loco habebant; hic dicitur paulò ante Americæ ſive Novi Mundi inventionem dixiſſe, venturum ac jam propè imminere tempus, quo peregrina gens ex Oriente appulſa totum Regnum eorum ſubjugaret imperio, atque idolorum ſtatuas vel ad primum Crucis, quam ſecum portabant, conſpectum fugituras, quod eo prorſùs modo, quo prædixit, evenit; Siquidem Ferdinandus Corteſius vixdum incogniti Regni oram appulerat, cum ecce Vexillum nigrum rubea Cruce ſignatum expandens, virtute ejus mirifica atque unà rerum benè gerendarum in Deum fiducia fretus, gentilibus ſibi ſubjectis, univerſo Regno potitus eſt. Non dicam hîc de arbore in Crucis formam paulò ante fidem Chriſti in Regnum Chilenſe introductam excreſcente; cum hiſce *Annalium Indicarum Societatis noſtræ* monumenta plena ſint, quemadmodum in *Opuſculo noſtro de prodigioſis Crucibus in veſtibus hominum anno* 1660. *Neapoli viſis* fusè à me tractatū fuit. Sed ut ad Sinas revertamur, varia Crucis ſigna in China reperta fuiſſe ſuprà in *Præfatione ad Lectorem* innuit *P. Boimus*. Ad *Chiang* fluvium in Provincia *Honan* eodem propè tempore, quo hoc Monumentum, ingens Crux ferrea reperta fuit. In nonnullis quoque Provinciis Cancri reperti ſunt antehac nunquam viſi, qui albæ Crucis ſchemate in dorſo inſigniebantur. Imò in ipſa Provincia *Xiamsi* nonnullos homines, quos Crucis adoratores dicebant, inventos eſſe, ab Hebræo quodam Sinenſi Mandarino primum didicit P. Matthæus Riccius. Verùm quoniam res conſideratione digna eſt, eam ex *P. Trigautii hiſtoria* paucis perſtringemus.

In Japonia Crux inventa inſciſſa arbore.

Prophetia de inventione Americæ.

Crux Regni Chile.

Crux ferrea ingens in *Honan* inventa.

Cancri cruce inſigniti antea nunquam viſi.

*Nunc ad Chriſtianæ veritatis reliquias colligendas & perſequenda veſtigia eò me libentius accingo, quòd in Europæis noſtris ſcio fore gratiſſimum. Ex eodem Iudæo aliiſque indiciis id annis ſuperioribus accepimus. Cum jam apertè P. Matthæo Riccio conſtitit Li-*

P. Nicolaus Trigautius de Crucis adoratoribus.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

centiatum illum Sinenſem eſſe Legis antiquæ Profeſſorem, ad aliquod apertius, quàm quod eatenus habebamus rei Chriſtianæ veſtigium deprehendendum animum applicuit. Et quidem quamdiù hoc eos nomine appellavit, nihil aſſecutus eſt, ſed paulatim variis eos Legis dogmatis deſcribens, ubi de Cruce ſermonem miſcuit, quod maximè optabat, aſſecutus eſt. Apud Sinas Crucis nullus eſt uſus, & ideò neque nomen, quamobrem noſtri nomen illi Sinicum impoſuerunt, illud à charactere, qui denarium numerum ſignificat, & perfectam Crucem hoc ſigno ✠ exprimit, mutuati. Et fortaſſè non ſine numine accidit, ut idem hodie noſtri Cruci nomen imponerent, quod veteres olim apud Sinas, eadem ſermonis penuria compulſi jam antè indiderant: utrique enim Scie-cu, id eſt, denarii numeri characterem appellarunt, nec in eo ſacrarum literarum exemplo, à quibus litera T deſignatur, diſceſſerunt, perfectiorem etiam Crucis figuram mutuati. Cum igitur de Cruce hoc nomine appellata ſermo illatus eſſet, Iſraëlita ille narravit, in Metropoli Caifum fù, ejus patria, & in alio Emporio celeberrimo Lincino nomine Provinciæ Sciantum, & in Sciansi Provincia externos quoſdam vivere, quorum majores è Regnis Occiduis advenerant, eos eſſe Crucis adoratores, eamque ſolere in cibo potuque digito exprimere, ſed neque ſe, neque illos arbitrari ſcire, cur eum ritum adhibeant. Hoc Iſraëlitæ teſtimonium cum eo conſentiebat, quod jam diù Patres ex variis audierant, de eodem Crucis exprimendæ ritu variis in locis uſurpato. Imò infantibus in fronte Characterem eundem ſalutaris ſigni atramento exprimi contra puerilia infortunia. Cùm his quoque conſentit id, quod Hieronymus Ruſellus in Commentariis ad Coſmographiam Ptolomæi, cum de Sinis loquitur, annotaverat. Et quoniam de Cruce apud Sinas agimus, omitti minimè debet aliud ejus veſtigium. Vidit unus è noſtris Patribus in antiquarii manibus venalem nolam ex ære Campano perelegantem, in cujus apice ſacra ædicula inſculpta erat, & ex adverſo ædiculæ Crux, in circuitu verò Græci aliquot Characteres. Comparare ſibi eam voluit, qui vidit, ſed in pretio minimè conventum, nec unquam poſtea ad exſcribendos illos Characteres antiquarius ille comparuit. Addebat idem ille Iſraëlita, illos ipſos Crucis adoratores, Doctrinæ partem, quam ipſi precationum loco recitabant, è ſuis ipſorum libris deſumi, & utriſque eſſe communem, fortaſſè Davidicum Pſalterium intelligebat. Hos aſſerebat fuiſſe permultos in Aquilonaribus maximè Provinciis, & literis & armis ita floruiſſe, ut ſuſpicionem Sinis naturâ facillimis rerum novarum fecerint. Eam ſuſpicionem arbitrabatur ab Saracenis Chriſtiani nominis hoſtibus toto terrarum orbe acerrimis excitatam ante annos non amplius ſexaginta. Ea ſuſpicio eo pervenit, ut cum à Magiſtratibus manus injici ſibi timerent, omnes hac illac diffugerint, & alii ſe Saracenos, alii Judæos, plerique idolorum cultores mortis metu profeſſi ſint: eorum templa in idolorum vana commutata ſunt, & templum quidem Crucis apud ſuos ipſe ſuo nomine, quo nunc ex quo fanum eſt, dicitur, appellabat. Et ex eo tempore tanto ſunt metu conſternati, ut nihil aliud occultent, quàm ſe ex ea gente prognatos. Unde factum eſt, ut cùm frater noſter eo ſe contuliſſet, ad Chriſtianorum reliquias explorandas, & familiarum nomina ab Judæo commemorata ſecum deferret, nemo ex iis fuerit, qui ſe talem profiteretur, ideò fortaſſè quod frater noſter ex vultu Sina eſſe noſceretur, & ſuſpicarentur fortaſſè eum explotatorem eſſe ab Magiſtratibus transmiſſum, nec hactenus per noſtrorum paucitatem Europæus eò Sacerdos mitti potuit, quanquam opus erit per otium ibi ſedem figere ad varios metus eximendos, quod aliquando Deo benè volente præſtabitur. Hæc Trigautius.

Crucis figura Sinæ denarium numerum denotant.

Alia veſtigia Chriſtianæ fidei.

Latent Crucis cultores.

Certè tempore M. Pauli Veneti, anno 1286. in Tartaria uti plurimi Chriſtiani fuerunt, ita Crucis quoque venerationem & uſum maximè floruiſſe, ipſe αὐτόπτης teſtatur: Cum „ enim Naiam religione Chriſtianus „ Cublai magni Tartarorum Imperato- „ ris

Hiſtoria Naiam Chriſtiani ex M. P. Veneto.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

„ ris Regnum ambiret, & jam alterius
„ Regis *Caydu* auxiliariis copiis exerci-
„ tum quadringentorum millium com-
„ paraſſet, eum *Cublai* necdum ad pu-
„ gnam paratum ex improviſò, æquo
„ ferè exercitu, in vaſtiſſima planitie ad-
„ ortus, totum penè *Naiam* exercitum
„ delevit. Et quoniam *Naiam*, uti
„ ſuprà dixi, religione Chriſtianus erat,
„ non tamen more Chriſtiano viveret,
„ nihilominùs Vexillum ſuum princi-
„ pale ſigno Crucis inſtruxerat, nec
„ paucos ſecum habebat Chriſtiani no-
„ minis profeſſione claros; Judæi verò
„ & Saraceni exercitus *Cublai* poſt fœ-
„ dam hoſtis acceptam cladem Chri-
„ ſtianis impotentiam Chriſti, Vexillo
„ ſuo, cui *Naiam* Crucis ſignum impo-
„ ſuerat, *Cublai* potentiam ſuperare
„ non valentis, exprobrare cœperunt:
„ Qui injuriam Chriſto arrogatam non
„ ferentes apud Imperatorem querelas
„ contra Judæos & Saracenos depone-
„ re non deſtiterunt. Qua de cauſa
Imperator convocatis Judæis, Sarace- „
nis & Chriſtianis, ad hos converſus „
ita dixit: *Deus noſter & Crux ejus no-* „
*luit quidem* Naiamo *præſidium ullum* „
*afferre, verùm nos proinde propterea* „
*nolite erubeſcere, quia Deus bonus &* „
*juſtus iniquitati & injuſtitiæ patroci-* „
*nari minimè debuit.* Naiam *domini ſui* „
*proditor extitit, atque contra omnem* „
*æquitatem rebellionem excitavit, &* „
*quidem Dei veſtri auxilium in ſua ma-* „
*litia imploravit; ſed ille ut Deus bonus* „
*& rectus illis criminibus favere no-* „
*luit. Unde & Judæis Saraceniſque* „
*Chriſtiani nominis hoſtibus interdi-* „
*ctum, ne Chriſtianorum Deum aut* „
*Crucem ejus amplius blaſphemiis pro-* „
*ſcindere præſumerent, atque hoc pa-* „
*cto illis ſilentium impoſitum eſt.* Hæc „
ex *M. Paulo Veneto.* Ex quo pa- „
tet, Chriſtianam Religionem maxi- „
mè iis in regionibus floruiſſe, de qui- „
bus poſtea fuſiùs. „

# CAPUT V.

## *De Articulis fidei cæteriſque cerimoniis & ritibus in Monumento contentis.*

TRinitas Sacroſancta adeò expreſſis verbis in monumento continetur, ut ejus fuſiorem expoſitionem minimè neceſſariam ducam; poſtquam enim eſſentiam naturamque Dei in ſecundo puncto diligenter per attributa convenientia expoſuiſſet, addit poſteà: [*Hæc eſſentia Divina, trina in perſonis, & in una ſubſtantia.*] quod ſufficit innuiſſe. Hæc triuna ſubſtantia *Olooy*, quod in Chaldæo ܐܠܗܐ *Eloho* indicat forſan. *In figura Crucis fecit quadripartiti Mundi partes.* [*Commovit chaos,*] alludit ad primordialem rerum creationem ex chaotica maſſa peractam. [*Fecit duo Kis,*] id eſt, principia, quæ Commentator *Sina* nil aliud eſſe dicit, quàm materiam & formam, vel ut alii, cœlum & terram, quorum illud activum, hoc paſſivum rerum principium eſt. [*Idcirco 365. ſectis obortis.*] quæ ad literam minimè intelligenda ſunt, ſed per quandam catachreſin ſeu hyperbolen, tot nimirum ſectas, quot dies in anno ſunt, exortas, id eſt, quaſi omni die nova ſecta, poſt primi hominis lapſum, & originalis juſtitiæ jacturam, prodierit.

Sacroſancta Trinitas.

ܐܠܗܐ

In IV. puncto docet Incarnationem filii Dei, ex Virgine in Judæa; Stellam præviam Magis cum muneribus ad Chriſtum adorandum exponit. [*Ut Lex & Prophetiæ 24. Prophetarum adimplerentur.*] alludit ad quatuor Prophetas majores, minores quatuordecim, quibus ſi jungas Abraham, Iſaac, Jacob, Job, Moyſen, Samuel, David & Zachariam, patrem S. Joannis Baptiſtæ, habebis 24. Prophetas. Deinde proſequitur Chriſti poſt mortem deſcenſionem ad inferos, aſcenſionem ad cœlos, relictis poſt ſe 27. Libris, qui ſunt Teſtamentum novum, id eſt, quatuor Evange-

Incarnatio Filii Dei.

24. Prophetæ qui.

27. Libri novi fœderis qui.

 lia,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

lia, Actus Apoſtolorum, quatuordecim Epiſtolæ S. Pauli, tres S. Joannis, una S. Jacobi, duæ S. Petri, una Judæ Thadæi, & Apocalypſis, qui faciunt 27. Libros novi fœderis.

Sacerdotum habitus.

In V. puncto exponit primò Sacerdotum habitum, utpotè qui barbam alebant, verticem in formam coronæ radebant, quod uſitatum fuiſſe Sacerdotibus & Epiſcopis animarum Eccleſiaſticæ primorum temporum cærimoniæ ſatis oſtendunt, atque hic mos in huncuſque diem, atque à multis tum Orientalis, tum Occidentalis Eccleſiæ ſervatur.

Mortificatio paſſionum, & paupertatis voluntariæ votum.

Commendat prætereà in ſancti Euangelii teſtimonium mortificationem paſſionum & perturbationum animi, æquanimitatem, contemptis divitiis paupertatem voluntariam;

Communis victus.

communem in omnibus vivendi rationem, ut in primitiva Eccleſia, & moderno tempore in communi Religioſorum convictu uſu venit.

Jejunia.

Extollit prætereà jejunium tum ad præceptorum Divinorum obſervationem, tum ad carnis ſtimulos compeſcendos remedium opportunum, imò neceſſarium.

Septem horarum Canonicæ preces.

*Septies in die orationes tam pro vivis quàm pro defunctis faciunt.* Alludunt autem, tum ad ſeptem horas Canonicas, tum ad orationes pro animabus in Purgatorio detentis inſtitutas,

Purgatorium.

in quibus è pœnis liberandis, ſuffragia Eccleſiæ Catholicæ multa poſſe, tota Eccleſiaſtica antiquitas luculenter docet; fruſtra autem orarent pro animabus jam cœleſti beatitudine fruentibus, cum jam finem ſuum ſint conſecutæ; fruſtra pro in inferno detentis, cum in inferno nulla ſit redemptio poſſibilis; ergò pro animabus in purgante igne exiſtentibus; ut proindè vel ex hoc Monumento Heterodoxi veteris Eccleſiæ cum moderna conſenſum diſcere non erubeſcant. Atque hæc fuit doctrina primorum Chriſtianorum & Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ, uſque in hæc uſque tempora continuata: Quod ut luculenter innoteſcat Heterodoxis, hic nonnulla teſtimonia Chaldæorum, ſive Syrorum adducam, ex quibus doctrina propagatorum Syro-Chaldæorum Euangelicæ Doctrinæ intra Sinas, ſenſus de Purgatorio apertè oſtenditur. Primò Syro-Chaldæi in ipſo Miſſæ pro defunctis hymno, ita cantant:

ܗܘܒܐ ܕܢܘܪܐ ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܥܒܪ ܡܢܝ
ܒܚܢܢܟ ܡܪܝ ܥܢܝܕܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܟ
ܘܫܟܒܘ ܘܐܬܬܢܝܚܘ ܥܠ ܣܒܪܟ

Oratio pro defunctus.

id eſt, *Impetum ignis & flammæ diſſipa Domine clementiâ tuâ à defunctis, qui inte crediderunt, & obdormierunt, & quieverunt in ſpe tua.* Atque hujuſmodi haud antiquiori carent authoritate, traditione ſcilicet Apoſtolicâ, quæ tam in diverſarum Orientalium nationum Conſtitutionibus inſerta, quàm in Conciliorum procemialibus cum hujuſmodi titulo legitur: *De defunctis, & quomodò facienda pro iis commemoratio eſt præceptum Pauli Apoſtoli, ſunt tamen qui dicant eſſe præceptum Jacobi.* Verba ipſa ſunt apud *Melchitas & Maronitas c.* 39. apud *Coptitas c.* 22. apud *Jacobitas c.* 5. *ſect.* 1. Sic autem Conſtitutio incipit:

اعمل في اليوم الثالث ذكران
الذين رقدوا بامزامير والصلوة
من اجل ان المسيح مات وقام
للثلاثة ايام ويصير لهم ايضا تسعة
ايام لتذكرة الاحيا والاموات
واعمل لهم الثلاثين مثل السنة
العتيقة لان بنوا اسرايل حزنوا
علي موسي ثلاثين يوما ويعمل
لهم ايضا ذكران السنة به لهم
ويعطوا من مالهم صدقة للمسا
كين واننا نامن ان يفعل
ذلك باهل الصفاف والايمان
والصلاح فاما من اجل اصحاب
الكبار والكفار فانه لو
صدق

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

صدق عنهم بكلما في
الدنيا من المال لم ينفعهم
ذلك شي ۞

id eſt, *Facito tertia die commemorationem pro iis, qui obdormierunt, in pſalmis & precibus, quia Chriſtus mortuus eſt, & tertia die reſurrexit. Fiat quoque commemoratio pro illis nona die in memoriam vivorum & defunctorum; facito quoque pro eis trigeſimum diem juxta antiquæ Legis ritum, quoniam filii Iſraël luxerunt ſuper Moſe 30 diebus. Item fiat pro iis anniverſarius, & erogetur de illorum bonis eleemoſyna pauperibus. Et ſanè credimus id fieri pro iis, qui ſunt præditi continentiâ, fide & juſtitiâ; nam pro majorum criminum patratoribus & infidelibus etſi in eleemoſynam erogetur, quicquid in Mundo hoc bonorum eſt, nil illis proderit.* Ubi expreſsè diſtinguunt peccatum veniale à mortali; ita ut, qui venialibus peccatis contaminati ex hoc Mundo abierint, ignis purgationem uſque ad exactam omnium peccatornm venialium emaculationem ſuſtineant: qui verò mortalibus aggravati hinc exceſſerint, pro iis nulla ampliùs ſpes reliqua ſit ex inferno liberationis. Quæ omnia fuſiùs pertractata vide apud *Abrahamum Ecchelenſem* Syriacæ linguæ in Romano Athenæo Profeſſorem, in *Catalogo librorum Chaldæorum Hebedjeſu.* Certè eò tendunt omnia defunctorum Officia & Liturgiæ non ſolùm Syrorum, Chaldæorum, ſed & Coptitarum, Arabum, Æthiopum, Græcorum, Armenorum, Latinorumque Officia, eleemoſynæ & ſuffragia inquam tendunt, ut animas juſtas ex pœnis purgantis ignis liberarent. Imò vel ipſos Mahumedanos id credere, ex *Libro*, quem *Subtilitatum* inſcribunt, patet, in quo pro defunctis orare ſolent, hoc verborum contextu:

Mahumedani Purgatorium credunt.

اللهم روّح ارواحهم ونوّر
قبورهم وغسلهم بالماء والثلج
ونرّد حرارتهم ونقهم من
الخطايا كما نقيت الثوب
الابيض من الدنس ۞

id eſt, *O Deus, requieſcere fac animas eorum, & illumina ſepulchra eorum, & ablue eos aqua & nive, & refrigera calores eorum, & purga eos à peccatis, ſicuti purgatur alba veſtis à ſordibus.* Ut vel ex hiſce paucis pateat omnium Eccleſiarum Orthodoxorum de Purgatorio conſenſus; precari verò pro defunctis, idem eſt ac Purgatorium credere, ut in eo animæ ob leviores maculas detentæ, piorum ſuffragiis adjutæ à pœnis liberentur.

## De Sacrificio Miſſæ.

*Septenis diebus ſemel ad animam à peccatis purgandam ſacra faciunt.* Innuunt hæc verba, Sacrificium Miſſæ ſingulis ſeptenis diebus, id eſt, Dominicis peractum. Sacra autem, quæ hîc nominantur, idem in lingua Sinenſi, ac Sacrificium ſignificat; unde rectè inferre poſſumus, Divini verbi propagatores in Sina, Miſſæ Sacrificium ſingulis ſeptenis diebus, id eſt Liturgiam, ſive incruentum corporis & ſanguinis Sacrificium peregiſſe, juxta ritum omnibus Orientalibus Eccleſiis vel à primitiva Eccleſia uſitatum, quarum (teſte *Ecchelenſi citato Libro*) ſupra quinquaginta, apud Orientales, partim communes, partim ſingularum gentium propriæ numerantur: quarum prima & ſemper ſummè æſtimata fuit S. Jacobi Apoſtoli, ad cujus normam reliquæ poſteà inſtitutæ ſunt, partim ab Apoſtolis reliquis, SS. Petro & Joanne, Marco, Dionyſio, Romanis Pontificibus & Eccleſiæ Doctoribus. De Liturgia S. Jacobi ita *Maro Syrus*, qui inter quintum & ſeptimum ſeculum vixit, ſcribit:

Sacrificium Miſſæ ſemper oblatum in Orientali Eccleſia.

ܗܢܘ ܗܢܐ ܐܠܗܘܬܗ ܩܘܪܒܢܐ ܕܩܕܝܫ
ܝܥܩܘܒ ܪܒܘܬܐ ܡܫܝܚܐ ܕܥܒܕ ܠܟܠܗܘܢ
ܩܘܪܒܢܐ ܡܟܠ ܗܘ ܟܠܗܘܢ
ܡܬܒܥܝܢ

id eſt,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

id eſt, *Hoc eſt principium Liturgiæ Divi Jacobi Apoſtoli, quæ omnium Liturgiarum antiquiſſima eſt, ideoque juxta illius ordinem ſuas inſtituerunt reliqui.* Quoniam verò in Sacrificio verum corpus & ſanguis Chriſti offeruntur, ſequitur ſanè hoſce Orthodoxos in Sina Euangelii propagatores, dum ſingulis ſeptenis diebus Sacrificium peregerunt, in eo pariter, juxta Orthodoxæ Eccleſiæ Orientalis, vel ab ipſis Apoſtolis continuatum ritum, verum corpus & ſanguinem Chriſti obtuliſſe; cum nulli unquam ex Orientalibus Eccleſiis, de hujuſmodi, niſi hæreticis, dubium fuerit: quæ omnia quàm fuſiſſimè ex *Liturgiis Syrorum, Chaldæorum, Arabum, Coptitarum, Æthiopum, Armenorumque* comprobari poſſent, ſi res Orientalium rituum peritis non pluſquàm notoria foret, aut inſtituti mei ratio id per mitteret. Certe *S. Petrus Epiſcopus Sebaſtes* Baſilii Magni & Gregorii frater, qui rogatus ab infidelibus, quod dum ſacra faceret, id eſt, Sacrificium Miſſæ, verum putaret Chriſti corpus & ſanguinem ſe efficere? Reſpondit his verbis: *Cum ſtat Sacerdos orans coram Altari, ſeu Miſſam ſacram faciens, tunc formâ verborum dictâ, quam Chriſtus Apoſtolos ſuos docuit, præcepitque ut eam traderent ſuis ſucceſſoribus: tunc, inquit:*

وتنزل روح القدس الي ذلك
القربان وتصير الخبز لحما
بقدسها وقوتها وتيسير مزاج
الخمر ۞

id eſt; *Deſcendit Spiritus ſanctus ſupra oblationem iſtam, efficitque panem carnem ſua ſanctificatione & virtute, ac vini & aquæ temperamentum efficit ſanguinem.* Et paulò poſt.

ولكن يصير كله لحما
ودما معدسا بروح القدس ۞

id eſt, *Sed fit caro & ſanguinis ſanctificatus in Spiritu ſancto.* Hiſce aſtipulatur *Dionyſius Barſilibi Epiſcopus Amed Syrus, c. 1. Comment. ad Liturgiam S. Jacobi*, poſtquam de variis Sacrificiorum generibus locutus eſt, his verbis:

ܡܘܕܝܢ ܐܡܟܝܠ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܝܐ
ܒܫܪܪܐ ܘܒܡܣܥܪܢܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܗ
ܕܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܘܗܘܝܘ ܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܦܓܪܐ ܕܩܢܘܡܗ ܗܘ ܕܢܣܒ ܡܢ
ܡܪܝܡ ܘܗܘܐ ܕܒܚܬܐ ܒܙܩܝܦܐ
ܡܛܠܬܢ

id eſt, *Dicimus itaque panem hunc cœleſtem in veritate & effectu eſſe corpus Filii Dei, & illum eundem eſſe corpus perſonæ illius, quod aſſumpſit ex Virgine Maria, & factum eſt ſacrificium in Cruce pro nobis.* Quæ omnia approbat *Abedjeſu Chaldæus Babylonius tract. 4. Margaritarum c. 5. de Sacrificio* apud *Petrum Strozam, lib. de Myſteriis Chaldæorum & Babylonicæ Eccleſiæ cum Romana unione.* Sed hæc de Sacrificio Miſſæ dicta ſufficiant.

## *De Regum, quorum hoc Monumentum mentionem facit, ſucceſſione*

1. Annus, quo propagator Euangelii *Olo puen* ex *Judæa* in *Chinam* primò appulit, fuit juxta *Sinarum* computum annus 636. circiter, quo tempore Rex *Tai çum ven hoam*, illuſtri cum fama Imperio *Sinarum* præerat. 1. *Tai çun* Rex *Sinarum* Euangelii promotor.

Anno 651. defuncto patre *Tai çum ven hoam*, ſucceſſit *Sinarum* Rex filius ejus *Caozum*, *Olo puen* Epiſcopum conſtituit magnæ Legis, qua Regnum gubernabatur. 2. *Caozum* Rex.

2. Anno 699. quo *Xim liè* ſucceſſor *Caozum*, Imperium *Sinarum* adminiſtrabat, primò in Legem ſacram Bonzii Pagodum Sacrificuli in *Honam* Provincia inſurrexerunt, & altero anno 713. privati quoque homines in *Sieno*, antiqua Regia *Van vam*, quam quidam *Siganfu* fuiſſe dicunt, Provinciæ *Zenſi*, Legem proſecuti ſunt. 3. *Xim liè*

3. Anno 719. regnante poſt *Xim liè*, fuit

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

4. Rex *Hiuen çum chi taõ.*

fuit Rex *Hiuen çum chi taõ*, qui Legem ab improbis perſecutoribus oppreſſam per Joannem Epiſcopum, cujus nomen in margine Tabulæ inſcriptum quoque ſpectatur, & alium magnæ virtutis virum *Kiè liè*, reſtauravit.

Quid verò hoc loco per *Draconis barbam* intelligat, exponendum eſt. Refert *Interpres & Commentator hujus Sina*, hoc loco alludi ad antiquam hiſtoriam Regni, ſeu potius fabulam; ajunt enim, unum è ſuis Regibus ex aëre volatu Draconem inſediſſe, quem comites Regis armis ſuis ad procedendum inſtimulabant, ii verò qui bellum ſequebantur, evulſis pilis circa barbam Draconis eos tenebant pro memoria Regis ſui; qui eventus tantas in ſuperſtitioſorum hominum mentibus radices egit, ut in hunc uſque diem non aliis inſignibus utatur *Sinarum* Imperium, niſi Draconum, quos non ſolùm ubique depingunt, ſed & veſtes, libros, picturas & quæcunque tandem publicæ utilitatis monumenta fuerint, Draconum figuris adornent.

Fabula de Dracone *Sinarum.*

4. Anno 757. Imperium *Sinarum* moderatus eſt Rex *Ca çum neñ meñ*, ſumma cum totius Regni felicitate, & ſancti Euangelii propagatione; ſub hoc Rege alia in *Chinam* virorum Apoſtolicorum ex *Iudæa* expeditio contigit per Sacerdotem quendam *Kie hò* nomine, qui ope ſtellarum, id eſt, maritimo itinere in *Chinam* appuliſſe dicitur.

5. Rex *Ca çum neñ meñ.*

Alia expeditio ex Occidente in *Chinam* per mare.

5. Anno 764. Imperiale ſolium aſcendit Rex *Tai çum ven vũ*, eximius pariter Legis Divinæ propagator, uti ex contextu patet.

6. Rex *Tai çum ven vũ.*

6. Anno 781. *Sinarum* Imperium rexit *Kien cium xim veñ vũ*; Rex juſtus, pius, beneficus in omnes, Divinæ Legis zelotes: Sub hoc ex Regionibus *Pagodum* remotiſſimis, id eſt ex *India*, hodiè Regno *Magoris*, novus Sacerdos Euangelii propagator in *Chinam* appulit, à Rege ſummo cum honore exceptus, prout ex contextu ſcripturæ patet; ſub hoc quoque Lapidis inſcriptio facta fuit.

7. Rex *Kien cium xim veñ vũ.* ſub hoc nova expeditio ex *Indoſtan* in *Chinam.*

Atque hæc eſt Regum ſancti Euangelii Chriſti in *Sinarum* Imperio ſucceſſio.

# CAPUT VI.

## *Syriacorum nominum, quæ in Monumento occurrunt, Interpretatio.*

NUnc ad eam, quæ marginibus inſculpta eſt, inſcriptionem progrediamur: quæ quidem, cum ob hominum peritorum hujus ſcripturæ in *China* penuriam hucuſque manſerit inexplicata, atque ea de cauſa à Patribus noſtris Luſitanis in *Europam* à peritis Syræ linguæ explicanda fuerit transmiſſa; ego primus ejus interpretationem fructu non pœnitendo aggreſſus, ea tandem, qua par eſt fide & diligentia expedivi. Eſt autem literis antiquis Syriacis, quas *Eſtrangelo* ܐܣܛܪܢܓܠܐ vocant, marginibus Lapidis inciſa, continetque annum, nomina & officium eorum, qui tunc temporis, quo hic Lapis ſcriptus eſt, erectuſque, ex Apoſtolicis viris, & Legis Divinæ Promotoribus in *China* verſabantur. Meminit hujus Lapidis inſcriptionumque memoratarum *Pater Emanuel Dias* in *quadam Epiſtola Luſitanica Macoa data* 23. *Aug.* 1625. quam hîc Latinis verbis referre viſum eſt.

Quid contineant Siriacæ voces Lapidi inciſæ.

*In Provincia*, inquit, Xenſi Sinarum, *ubi modo eſt* Trigautius, *effoſſus quidam Lapis magnitudinis* 24 *palmorum, aut circiter, in quo patet diſertè ante* 1243 *annos fuiſſe illic Chriſtianos raſo vertice, qui myſteria Trinitatis & Incarnationis prædicarent, ac* Sinarum *Reges multos illis impendiſſe favores. Doctor Leo Chriſtianus rem totam imprimi voluit, ac de myſteriis eo in Lapide oſtenſis*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*oſtenſis à Mandarinis Chriſtianis ſcribi, ut res magis innoteſceret. Id agitur modò, ut in Regis notitiam res tota deveniat, vertat Deus omnia in gloriam ſuam.*

Confirmat hoc ipſum *P. Franciſcus Hurtado*, è Provincia *Nancheu*, additque hoc anno appertam fuiſſe portam in novas Regni Sinenſis Provincias *Xenſi, Xanſi, Fohum*, quæ ultimæ *Conchinchinæ* contermina eſt, & exteros facilè admittit. In fine autem ita dicit: *His adſcripta erant decem, vel duodecim lineæ Syriacæ, quas interpretari non potui. Adjunctæ etiam erant gratiæ à Regibus Sinarum factæ Sacerdotibus illius Legis. Verſio hæc ad Verbum è Sinico idiomate facta eſt. Aliæ extant verſiones, ſed omnes conven-unt in eſſentialibus. In Libris Regum Sinarum habetur, ante 994 annos perveniſſe ad Sinas fidem noſtram, & 140 annis poſt ingreſſum, hanc inſcriptionem factam eſſe.* Hæc *P. Emanuel Dias*. In aliis verò literis paulò recentioribus 21. Novemb. 1627. *Macao* datis, ita de hoc Lapide ſcribitur: *Annis præterlapſis inventa eſt ſcriptura quædam longa, & antiqua, Lapidi prægrandi inciſa linguâ Sinenſi, & Chaldaicâ, vel Syriacâ; ex qua conſtat Legem Domini Dei noſtri jam quaſi abhinc mille annis perveniſſe in Sinam, anno ſcilicet Domini 636. Lapis autem ille erectus & inſcriptus fuit An. Dñi 782. hoc eſt, 146 annis poſt Legis ibidē prædicationem, qua ingens converſio ad fidem facta eſt, Eccleſiæ ædificatæ, Epiſcopi conſtituti. Reges, qui tempore illius vixerunt, numerantur octo, quorum nomina Lapis ille exprimit, qui Chriſtianis favebant omnes; Prædicatores verò Legis venerunt ex Palæſtina, aliiſque vicinis locis; continet autem præcipua fidei noſtræ myſteria &c. quæ ex inſcriptione patent.* Quæ omnia fusè patent ex ſupra adductis *P. Boimi* & *Martinii Danielis Bartoli*, ex Archivio Soc. noſtræ inde collectis teſtimoniis. Verùm operæ pretium faciam, ſi hoc loco Syriacam inſcriptionem iiſdem *Characteribus Strangelicis* quibus in *China* expreſſa fuit, unà cum interpretatione ejus exhibeam; præſertim cum Patres noſtri Sinenſes, eam ideò particulari folio in *China* impreſſo in *Europam* ejus linguæ magiſtris (uti paulò ante diximus) ad eam meliùs explicandam transmiſerint: hac enim explicata, ſpero futurum, ut & annus, & nomina, & patria, officiaque Divinæ Legis Prædicatorum, & ſcopus quoque noſter melius pateſiant.

Syriacæ inſcriptiones.

Anno Chriſti 636. Euangelium *China* illatum.

Inſcriptio nominum Syriacorum duplex eſt; una in margine, altera in calce Monumenti inciſa; & quoniam hæc annum erectionis factæ continet, ab eadem expoſitionis noſtræ telam ordiemur, uti ſequitur.

## *Inſcriptio Syriaca.*

*Adam Kasiso Vcurapiſcupo Vpapaſi dizinſtan. Bejume abo dabohotho Mor Hanà Jeſua Kataliko Patriarchis. Beſanath alf utiſaain vtarten diavanoiè. Mor Ibuzad Kasiso Vcurapiſcupo de Cumdan medinah malcutho bar nihh napso Milis Kasiso dmen Balehh medintho Tahhurſtan Akim Lucho hono Papa dictabon beh medabarnutho dpharukan Vcaruzuthon dabhain daluat malche dizinio.*

*Adam meſchamſchòno Bar Iidbuzad Curaphiſcopo.*

*Mar Sargis Kasiso, Vcurapiſcupo.*

*Sarniſchua Kasiso.*

*Gabriel Kasiso Varcodiacun, Vriſch aitho de Cumbdanudaſrag.*

## *Explicatio ejus hæc eſt.*

*Adam* Sacerdos, ſeu Presbyter, & Archiepiſcopus & Papalis *Zinoſtan* ſeu Regionis Sinarum (ubi nota, *Stan* Indicâ linguâ Regionem ſignificare, unde *Hindoſtan*, ſive *Indoſtan*, *Sinoſtan*, *Turkiſtan*, ſeu *Turcheſtan* & ſimilia nomina idem ſignificare, ac Regionem Indorum, Sinarum, Turcarum, non ſecus ac Germanica nomina ſequentia *Friesland*, *Franckeland* &c. Friſonum, Franconum Regiones ſignificant, & innumera alia hujuſmodi, quæ omnia ex Germanico *Land*, ut Indica ex *Stan*, ex loci ſcilicet ſeu regionis proprio nomine componun-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# Inſcriptio Syriaca annum erecti monumenti exponens.

ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘܢܝܐ ܡܪܝ ܝܙܕܒܘܙܝܕ
ܩܫܝܫܐ ܘܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܟܘܡܕܢ ܡܕܝܢܬ
ܡܠܟܘܬܐ ܒܪ ܢܝܚ ܢܦܫܐ ܡܝܠܝܣ ܩܫܝܫܐ ܕܡܢ
ܒܠܚ ܡܕܝܢܬܐ ܕܛܚܘܪܣܬܢ ܐܩܝܡ ܠܘܚܐ
ܗܢܐ ܕܟܐܦܐ ܕܟܬܝܒܢ ܒܗ ܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܦܪܘܩܢ
ܘܟܪܘܙܘܬܗܘܢ ܕܐܒܗܝܢ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܨܝܢܝܐ

## INTERPRETATIO

Anno Milleſimo Nonageſimo Secundo Græcorum Jsdabusaid Sacerdo et Vicarius Episcopi Cumbdam Civitatis regni Orientalis Milis Sacerdos, et Balah Civitatis Tahurſtan Conſtituit Tabulam hanc Papa, et Scriptum eſt in ea adminiſtratio Redemptoris noſtri, et prædicationes Patrum noſtrorum apud Reges Sinarum.

ܐܕܡ ܡܫܡܫܢܐ ܒܪ ܝܙܕܒܘܙܝܕ ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ

Adam Diaconus Filius Jsdbusaid Vicarij Episcopi.

ܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܩܫܝܫܐ ܘܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ

Morſargis Sacerdos, et Vicarius Episcopi.

ܣܒܪܝܫܘܥ ܩܫܝܫܐ

Sbar Jeſua, (id eſt Spes Ieſu) Sacerdos.

ܓܒܪܝܐܝܠ ܩܫܝܫܐ ܘܐܪܟܕܝܐܩܘܢ ܘܪܝܫ ܥܕܬܐ ܕܟܘܡܕܢ ܘܕܣܪܓ

Gabriel Sacerdos, et Archidiaconus, et Caput Civitatis Cumbdam, et Disrag

ܐܕܡ ܡܫܡܫܢܐ ܒܪ ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ ܦܐܦܫܝ ܕܨܝܢܣܬܢ

Adam ſo Diaconus Vicarij Episcopi Papaſi Sinarum.

ܒܝܘܡܝ ܐܒܐ ܕܐܒܗܬܐ ܡܪܝ ܚܢܢܝܫܘܥ ܩܬܘܠܝܩܐ ܦܛܪܝܪܟܐ

In diebus Patris Patrum Ananieſua Catholici Patriarchæ.

C

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# Nomina Apoſtolicorum Virorum, quæ margini Lapidis Syriacis literis inciſa ſpectantur.

Ordo I.

Aaron
Petrus
Job
Lucas
Mattheus
Joannes
Sabar Jeſua. id eſt Spes Jeſu
Jeſuadad
Lucas
Coſtantinus
Noë

Ordo II.

Atdaſpha
Joannes
Anuſc
Marſargis
Isaac
Simeon
Isaac
Joel

Ordo III

Mar Jukanon
Epiſcopus
Isaac Sacerdos
Jael Sacerdos
Mahet Sacerdos
Georgius Sacerdos
Mahada Guneſph
Sacerdos
Maschadad Sacerdos
Andreas Sacerdos
Andreas Sacerdos
David Sacerdos
Moſes Sacerdos

Ordo IV

Isaac Sacerdos
Elias Sacerdos
Moſes Sacerdos
Abad Jeſua i. Servus Xpi
Simeon Sacerdos
Gabriel
Joannes
Simeon
Isaac
Joannes

Ordo V

Jacob Sacerdos
Marſargis Sacerdos
et vicarius Epiſcopi
Aggeus Sacerdos Archi-
diaconus Civitatis
Cunden
Paulus Sacerdos
Simeon Sacerdos
Adam Sacerdos
Elias Sacerdos
Isaac Sacerdos
Joannes Sacerdos
Joannes Sacerdos
Simeon Sacerdos

Ordo VI.

Jacob Sacerdos
Abad Jeſua i. Servus
Xpi Sacerdos
Jeſuadad Sacerdos
Jacob
Joannes
Subcho lmoran. i.
laus Dño nostro
Mor Joſeph
Simeon
Ephrem
Ananias
Cyriacus
Cus
Amiun

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ponuntur. Quæ ideò hîc apponenda duxi, ut cauſam, cur China *Zindoſtan* vocatur, non ignorares.) In diebus Patris Patrum Domini *Hanan Jeſua*, ſive *Joannis Joſue* Catholici Patriarchæ (ſubintellige Alexandrinum, Antiochenum, aut Babylonium, qui propriè dicuntur univerſales ſeu Catholici Patriarchæ.) Anno milleſimo nonageſimo ſecundo juxta Græcos; Dominus *Jidbuzad* Sacerdos & vicarius Epiſcopus *Cumdan* civitatis Regni (ſcilicet Metropolis.) Filius *Milis*, requies ſit animæ ejus, Sacerdotis *Belehh* civitatis *Tahurſtan* (lege *Turcheſtan*) erexit Tabulam hanc Papa (ſic ſupremos in aliquo ordine Eccleſiaſtico vocant) & ſcripta ſunt in ea adminiſtratio, ſeu gubernatio Salvatoris noſtri, & prædicatio Patrum noſtrorum, qui ſunt apud Reges Sinarum.

*Adam* Diaconus filius *Jidbuzad* Epiſcopi Vicarius.
*Mar Sargis* Presbyter & Epiſcopi Vicarius.
*Sarniſchua* Presbyter.
*Gabriel* Presbyter & Archidiaconus, caput Eccleſiarum Civitatum *Cumdan* & *Daſrag*.

Atque hæc in folio in *China* impreſſo reperiuntur, quæ & in ſaxo inſculpta cernuntur.

Verùm antequam ulteriùs hîc progrediar, una adhuc difficultas, quæ circa annum erectionis hujus Lapidis occurrit, reſtat diſſolvenda. Annus enim hujuſmodi in Sinica inſcriptione adeò à Syriaca diverſus reperitur, ut non pauci ea diverſitate perplexi, mecum de vera & fideli hujus Lapidis interpretatione dubitarent. Nam ex Sinico Luſitanica verſio, & ex hac Italica erecti Lapidis annum ponunt poſt Chriſtum 782. Syriaca verò juxta Græcorum computum ſtatuit annum 1092. qui quàm ab altero diverſus ſit, quis non videt? Verùm ut exactius hæc omnia reconcilientur, & hic nodus quoque diſſolvatur, prius inſcriptionis dictæ translationes hîc verbotenus proponendas duxi.

## *Luſitanica verſio ſic habet.*

*No noſſo Potentado do grande* Tam, *ſegundo anno deſte* Kieñ Cium, *que eram do Senhor* 782. *no mes de Autuno, no ſettimo dia, dia de Domingo, foy allevantada eſta pedra; ſendo Biſpo* Nim ciù, *que governa à Igreia da* China. Luſitanica.

## *Italica ita habet.*

*Nel noſtro Potentato del gran* Tam, *ſecondo anno di queſto* Kieñ Cium, *che erano del Signore* 782. *nel meſe di Autunno, nel ſettimo giorno, giorno di Domenica, fù inalzata queſta pietra; eſſendo Veſcovo* Nim Ciù, *che governa la Chieſa della* China. Italica.

## *Utriuſque interpretatio hæc eſt.*

In noſtro Potentatu magni *Tam*, „ Latina.
ſcilicet Regis, anno ſecundo hujus „
*Kieñ cium* qui erat annus Domini 782. „
menſe Autumni, ſeptima die, die „
Dominica, exaltatus fuit hic Lapis, „
Epiſcopo *Nim ciù* Eccleſiam Sinen- „
ſem adminiſtrante. „

## *Syriaca Inſcriptio ita habet.*

Syriaca. ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘܢܝܐ

Biſnat alf ve tiſſain ve tarten diunoio.

Hoc eſt, *In anno milleſimo nonageſimo ſecundo, qui Græcorum.*

Cum ergò Orientales, ſeu Græca Eccleſia, magna ex parte in computu annorum conveniat cum Latina, quæritur, qua ratione hi anni conciliādi ſint?

F 2 Dico

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Annorum Græcorum ad annos Chriſti accommodatio.

Dico itaque duplici annorum dictis Divinæ Legis promulgatoribus uſitatorum computus genere hunc Lapidem fuiſſe inſignitum, uno Eccleſiaſtico annorum Chriſti, quo fideles in *China* Chriſtiani paſſim utebantur; altero Politico, ſeu civili, qui erat communis Syris, Chaldæis, Arabibus, Ægyptiis, ac toti propè Orienti; quem ut melius intelligas, notandum eſt, annos Regni Græcorum, quorum meminerunt *Libri Machabæorum*, eoſdem eſſe, qui aliàs dicuntur Seleucidarum, Syro-Græcorum, aut Syro-Macedonum à Chaldæis; ab Hebræis verò, anni Contractuum; ab Ægyptiis anni Alexandræi, ſive à morte Alexandri; ab

Cur Alexander Magnus dictus ſit *Dhulkarnain*.

Arabibus ذو القرنين *Dhulkarnain*, quod idem eſt, ac Alexandri duo cornua tenentis (vocantque eum ideò, vel (ut vult *Chriſtmannus*) ob utraque Orientis ſcilicet & Occidentis Mundi cornua à ſe ſubacta, vel ut ego exiſtimo veriſimilius ab Ammone Arietino, cujus filium ſe appellabat, aut etiam ob hircum illum caprarum, (cum quo eum *Daniel* comparavit) aut denique anni Philippi

*Tarich alkupti.*

(quem تاريخ القبطي ſuprà *Albitegnium* vocaſſe diximus) Atque horum æra incipit annis 12 exactis, ab obitu Alexandri Magni, ut ex *Euſebio in cap. Daniel. S. Hieronymus* notat; Quem ſequitur *Ribera*, *Torniellus* & alii. Etſi verò ante Julium Cæſarem hi anni aliam formam, aliud ſuorum menſium initium habuiſſe videantur, communi tamen ſupputatione ſumunt à Calend. Octobribus exordium. Nomina menſium aut Gręca ſunt, aut Syro-Chaldaica, in cæteris cum anni Juliani quantitate & forma congruunt, niſi quod dies intercalaris in hac æra adjiciatur ad finem menſis *Sabath*, qui Februario noſtro reſpondet.

His prænotatis, primordia Regni Græcorum ſtatuimus cum *Euſebio*, *Scaligero*, aliiſque anno ante Chriſti æram trecenteſimo decimo fluente, quo acta eſt Olympias 117. juxta *Chronicon Alexandrinum*; ſiquidem in confeſſo eſt, Alexandrum Magnum mortuum eſſe eo anno, quo cœpit Olympias 114. poſtremis diebus menſis Hecatombæonis, ut *Plutarchus* ſcribit, nempè ante æram Chriſti 322. (natus enim eſt Chriſtus tertio anno excluſivè Olympiadis 194.) Differunt igitur anni Regni Græcorum ineuntes ab annis Chriſti labentibus 310, ita ut primo anno Chriſti inierit annus Regni Græcorum 313. Undè fit, ut ſi ad annum Chriſti propoſitum adjiciantur 310, exurgat annus Alexandræus illo Chriſti anno labente exoriens; ſi anno Alexandræ detrahantur 310, remaneat annus Chriſti, quo Alexandræus ille aperitur. Si deniquè annus Alexandræus ſubtrahatur à 310, numerus relictus indicabit annum ante æram Chriſti, quo cœpit annus ille Græcorum; ſivè quo initium fuit æræ Alexandri, تاريخ ذي القرنين uti Arabes & Ægyptii appellant.

Annus Alexandræus.

*Tarich Dhulkarnain.*

His igitur ita demonſtratis; Si ab anno Alexandræo, ſive Græcorum 1092. Syriacis literis Lapidi inciſo, 310 (quæ eſt differentia annorum inter annum Chriſti & Alexandrinum) ſubtrahas, remanebunt 782, qui eſt annus Chriſti Lapidi Sinicis numeris inciſus, anno Syro-Græcorum, ſive Alexandræo exactè reſpondens.

## *Paradigma Computus.*

Perioche computus annorum hujus Lapidis.

Mortus eſt Alexander Magnus, *Plutarcho* teſte, Olymp. —— 114. A.

Poſt cujus mortem *B. Hieron.* teſte, annis 12. exactis, incipit æra Alexandræa, videlicet Olymp. —————— 117. B.

Natus verò eſt Chriſtus anno tertio excluſivè, videlicet Olymp. —————— 117. C.

Lapis erectus eſt anno Alexandræo —————— 1092. D.

Anno verò Chriſti —— 782. E.

His

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

His poſitis ſubtrahe numerum B. à numero C. & habebis differentiam dictarum Olympiadum, videlicet Olympiades 77, quæ ductæ in 4 annos, quibus ſingulæ Olympiades conſtant, producuntur 308. his adde 2 annos completos Olympiadis Chriſti nati, & facies 310. quæ ſubtracta à 1092, relinquunt E. numerum annorum Chriſti, quo hic Lapis erectus eſt. Studio itaque duplici annorum genere hunc Lapidem conſignarunt, ut qui annum Chriſti non intelligerent ex advenis, annum ſaltem Alexandræum, ut potè latiùs patentem, cognoſcerent.

Difficultate itaque propoſita jam quoquè diſſoluta, nunc ad Lapidem revertamur, in cujus margine præter ea Syriaca, quæ hîc paulò ante propoſuimus, multa adhuc alia nomina propria, quæ in folio dicto deſunt, quorum numerus ad 70 ferè excurrit, videntur; quæ hic apponenda duximus.

* * *

Ex hiſce patet, Linguam Syriacam Chaldaicam, primis iſtis temporibus *Syriæ*, *Palæſtini*, *Ægypti*, *Babyloniæ* Eccleſiis communem fuiſſe, imò tempore Chriſti quoque vernaculam; ut proindè mirum non ſit, ex dictis locis Euangelium Chriſti à verbi Dei adminiſtratoribus non ſolùm in remotiſſimas Orientes Regiones, ſed & in vicinas Regiones, *Babyloniam*, *Ægyptum*, *Æthiopiam*, immediatè poſt Apoſtolorum in omnem terrarum orbem ambitum translatum fuiſſe, ubi veluti in primogeniis Eccleſiarum ſedibus, eas radices egit lingua Syriaca ſeu Chaldæa, ut proinde eam etiam per univerſas *Indiæ* oras, uti dictum fuit, in ultimam Regionum *Chinam* proſeminaverint. Sed de hiſce in ſequentibus amplius.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# ATHANASII KIRCHERI
# CHINÆ ILLUSTRATÆ PARS II.
# DE VARIIS ITINERIBUS IN CHINAM SUSCEPTIS.

## CAPUT I.

*Qua ratione, & à quibus, quibuſque itineribus, diverſis temporibus Sacroſanctum Chriſti Euangelium in ultimas Orientis Regiones,* Indiam, Tartariam, Chinam, *cæteraſque* Aſiæ *Regiones fuerit illatum.*

CUm in *India, China,* cæteriſque *Aſiæ* Regionibus frequentia in hunc diem adhuc extent Chriſtianæ Religionis veſtigia, ut jam oſtenſum fuit, operæ pretium faciam, ſi declarato jam Syro-Chaldaico in *China* reperto Monumento, hoc loco quoque monſtrem, qua occaſione & via hi Apoſtolici viri in hujuſmodi remotiſſimas plagas penetrârint; hoc enim præſtito, *Syriam*, *Ægyptum*, & *Græciam* non Chriſtianæ tantùm Religionis, in exteris Regionibus promovendæ; ſed & ante Chriſtum omnis ſuperſtitionis per Orbem univerſum propagatæ ſeminarium nullo non tempore fuiſſe, clarè patebit. Verùm ut in re abſtruſa clariùs procedam, primò ſententias quorundam hîc de iis proponere viſum eſt; ut illis diſcuſſis, quid circa rem propoſitam ſtatuendum ſit, luculentius patefiat.

*Palæſtina, Ægyptus & Græcia.*

Primò itaque non deſunt, qui hujuſmodi Colonias Chriſtianorum in *Chinam* cæteraſque *Aſiæ* Regiones penetraſſe aſſerant, primò ope magni illius Imperatoris Aſiatici, quem Authores paſſim Preſbyterum Joannem vocant; ſed cum maxima ſit inter Authores de hoc Imperatore ejuſque Regnorum ſitu, qualitate ac conditione, controverſia, ante omnia nonnulla de ipſo ejuſque Regnis ad clariorem rerum explicationem, adferemus, quamvis hanc materiam etiam in *Prodromo Copto* diſcuſſerimus.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

## *Quis fuerit famoſus ille Preſbyter Joannes, & an unquam fuerit?*

Quemadmodum igitur *Ægyptiorum* Reges primùm Pharaones, deinde Ptolomæi; *Mauritanorum* Seriphii; *Perſarum* Xerxes quondam, & Artaxerxes, nunc *Sophi* dicuntur; ita Presbyteri Joannis nomen quorundam Chriſtianorum Principum à longo jam tempore denotat dignitatem. Quos quidem non apud *Æthiopes*, aut in ulla alia *Africæ* parte, ut perperàm multi opinantur, ſed in *Aſia* imperaſſe peritiores conveniunt; Quo tamen loco imperium habuerit, non eſt omninò compertum. Nam quod quidam ſcripſerunt, eos fuiſſe Reges *Cathaiæ*, magis dubiam rem facit, cum hiſce proximis annis cognitum ſit, quicquid *Cathaium* eſt, ad *Sinas* pertinere, nec urbem eſſe ullam, aut Regnum hac voce dictum, quod nunc extra *Sinarum* terminos reperiatur. Et in hoc conveniunt omnes è Societate noſtra Patres in *China* multis annis commorati, nec non Geographicarum rerum notitiâ inſtructiſſimi; *Matthæus Riccius*; *Nicolaus Trigautius*; *Alvarus Semedus*; *Michaël Boimus*; *Martinus Martinius*; *Joannes Gruberus*; *Joannes Adamus*, magnus ille Sinenſis Regiæ Mandarinus; & denique *Benedictus Gois* ejuſdem Societatis ex Regno *Mogor* juſſu ſuperiorum profectus, *Cathaium* terreſtri itinere ex induſtria inveſtigaturus, ſatis exploravit. Non crederem ego procul à vero diſſitum, præter illam terræ partem, quæ *Cathai* nomine intra *Sinarum* limites à noſtris reperta eſt, aliam eſſe Orbis plagam multò ampliorem, *Sinarum* Regno à Borea & Occidente conterminam, cui & olim *Cathai* nomen fuerit. Verùm cum tota illa extra muros Sinenſes Regio ad bimeſtre ferè ſpatium deſertum, incultum & habitatoribus deſtitutum fuerit, veriſimile eſt, *Sinarum* Regionem poſteris temporibus, utpotè cultiſſimam & rerum omnium feraciſſimam, propriè *Cathaium* appellatam fuiſſe; Deſertum verò hodiè *Kalmuk* dictum, extra muros confineſque eidem regiones olim *Cathai deſerti* nomen meruiſſe, in cujus finitimis Regnis is, de quo nunc agitur, Preſbyter Joannes majorum noſtrorum ætate principatum tenuerit, *Paulus Marcus Venetus* Imperium Magni Cham; ſacræ verò paginæ, teſte *Aria Montano*, Gog & Magog appellant; de quibus & *Sibylla*:

Presbyter Joannes ubinam habitaverit.

Αἲ αἶ σοι Γώγ, καὶ πᾶσιν ἐφεξῆς ἅμα
Μαγώγ,
Μαρσῶν ἢ δ' Ἄγγον ὅσα σοι κακὰ μοῖ-
ρα πελάζει.

*Heu tibi Gogque Magogque aliisque*
*ex ordine cunctis,*
*Marſon atque Angon tibi quot mala*
*fata propinquant.*

Geographia Arabiana.

Hanc autem *Scythiam Cathaiam* eſſe *Geographia Arabica* per quatuor integra climata poſteriora docet, traditque hominibus, animalibus, mineriſque refertam, Chriſtianis florentem, ac immenſis *Caucaſi* diſtrictibus circumvallatam, dictam *Iagog* & *Magog*. Ita tradit *Geographia Arabica, parte 9. climate 5. lin. 21.* verba ex Arabico à nobis in Latinum translata ſic ſonant: *A diverſorio* Garada *ad Civitatem* Tahamet *è latere Auſtrali quatuor conficiuntur leucæ (quarum videlicet una in 25 millia paſſuum) à civitate* Garada *uſque ad montem, qui* Caucaſus *dicitur, ſeptem dierum iter eſt. Atque hic mons Regiones* Jagog *&* Magog *circumdat; mons verò lateribus conſtat adeò arduis, ut nemo ea tranſcendere poſſit, & ſi aſcenderit, nunquam tamen ad faſtigium montis perveniet, nivium inveteratarum, & in glaciem concretarum copiâ impeditus; & quoniam eæ nunquam diſſolvuntur, in vertice montis nebulæ cujuſdam jugis Caucaſeis perpetuò inſidentis ſimilitudinem exhibent. Poſt montem verò multæ urbes* Jagog *&* Magog. *Et contingit*

Caucaſus ejuſque altitudo.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*git non rarò, ut homines hujus Regionis curioſitate ducti aliquouſque aſcendant, viſuri quid in ſupremitate montis ſit, & quid à tergo ejus, & non revertuntur, & impoſſibilis eſt reditus eorum, vel quia à feris ſylveſtribus dilaniantur, vel quia à reliquis populis poſt montem commorantibus capiuntur; Qui verò ſubinde redeunt incolumes, narrant, quod in transmontana regione nocturno tempore multi ignes, diurno verò nil aliud, quàm nebula mixta caligine cernatur.* Iterum *in part. 7. climatis dicti lin.* 34. In his regionibus plurimos quoque Chriſtianos, ſeu Nazaræos habitare. Et *part.* 8. *lin.* 18. magnam dicit vim auri ex hujuſmodi montibus colligi, & lapidum pretioſorum varia genera, item ferarum venationes; demum magnum hiſce regionibus Principem præeſſe. Quæ omnia Imperio Magni Cham, ſeu *Cathaio* convenire, oculatus inſpector *Paulus Marcus Venetus lib.* 1. *c.* 64. his verbis tradit: *Ab* Egrigaia *Provincia eundo verſus Orientem, iter ad* Tenduc (*meliùs* Tanchut) *ducit,* (*eſt autem* Tanchut *Regnum* Tartariæ, *quod multa alia Regna implicat, uti Regnum* Laſa, *ſeu quod* Barantola Tartari *vocant, Regnum* Necbal, Tibeth, Maranga *&c. uti poſteà oſtendetur, unà cum deſerto* Kalmack, *quod muri Sinenſes terminant: atque hoc Regnum plerique* Geographi *cum* Cathaio *confundunt*) *in qua ſunt civitates, & caſtra multa, ubi etiam manere conſuevit Rex ille magnus, & toto Orbe terrarum nominatiſſimus, vulgò Presbyter Joannes dictus. Modò autem Provincia illa tributa pendit Magno Cham, habens Regem de progenie Presbyteri Joannis. Et licet ibi ſint aliqui Idololatræ & Mahumetani, tamen major pars Provinciæ fidem obſervat Chriſtianam, & hi Chriſtiani primas tenent in hac Provincia; præſertim eſt ibi gens quædam in Provincia* Argon *vocata, quæ reliquis populis ſagacior eſt & eloquentior; ſunt etiam hic Regiones* Gog & Magog, *quos illi nominant* Lug & Mongog; *in his locis reperitur Lapis* Lazuli, *de quo fit azurum optimum:*

*Marcus Paulus Venetus.*

*Tenduc, Laſſa, Barantola Necbal, Maranga, Tibeth, Regna Tartariæ.*

*Sunt etiam in montibus hiſce Provinciæ magnæ, mineræ argenti, & multiplices ſylveſtrium animalium venationes.* Quæ omnia aptè conveniunt paulò ante allegatæ Arabicæ deſcriptioni. De montium verò *Jagog* & *Magog* altitudine, ita *lib.* 1. *cap.* 37. ſcribit: *Hinc ſi diſcedas ad Orientalem plagam, aſcendendum tibi erit per tres continuos dies* (*videlicet arduas* Caucaſi *rupes*) *quouſque pervenias ad Montem altiſſimum, & quo altior non eſt in Mundo; nulla quoque ibi apparet avis propter frigus, & nimiam terræ elevationem, quæ pabulum nullum adminiſtrare poteſt animalibus. Ignis ſi quandoque ibi accendatur, obſtante nimia regionis frigiditate, non eſt ita lucidus, nec adeò efficax in ſua actione, ut in locis demiſſioribus.* Et paulò poſt: *Vocaturque hæc Regio* Belor, *omni tempore hyemis effigiem præſeferens donec viator* 40. *dietas abſolvat.* Hæc *Marcus Venetus.* Quæ omnia monti illi, quem hodiè *Langur* vocant, omnium altiſſimo in *Laſa* Regno exiſtenti conveniunt; de quo *P. Joannes Gruberus*, quem & pedeſtri itinere dimenſus eſt, refert ſummitatem ejus æſtivo tempore pertranſire, periculo non carere, tum ob aeris maximam ſubtilitatem, quæ vix viatores reſpirare permittit, tum etiam ob venenoſæ herbæ cujuſdam evaporationem, quæ halitu ſuo, & homines & jumenta enecat. Atque circa hoc Regnum *Belor*, antiquam ſcilicet *Sacarum* ſtationem, *Thebeth* principale Presbyteri Joannis in *Cathaio* Regnum ſitum eſſe tum *Geographus Arabs*, tum *tractatus* ארחות עולם ארם dictus *R. Abraham Pizol* clarè demonſtrant. *Nubiana Geographia* id *Begarger* vocat, in qua & maximam urbem eſſe ſequentibus verbis aſſerit: *In Orientali parte illius eſt Regio* Begarger, *cujus urbs maxima nominatur* Centaba, *duodecim portis è ferro inſtructa. R. Pizol* cum *Veneto* id *Belor* vocat, in quo & Regnum *Thebeth* recens detectum ait: verba ejus hæc ſunt,

*M. Paulus Venetus.*

*Belor* mons altiſſimus.

Ignes inefficacia in monte.

*Langur* mons idem qui *Belor*.

*R. Abraham Pizol.*

מלכות

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

מלכות באלור הגדולת העליון לכל אלה אשר כתבו הספרים אצלו שיהודים רבים סגורים בו והוא בצר המזרחי הצפוני גם נתגרשו עור ישובים אחרים בחדש הגלילות האלת המצרחים ביבשה יקראו בשם יושביהם בטיבט צינבא בוקטארי עדרי אוראכאום וקרוב לוה למעלה מהכל עיר גדולה לאלהים אין במוה תחת השמים אשר מכל טוב ׃ להם הדברים היקרים ומתנהגים בפי הטבע ׃

*Regnum*, inquit, Belor *magnum & excelſum nimis juxta omnes illos, qui ſcripſerunt, Hiſtoricos, ſunt in eo* Judæi *plurimi incluſi, & illud in latere Orientali & Boreali, & ſunt adhuc populi alii Orientales non ita pridem detecti in eodem Regno, vocant eos indigenæ* Tebeth; *huic vicina urbs eſt, omnes alias urbes magnitudine ſuperans, penè divina, non eſt ſicuti illa ſub cœlo, in qua omnia bona reperiuntur:* quæ ſanè alia eſſe non poteſt, niſi urbs *Chaparangue* in Regno *Tebeth* ſita, de cujus monumentis Religionis à Chriſtianis quondam ibi relictis, mira refert *P. Antonius Andrada* Luſitanus è Societate JESU, qui cum incolas ejus Religione Chriſtianos inaudiſſet, è Regno *Mogor* anno 1624. plenam laboris difficultatiſque in id expeditionem ſuſcepit; qua etiam *Gangis* & *Indi* detectis fontibus, plurima conſideratione & admiratione digniſſima obſervavit, uti & ex ejuſdem itineris comite Joſepho Mogulenſi Chriſtiano, mihi conſtitit, quidum hæc ſcribo, cum P. Henrico Roth Neophytorum in *Mogore* Chriſtianorum moderatore, *Romam* adhuc robuſtus & vegetus, quamvis 85 annorum, cuncta & ſingula oretenus mihi retulit. Eſt in altiſſimis montibus *Thebeth*, perpetua nive candentibus, ingens lacus maximorum totius *Indiæ* fluminum hydrophylacium, ex quo *Indus*, *Ganges*, *Ravi*, *Athec* natales ſuos ducunt; *Ganges* per rupes altiſſimas horrendo ſtrepitu præcipitatus in profundiſſima valle ſui curſus primordia ducit: *Indus* cæteraque per radices montium ſuum ſortiuntur exitum, ut ex mappa patet. Hoc autem Regnum, unum è Magni *Catai*, tam extra quàm intra Sinenſium muros contentis aſſerit, quamvis hæc itineri à Benedicto Goëſio noſtro datâ operâ, & ſuperiorum juſſu in *Cathaium* ſuſcepto, uti poſtea videbitur, non uſquequaque conformis ſit.

*Chaparangue urbs.*

Origo *Gangis* in montibus *Thebeth.*

Atque in hiſce vaſtis *Cathaiæ* Regionibus longè latèque potentiſſimum iſtum Imperatorem Presbyterum Joannem dominatu Reges 72, partim Chriſtianos, partim Ethnicos ſuæ ditioni ſubditos habuiſſe, teſte *Paulo Marco Veneto*, comperio; quamvis ſimilitudo Regnorum in vaſtis illis Regionibus, nominumque ex diverſis gentium revolutionibus, bellorum tumultibus, cæteriſque viciſſitudinibus rerum, diverſa denominatio talem tantamque confuſionem pepererit, ut in hunc uſque diem nemo ſit, qui indè ſe extricare poſſit. Quidam enim paſſim eum cum Magno Cham confundunt: Alii *Aſcid* vocant, origine *Perſam*; ita *Almachin lib.* 3. *cap.* 4. *Hiſtor. Saracen.*

Nominum queis Regna appellantur confuſio.

كل من ملك فرغانه لقب بلا
خشيد كما يسمي ملك
الروم قيصر الفرس كسري ۞

*Omnis Rex* Pharganæ (*ita urbem* Sogdianæ *vocant*) *dicitur* Aſcid, *quemadmodum Romanorum Imperator* Cæſar, *aut Perſarum* Coſrai. Sunt qui cum *Æthiopibus* eum recenti nomine, veriùs quàm antiquo ዮሐንስ : ብሉል : id eſt, *Iuchanes Belul*, id eſt, pretioſum Joannem nuncupent. Nonnulli in honorem Jonæ Vatis dictum apud ſuos Joanam, omnibus qui Imperium illud tene-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

tenebant, communi nomine haud improbabili conjectura aſſerunt. In his tamen Occiduis Eccleſiæ Latinæ partibus Joannem ſolitum appellari addito Presbyteri vocabulo, non quod is Sacerdos eſſet, ſed quia Archiepiſcopi primatis more Crucem erectem, quo Religionis Chriſtianæ defenſorem ſe prædicabat, ſibi præferri curabat. Unde *Scaliger* eum à Perſica voce فرشتجاني *Preſtegiani*, quod Apoſtolicum ſonat, ita dictum putat, quas voces Occidui perperam intelligentes, pro voce *Preſtegiani* (Presbyter Joannes) ſcripſerunt. Verba ejus ſubjungo. *Sanè non ſemel mirati ſumus, gentem nauticæ rei penitùs ignaram adeò terra marique potentem fuiſſe, ut ab* Æthiopia *ad* Sinas *uſque Imperii fines propagârit; ab illis enim temporibus ejus Imperatoris notitia ad nos pervenit, ſed nomine* Preſtegiani, *quod Perſica lingua, quæ tota* Aſia *ferè locum habet, ut in Occidente Latina, ſignificat Apoſtolicum, quo nomine Chriſtianum Regem & Orthodoxum intelligi conſtat. Nam Perſicè* فرشتجاني Preſtegiani, *numero plurali* Ἀπόστολοι, فرشتجاني Preſtegiani *v. Apoſtolicus, velut* بادشاه فرشتجاني Padiſcha Preſtegiani, *Rex Apoſtolicus, Arabicè* ملك الرسولي Melek Arreſuli, *Æthiopicè* ንጉሥ : ሐዋርያዊ : Negus Havarjavi *dicitur. Magnum & latum ipſorum* Æthiopum *in* Aſia *Imperium fuiſſe, indicio ſunt Cruces Æthiopicæ, quæ in* Japan, Sina *& alibi viſuntur; quin & Templum Thomæ Apoſtoli Regione* Malabar *ſitum, non niſi Æthiopicum habet, Cruces, ſtructuram, & multa alia, & quod mireris nomen.* Hucuſque Scaliger. E quo diſcurſu bene quidem colligitur, ex *Æthiopiâ* in *Indiam, Chinam* & cæteras *Aſiæ* Colonias quaſdam, quæ fidem Chiſtianam illis in locis propagarent, traductas, quod & nos modò nitimur oſtendere: At quod Presbyterum Joannem origine Afrum, aut ex *Aſia* pulſum in *Æthiopia* rerum potitum poſtmodum reſediſſe dicat, omninò confictum eſt, & omni fundamendo ut poſteà videbimus, caret; diverſos enim fuiſſe Imperatores Africanum & Aſiaticum, magna meliorum Authorum pars mecum conſentit. Atque Aſiatici quidem Imperium multos annos floruit, donec ad Davidem quendam perventum, qui ut *Paulus Marcus Venetus* tradit, à quodam Duce *Cinge* dicto (qui in Imperatorem electus à *Scythis*, pro Presbytero *Uncam* & *Naiam* cœpit appellari) prælio cum ingente rei Chriſtianæ detrimento à *Cublai* patruo victus, & Imperii gloriæ, & Presbyteri Joannis nomini finem impoſuit, ex *hiſtoria* ſupra ex *Paulo Marco Veneto* relata oſtendimus. Quo tamen errore Presbyteri Joannis nomen *Abaſſino* Imperatori datum ſit, rem apertam facio. Eo tempore quo novas terrarum plagas maritimo curſu *Luſitani* inquirebant, magna per *Europam* celebritate ferebatur Presbyteri Joannis nomen; dicebatur enim eſſe Imperator potentiſſimus, multorum Regnorum Dominus, Religione Chriſtianus; quo tamen eſſet loco, erat incognitum. Ergò cum *Petrus Covillanius*, quem Joannes II. *Luſitaniæ* Rex ad eum Principem per mare Mediterraneum primum, terreſtri deinde itinere inveſtigandum miſerat; in *Aſiatica India* ad quam devenerat, audiſſet in ea *Æthiopia*, quæ ſub *Ægypto* eſt, Principem quendam eſſe longè potentiſſimum, qui Chriſtianam profiteretur Religionem, ad ipſum ſe contulit; cumque multa apud ipſum reperiſſet, quæ de vero Presbytero *Joanne* conſtanti fama apud Europæos percrebuerant, credidit illum eſſe, qui Presbyter Joannes dicebatur. Hic igitur primus fuit, qui *Abiſſinum* Imperatorem eo cœpit nomine, id eſt, *Preſte Jean*, appellare; cum deindè cæteri imitati, qui conſequentibus annis *Æthiopiam* ſunt ingreſſi, eundem errorem in *Europam* facilè invexêre. Quæ omnia eruditè docet *P. Balthaſar Tellez* in *Hiſtor. Æthiopiæ*,

Presbyter Joannes nunquam fuit in *Africa*.

Cur Imperator *Abaſſinorum* vocaus ſit Presbyter Joannes.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*piæ*, polito Luſitanicio ſtylo conſcripta: quibus quoque ſubſcribit ſapientiſſimus Patriarcha Æthiopiæ *Alphonſus Mendes*, magnum Societatis noſtræ lumen, *in quadam Epiſtola de rebus Æthiopicis operi Patris Tellez præfixa.* Cum itaque de Presbytero Joanne loquimur, *Abaſſinum* Imperatorem nequaquam intelligimus, cum præterquam, quod ab Aſiatico toto cœlo ejus Imperium ſit diſſitum, nulla quoque in *Chronologia Regum Æthoipiæ*, ut ex ea patet, quæ in Vaticano Latina habetur, de ejus aut ex *Africa* in *Aſiam*, aut ex hac in illam transmigratione fiat mentio, imò expreſsè negat *Damianus à Goes l. de Æthiopum moribus*, eum Presbyterum Joannem dici, aut unquan dictum eſſe, quod & Sacerdotes Æthiopes ſupracitati aſſerunt; ſed intelligimus maximum illum *Aſiæ* Principem, de quo in præcedentibus hactenus dictum eſt. Et certè vel in hunc uſque diem magni iſtius olim Presbyteri Joannis veſtigia reſtare in *Tanchutico* Imperii Regno, quod *Barantola Tartari, Saraceni Boratai*, incolæ *Laſſa* vocant patres noſtri *Abertus Dorville* & *Joannes Gruberus* (qui illud ex *China* in *Europam* redeuntes anno 1661. tranſierunt) ſatis teſtantur, qui & mira de Regis iſtius ſuperſtitioſa adoratione referunt: Sunt & in hoc Regno duo Reges, prior adminiſtrationi Regni totius incumbit; alter, quem & Deum patrem ſive cœleſtem, aut etiam Magnum *Lamam*, ſive ſacrificulorum Pontificem vocant, in ultimis Palatii ſui receſſibus Numinis inſtar reſidens, ab omnibus divini cultus recipit cerimonias; tantoque eum in honore habent, ut vel ipſius ſordes & excrementa ad omnes infirmitatum adverſitates plurimum conducere ſtultè ſibi perſuadeant; undè non medicamentis duntaxat illa permiſcent, ſed & collo pyxide incluſa portare non erubeſcant. Quoniam verò homo corruptibilis mortis vincula evadere non poteſt, hinc cultores ejuſdem, ne eum cæterorum hominum inſtar interiiſſe, dici poſſit, docente eos magiſtro Satana, tale conſilium repererunt; ex univerſo Regno *Lamam* illi quàm ſimillimum inquirunt, quem ubi repererint, in thronum æterni Patris clandeſtina machinatione evehunt, ut quemadmodum hoc fictum numen priori ſimillimum eſt, ita quoque verè à morte reſuſcitatus videri poſſit, qui & ſepties jam reſurrexiſſe dicitur. Ritus & cerimonias, quibus eum ſtultus populus perpetua veneratione proſequitur, intelliget Lector in ſequentibus fuſius; ajuntque prætereà, haſce ceremonias cultumque non aliundè, quàm ab eo Rege, quem Presbyterum Joannem Authores paſſim nuncupant, profluxiſſe; quemque in Regno *Tanchut*, quod *Laſſæ* Regnum ſuo dominio includit, reſediſſe certo ſibi perſuadent: ſicuti enim ad illum ex univerſa *Tartaria* veluti ad Oraculum tendebant, ſic etiamnum ad hunc rediculum Deum patrem *Lamarumque* caput undiq; ad ejuſdem benedictionem obtinendam confluere non ceſſant, adeò ut anno 1629. vel magnus ille *Sinarum* Monarcha *Tartarus*, mox ubi Imperio potitus Sinico, more à Prædeceſſoribus recepto, à *Tartariæ* Magiſtratu ad Magno *Lamæ*, id eſt Sacerdoti homagium, ceu ſuprema Tartaricæ Religionis Antiſtiti præſtandum ſollicitatus fuerit; Et eò jam res devenerat, ut Rex ſuorum inductus conſilio, Magno *Lamæ* jam verſus *Chinam* moventi vel uſque ad ipſos Sinenſis Regni muros bimeſtri ferè itinere occurrere prorſus conſtitueret, niſi à P. Joanne Adamo, intimo Regis Aſſecla à tanta rei indignitate, magno rationum adductarum pondere fuiſſet averſus, tantumque dicti Patris inſtructione profecit, ut Imperator tantum abeſt, ut extra urbem muroſque eidem procedere dignatus fuerit, ut ne quidem, niſi in palatii *Pequinenſis* horto eidem ad ſe aditum fecerit, tandemque more ſolito variis onuſtum muneribus, neglectis verò omnibus ei dari ſolitis cerimoniis ad ſuum Regnum dimiſerit, & qui ſuo adventu ſuaque benedictione Imperium *Sinarum* putabatur

Presbyter Joannes, *Aſiæ* Rex potentiſſimus.

Rex *Barantola* ut Deus adoratur, Pater cœleſtis dictus.

Monarchæ *Tartaro*-Sicini Imperii erga hunc Patrem cœleſtem veneratio.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

repleturus, contrarium prorſus ſecum accidit; adeò ut poſt diſceſſum ejus famem, peſtem & bellum, omne maledictionis genus ridiculus ille Archiſacrificulus ab omnibus paſſim maledictus poſt ſe reliquiſſe viſus ſit. Sed ut ad inſtitutum noſtrum revertamur; dico itaque in hoc *Thanchutico* Regno Presbyterum Joannem reſediſſe, à vero non abludere. Illo enim ejuſque ſucceſſoribus longè latéque in *Aſia* imperantibus, fidemque Chriſtianam egregiè promoventibus; Verbi divini prædicatores aut vocatos, aut ſponte ſua fama iſtorum Regnorum & promovendæ fidei zelo, aut quod probabilius eſt, diræ illius perſecutionis tempore, quæ cœpit primùm ſub Diocletiani & Maximiani Imperio, qua in *Syriæ*, *Ægypti*, viciniſque *Æthiopiæ* locis ad ſupplicia ſæviſſima Chriſtianæ vitæ ſectatores, paſſim inquirebantur, compulſos formidine è dictis locis fugientes, in media *Perſia*, *Bactria*, *Turcheſtane* ſubſtitiſſe, deindè in extremas *Aſiæ* Regiones paulatim longo exilio perveniſſe, omninò veriſimile eſt, ac deindè anno poſt Chriſtum 600. ſub Imperio Heraclii, perfido Mahumete rerum potiente, novas ſemper novaſque Chriſtianorum Colonias in dictas Orientis Regiones traductas fuiſſe. Certè Sacerdotes Syros ſeu Babylonios furori infidelium cedentes, Chriſtianam Religionem ſucceſſu temporum propagare non deſtitiſſe, ſuperius adducta Syriaca inſcriptio luculenter docet, ubi *Jizbuzad* Epiſcopus Sinenſis dicitur filius *Noë* Sacerdotis cujuſdam oriundi ex civitate *Balech* Regni *Turcheſtan*; quemadmodum è Syriacis verbis ſupradictis & hoc loco repetitis conſtat: *Anno milleſimo nonageſimo ſecundo &c.* Jydbuzad *Sacerdos & Epiſcopi vicarius* Cumdan *civitatis Regiæ filius Noë Sacerdotis oriundi ex* Belech *civitate Regni* Turcheſtan *&c. Turcheſtan* Regionem eam eſſe, quam *Usbec Perſæ* vocant, magnæ *Cathaiæ* initium, & civitatem *Belech* in ea ſitam, clarè *Geographus Arabs part.* 8. *clim.* 4. *lin.* 34. oſtendit, ubi de *Coraſinorum Turcheſtanis* peculiari Provincia agens, civitatis *Belech* ſitum, non procul à *Samarcanda* Regia Magni Tamburlanis Curia, celebratiſſima quondam urbe conſtituit his verbis à me ex Arabico in Latinum translatis: *Eſt autem hæc Climatis quatri octava pars, & continet portionem Regionis* Coraſinæ, *& à* Karman *uſque* Kaſaralkamat 15 *milliaria; hinc* Samarcandam 6 *milliaria, & venientium è* Samarcanda *in civitatem* Belech *via eſt.* Ex quo ſanè luculenter apparet *Jydbuzadum* Epiſcopi vicarium dictum origine Syrum, patria *Turcheſtanum* ſeu *Coraſinum* fuiſſe; Multos quoque ex Pagodum regione cæteriſque *Aſiæ* regionibus in *Chinam* Euangelii propagandi causâ penetraſſe, ex ſuperiori Syro-Sinica Lapidis inſcriptione oſtenditur, quæ omnia curioſo Lectori ulterius ſcrutanda relinquimus. Atque hæc de Coloniis in Regna Presbyteri Joannis, & in *Chinam* traductis ſufficiant.

Sedes Presbyteri Joannis in *Tartariæ* Regno *Tanchut*.

Perſecutionis metu exulare coacti in *Chinam* tandem pervenerunt.

*Izbuzad* Sacerdos & vicarius Epiſcopi natione *Turcheſtanus* fuit ex civitate *Belech* oriundus.

Porrò qui Euangelicos hoſce viros pleroſque primùm è *Syria*, *Ægypto*, *Æthiopia* in *Indiam* appuliſſe, eaque ad fidem Chriſti eorum operâ converſa, in *Chinam*, ob frequens, quod tunc temporis *Indis* cum *Sinis* maritimo itinere intercedebat commercium, è ſuis Colonias quaſdam ſubmiſiſſe arbitrantur, uti verius, ita certius ſentiunt, cujus expeditionis factæ ſeriem brevibus apertam facio.

CAPUT II.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CAPUT II.

## *De Propagatione Euangelii per S. Thomam Apoſtolum ejuſque ſucceſſores in univerſas* Aſiæ *Orientalis Regiones facta.*

NOtum eſt, inter cæteras *Aſiæ* Regiones S. Thomæ Apoſtoli prædicatione Chriſto ſubactas, unam quoque eſſe, ingentem illum *Indiæ* transmontanum diſtrictum, qui à Promontorio *Comorino Narſingam*, & *Bengalam* uſque excurrens, *Zeilanum* Inſulam celeberrimam è latere reſpicit; in qua dictus Apoſtolus innumerabili hominum (qui in hunc diem à S. Thoma Chriſtiani Thomæi vocantur) multitudine ad Chriſtum converſa, ſanguinem quoque ſuum fudit, quod *Meliaporæ* urbe Regia, & *Narſingæ* Metropoli contigiſſe, *Malabarum Annales* tradunt, etſi quidam eum (*Calaminæ*) diſtincta *Indiæ* urbe, vel ut perperam alii, *Salaminæ* in *Cypro* paſſum velint; quem quidem errorem ex mala vocis *Calamina* intelligentia irrepſiſſe, tum patebit, ubi, quis locus propriè *Calamina* fuerit, aperuerimus.

Nota itaque, nullam hujus nominis urbem, teſte *Malabarum Chronico*, nec hodie reperiri in *India*, nec olim repertam eſſe, ſed loco *Calaminæ*, *Calurmina* legendum eſſe, quam vocem conſtat Malabaricam, compoſitam ex *Calur* & *mina*, quarum hæc (*ſupra*) illa (*petram*) ſignificat, quaſi dicat (*Supra petram.*) Eſt autem *Meliaporæ* eo in loco, ubi S. Apoſtolus martyrio affectus traditur, ingens quædam petra, quam in hunc diem *Calur* Malabaricâ Linguâ vocant. Dum igitur *Malabarum Faſti* eum *Calurminæ* paſſum eſſe tradunt; ea voce nequaquam urbem quandam particularem, ſed vicinam *Meliaporæ* petram *Calur* dictam, quam Apoſtolus orandi gratiâ quotidiè aſcendere ſolebat, & ſupra quam dum orationi incumberet, poſteà quoque occiſus eſt, intelligebant. Unde ſi à Thomæis quiſpiam ubi S. Apoſtolus occubuerit, interrogârit, aliud non reſpondebunt quàm *Meliaporæ calurmina*, id eſt, *Meliaporæ ſuprà petram.* Ita oretenus mihi retulit vir fide digniſſimus *P. Petrus Paulus Godignus Luſitanus* Collegii Soc. JESU *Cocini* in *India* Rector, qui dum hæc ſcriberem Malabaricæ Provinciæ Procurator in urbem advenit; Atque ita *Annales Malabarum* habere, & unanimi conſenſu ab omnibus Chriſtianis ita credi aſſeveravit: ita Crux ipſa mirabilis, quæ dum S. Apoſtolus ſanguinem funderet, ex ipſius ſanguinis fluxu expreſſa in lapide quodam miraculosè comparens, in hunc diem *Meliaporæ* in Eccleſia S. Thomæ, ſumma devotione indigenarum conſervata teſtatur. Quin & id clarius docet inſolito Characterum genere circa ipſam Crucem ad perpetuam rei memoriam inciſa perigraphe, quam ex *hiſtoria Xaveriana P. Joannis Lucenæ* deſerptam unà cum myſticis Brachmanum Characteribus hîc adnectere viſum eſt.

Locus martyrii S. Thomæ.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

## *Characteres myſtici in circuitu Crucis ſcripti.*



G.

Hoſce Characteres myſticos veterum Philoſophorum fuiſſe, ſinguloſque ſingulis dictionibus reſpondere, non ſecus ac Ægyptiorum myſticas notas *Brachmanes* aſſerunt; quamvis alii veriſimilius exiſtiment ſingulis ſyllabis ſingulos reſpondere, uti ex Alphabeto Linguæ *Tamul*, atque earundem literarum Syllabario conſtat. Explicationem verò à *Brachmane* quodam factam & ex Malabarica Lingua in Luſitanam traductam ſupracitatus *Lucena* ſequentibus verbis refert.

Interpretatio ſcripturæ ex *P. Joanne Lucena.*

*Depois que appareceo à ley dos Chriſtianos em o mundo, dali à trinta annos à 21. do mes de Dezembro morreo o Apoſtolo S. Thome em* Meliapor, *onde ouve koncheimento de Deos & mudanza da ley, deſtruiceam do dæmonio. Naceo Deos da Virgem Maria, eſtene em ſua obedientia trinta annos, & era hum Deos eterno. Eſte Deos inſinou à doze Apoſtolos ſua ley, hum delles veyo à* Meliapor *com hum bordam na nam, & fez hũa igreia, & el Rey de* Malabar, *& o de* Choromandel, *& o de* Pandi, *& outras diverſas nacões, & leitas ſe determinaram todos de boa vontade, concertandoſe entreſi de ſe ſogeitar à ley de S. Thome varam ſancto & penitente. Veyo tempo, que S. Thome morreo per mam d'hum* Brachmene, *e de ſu ſangue ſe fez hũa Cruz.*

Anno trigeſimo, vigeſima prima die Decembris, poſt legis Chriſtianæ factam toto Orbe promulgationem, S. Apoſtolus Thomas in *Meliapora* mortuus eſt; à quo etiam tenet cognitionem Dei, mutationem Legis, & deſtructionem Dæmonis. Natus eſt Deus ex Virgine Maria, & ſub ejus obedientia 30 annos morabatur, & erat Deus ſine fine. Hic Deus ſuam Legem 12 Apoſtolos docebat, è quorum numero unus advenit *Meliaporam* manu tenens baculum (alii dicunt regulam fabri lignarii & palum: fertur hic palus è mari in littus rejectus ejus fuiſſe vaſtitatis, ut complures Elephantes ad eum loco movendum non fuerint ſufficientes, quem tamen S. Apoſtolus pro Eccleſiæ conſtituendæ fundamento à Rege donatum, cingulo proprio alligatum, in virtute Chriſti & S. Crucis non ſecus ac paleam leviſſimam traxiſſe traditur) fecit Eccleſiam. Rex *Meliaporæ* & *Coromandelis* & *Pandorum* aliique diverſarum nationum & ſectarum (Principes) prompta omnes voluntate ſeſe Legi S. Thomæ certatim ſubmittere (maximo viſo miraculo) conſtituerunt. Venit tempus, quo S. Thomas occumberet *Brachmani* cujuſdam manu, & de proprio ſuo ſanguine hæc Crux expreſſa fuit. Hactenus *Lucena*.

Miracula Crucis.

Porrò hæc Crux 18. Decembris, feſto videlicet B. Virginis, quod expectationem partus *Hiſpani* vocant, quotannis tempore Miſſæ ſolennis in varios ſe colores mutare ſolet, quin & ſub-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

& ſubindè ſanguinem cum ſudore copioſiſſimo emittere ; quod tamen ſemper magnæ calamitatis imminentis prognoſticum fuiſſe experientia docuit. Crucis veram effigiem unà cum Characteribus hic apponendam duximus.

## *Crux miraculoſa S. Thomæ Apoſtoli Meliaporæ in India.*

Pavonis figura Cruci imminens inſigne eſt Regis *Narſingæ*. Cætera quæ circa hanc Crucem certis temporibus contingere ſolere diximus omninò mirabilia ; lege apud dictum *Lucenam* & *Oſorium*, quem citat *Baronius tom* 1. *anno Chriſti* 57.

Extra ſcopum forſan hæc videri poſſent ; ſed cùm in eo neſcio quo caſu inciderim, ea prætеrire hoc loco nolui, cùm ut eximiæ antiquitatis monumentum *Europæ* haud ita forſan notum, tum ut, quomodo Breviarium & Martyrologium circa locum paſſionis S. Thomæ intelligendum eſſet, hoc digreſſu Lectori forſan haud ingrato patefacerem. Quare ad derelictam ſemitam revertamur.

Hæc itaque *Indiæ* transmontanæ Regio à S. Thoma Apoſtolo ad Chriſtum converſa, cum multos annos in ſuſcepta fide conſtanter perſeveraſſet, tandem deficientibus operariis, & Verbi Dei miniſtris, Regio à priſtino paulatim fervore deficiens, varios gentilium errores imbibit ; undè tota Religio in extremum periculum deducta, parum abfuit, quin peſſum iret, & iiſſet ſanè, niſi Divina providentia tot deficientis Eccleſiæ miſerta malorum, operâ devoti cujuſdam viri, natione *Syri* qui *Martome* vulgò dicebatur, hoc eſt, Dominus Thomas, maturè ſubveniſſet ; hic enim ſingulari Dei inſtinctu è *Syria* in *Indiam* profectus, dum vineam hanc adeò incultam, ſqualidam & tribulis ſpiniſque horridam intueretur : pro ſumma cura, qua Chriſtianæ fidei propagandæ tangebatur, eam ſibi excolendam ratus, primo indigenarum animis cùm benevolentiâ, tum authoritate, qua pollebat, maximâ ( erat enim non natalium minus, quàm doctrinæ eruditioniſque ſplendore famaque inſignis ) lucrefactis, mox coadjutores Epiſcopos è *Syria* & *Babylone* ſive *Chaldææ*, ſive *Ægypti* accerſitos, per diverſa Regni loca conſtituit, Syriacam Linguam, qua in eadem Regione Apoſtolus ſanctum Euangelium quondam, ut traditio tenebat, prædicarat, introduxit ; nihil denique eorum, quæ ad Eccleſiæ incrementum conferre poſſent, intermiſit : Hac ratione vinea Chriſti in priſtinum ſtatum reducta, eos paulatim progreſſus fecit, ut non jam propriis contenta finibus, uberrimas propagines ſuas in omnem *Indiam*, & in *Chinam* uſque extenderit. Verùm contigit tandem ſucceſſu temporum, ut hi Suriani Sacerdotes Neſtorianæ hæreſeos labe infecti, quicquid proavi eorum in *India* laudabiliter in Chriſtianæ Religionis propagatione confecerant ; ipſi pravis dogmatis turpiter deſtruxerint. Ita teſtantur dicti *Malabarum Annales* ; ita *Luſitani Annalium Indicorum ſcriptores*, *Joannes de Bairres*, & *Didacus de Coutto* ; ita denique refert *P. Ludovicus Guſmanus in ſua de Indicis expeditionibus hiſtoria* Hiſpanico ſermone conſcripta *l.* 2. *c.* 27. cujus formalia verba ad majorem fidei atteſtationem hîc adjungenda cenſui. Sic enim ſcribit.



*Martome Syrus* labaſcentem inſtaurat Eccleſiam.

Suriani Sacerdotes hæreſi Neſtoriana infecti.

*Son muchos los Chriſtianos que ay en la India con eſte nombre de S. Thome, que paſſaran de ciento y cinquenta mil, aunque repartidos per diverſos reynos, y ſubjectos à diverſos Reyes gentiles y Moros. Tienen eſtos Chriſtianos ſu Arçobiſpo, Obiſpos Sacerdotes, que vienen de la Suria, y comunemente los provee el Patriarcha Oriental de* Babylonia ( *o* Alexandria) *y porque los Obiſpos no pueden venir à viſitar eſta gente, ſino de tarde en tarde, paraque non les falten Sacerdotes, ordenan à los niños, ſiendo muy pequeños, de todas ordines, aunque no las exercitan haſta ſer grandes. La cauſa de aver entrade eſtos Obiſpos y Sacer-*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*y Sacerdotes Surianos en la* India, *y tener tanta mano, y autoridad con los Chriſtianos de S. Thome fue un hombre llamado* Martome Suriano, *que en lengua Suriana vale tanto, come en la Eſpañola Don. Era* Martome *hombre muy rico, y principal, y à eſte cauſa tuvo entrda con les Reyes de* Caranganor, *y* Colon; *y con ocaſion del nombre, que tenia de Thome, y ſu autoridad en aquella tierra, fueron ſele pegando los Chriſtianos, que deſcendian del Apoſtol S. Thome y el ſe hizo como cabeça dellos, amparandolos y favoreciendolos, y por eſta via les fue ganado las voluntades, y como el era* Suriano *facilmente les perſuadio, que recibieſſen, y admitieſſen los Obiſpos de quella tierra, haziendolos creer que aquella era la lengua, en que avia predicado Chriſto nueſtro Señor en* Hieruſalem; *y per conſiguiente, que los Obiſpos Surianos enſeñavan la verdadera Doctrina del Euanglio, y la que el Apoſtol S. Thome avia predicado à ſus antepaſſados. Deſta manera entraron los Obiſpos Surianos lo primero en los Reynos de* Caranganor, Colon, *y* Cochin, *y poco a poco ſe fueron eſtendido à todas las partes haſta à* China.

Hoc eſt, Multi in *India* Chriſtiani, " quorum numerus ultra centum quinquaginta millia ferè excurrit, Chriſtiani Thomæi dicti, per varia Regna diviſi, diverſis Regibus Gentilium & Maurorum ſubjecti reperiuntur. Habent ii ſuum Archiepiſcopum, Epiſcopos & Sacerdotes, qui omnes è *Syria* veniunt, plerumque eos ad hujuſmodi expeditionem Patriarchâ Babylonio ſeu Alexandrino deſignante. Cum verò Epiſcopi non poſſint terras adeò remotas niſi admodum tardè & raro inviſere, ne Sacerdotibus deſtituantur parvos adhuc pueros ordinibus initiari ſolent, etiamſi non niſi provectiori ætate functiones ſuas exerceant. Cauſa verò cur Epiſcopi & Sacerdotes Suriani *Indiam* ingreſſi, tantam ſibi apud dictos Chriſtianos authoritatem conciliarint, fuit homo quidam natione *Surianus*, *Martome* nomine, quod in noſtra lingua Dominum Thomam ſignificat: hic *Martome* erat admodum dives & excellens, & ob hanc cauſam intrarat cum Regibus *Caranganor*, & *Colon*, & cum occaſione nominis Thomæ, & magnæ, qua pollebat, authoritatis, Chriſtiani Thomæi ei ſe jungebant. Ita *Martome* veluti caput eorum factus benevolentiâ ſuâ ita omnium animos ſibi devinxit, ut difficile non eſſet, iis de ſolis Epiſcopis *Syriæ* in *Indiam* recipiendis admittendiſque perſuadere. Multum ad hoc iis perſuadendum poterat lingua Syra, quam eandem eſſe demonſtrabat, qua Chriſtus Salvator noſter *Hieroſolymis* quondam eſſet uſus, & qua S. Apoſtolus Thomas ſuis majoribus ſacrum olim promulgaſſet Euangelium. Hac igitur ratione Epiſcopi Suriani primùm Regnum *Caranganor*, *Colon* & *Cochin* ingreſſi paulatim omnes circa Regiones in *Chinam* uſque occuparunt. Hæc *Guſmannus*. "

Quæ omnia confirmat citatus *P. Paulus Godignus*, aitque eos in hunc diem aliam doctrinalem, præter Syriacam linguam neſcire; hac omnia monumenta, omnes ſacros & Eccleſiaſticos codices conſcriptos tenere, omnes denique literatos ſacris potiſſimùm initiandos ad hanc non ſecus, ac apud nos ad Latinam addiſcendam teneri. Addit *Vai pocatæ* in Collegio Soc. Jesu, eam ex profeſſo veluti ad *Brachmanes* convertendos neceſſariam doceri. Hæc maximè ſunt, quæ tum in *India*, tum in *Sinarum* Regno veſtigia deprehendimus; certè rei Chriſtianæ in his Regnis originem altius referre poſſumus ex iis, quæ ex oræ Malabaricæ *codicibus Chaldæis* colligi curavimus, quam oram Divi Thomæ Apoſtoli opera Chriſto adjunctam clarius eſt, quàm ut in dubium etiam à pertinacibus Criticis revocari poſſit. In iis ergò codicibus legimus clariſſimè ab eodem Apoſtolo Chriſti fidem invectam, & plures eo in Regno Eccleſias conſtitutas. Et ne cui res tanta dubia fortaſsè videatur, teſtimonia ipſorum codicum è Chaldæo ad verbum

Codices Syriaci multa in *India* de S. Thoma tradunt.

Latinè

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Latinè reddita hîc adſcribam, quæ *Pater Joannes M*[a]. *Compori* è noſtra Societate ejus vineæ cultor annos jam plures, & Sermonis Chaldæi oppidò peritus, juſſu Reverend. Archiepiſcopi P. Franciſci Rotis ejuſdem Eccleſiæ Paſtoris è noſtra Societate tranſtulit, & propriâ manu noſtrorum rogatu tranſcripſit, ut in hos Commentarios infererentur, ne quando periret tam inſigne antiquitatis monumentum. Id igitur ita ſe habet.

Breviarium Chaldaicum Eccleſiæ Malabaricæ.

*In Breviario Chaldæo Eccleſiæ Malabaricæ Divi Thomæ, quod* Gaza, *id eſt*, Theſaurus *vocatur*, *in officio D. Thomæ Apoſtoli in ſecundo Nocturno, in una Lectionum ſic habetur ad verbum*:

*Verba ex Autographo Chaldæo extracta, ſunt ſequentia.*

I. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܒܛܠܬ ܛܥܝܐ
ܕܦܬܟܪ̈ܐ ܡܢ ܗܢܕܘܝ̈ܐ

II. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܨܝܢܝ̈ܐ
ܘܟܘܫܝ̈ܐ ܦܢܘ ܠܫܪܪܐ

III. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܩܒܠܘ ܐܪ̈ܙܐ
ܕܥܡܕܐ ܘܣܝܡܘܬ ܒܢܝܐ

IV. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܗܝܡܢܘ ܘܐܘܕܝܘ
ܒܐܒܐ ܘܒܒܪܐ ܘܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ

V. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܢܛܪܘ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܡܫܡܠܝܬܐ ܕܚܕ ܐܠܗܐ

VI. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܙܠܝܩ̈ܐ
ܕܝܘܠܦܢܐ ܡܚܝܢܐ ܕܢܚܘ ܥܠ
ܟܠܗ ܗܢܕܘ

VII. ܒܝܕ ܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܫܡܝ̈ܐ ܦܪܚܬ ܘܣܠܩܬ ܠܘܬ
ܨܝܢܝ̈ܐ

id eſt,

1. *Per Divum Thomam evanuit error Idololatriæ ab* Indis.

2. *Per Divum Thomam* Sinæ *&* Æthiopes *converſi ſunt ad Veritatem.*

3. *Per Divum Thomam Baptiſmi Sacramentum acceperunt & filiorum adoptionem.*

4. *Per Divum Thomam crediderunt & confeſſi ſunt Patrem & Filium & Spiritum Sanctum.*

5. *Per D. Thomam acceptam ſervaverunt fidem unius Dei.*

6. *Per D. Thomam Doctrinæ vivificæ ſplendores orti ſunt univerſæ* Indiæ.

7. *Per D. Thomam Regnum Cælorum volavit & aſcendit ad* Sinas.

Deinde in quadam Antiphona ſic habetur, Indiæ, Sinæ, Perſæ *& ceteri Inſulani, & qui in* Syria, Armenia, Græcia *&* Romania *in commemoratione Divi Thome offerunt adorationem nomini tuo Sancto.* In ſumma verò Canonum Synodalium part. 2. ſerm. 6. c. 19. de Canonibus conſtitutis ſuper Epiſcopos & Metropolitanos, ſimul habetur Canon Theodoſii Patriarchæ in hæc verba: *Hæ ſex ſedes capita provinciarum & Metropolitæ, videlicet* Hilam, Nziviñ, Prath, Aſſur, Bethgarmi, *&* Halah, *qui digni habiti ſunt, ut ordinationi Patriarchæ interveniant, nec abſint, ut allii quarto quoque anno apud Patriarcham conveniant : Sic etiam Epiſcopi magnæ Provinciæ, nimirum reliqui Metropolitæ* Chinæ, Indiæ, Pales, Mauſæorum, Xan, Raziguæorum, Herionæ (*hæc eſt* Cambaia) *&* Smarcandiæ (*hæc eſt*, Usbec *&* Morgor) *qui longiſſimè abſunt, nec vaſtiſſimi montes, & turbulentiſſima maria permittunt eis tranſitum ad libitum, mittant litteras conſenſionis (id eſt, communionis) ad Patriarcham ſexto quoque anno.* Quando verò *Luſitani Cocinum* appulerunt, regebat hanc Eccleſiam Malabaricorum montium D. Jacobus, qui ſic ſcribebat:

ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܗܢܕܘ ܘܨܝܢܐ

Metropolita Indiæ et Chinæ,] ut conſtat etiam ex ejuſdem manuſcripto Novi Teſtamenti codice, ubi in calce ſic habetur: *Scripſit hunc Librum D. Iacobus, Metropolita* Indiæ *&* Chinæ. Eodem modo D. Joſeph poſt prædictum D. Jacobum, qui *Romæ* diem obiit, ſic ſubſcribebat *D. Joſeph Metropolita totius* Indiæ *&* Chinæ,] & hic eſt antiquiſſimus titulus Epiſcoporum hujus Eccleſiæ.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Epiſcopi Eccleſiæ S Thomæ erant ex *Chaldæa* & *Syria.*

Undè indubitatè colligo, tam eximiarum in ultimos *Aſiæ* fines expeditionum authores alios non fuiſſe, quàm dictos Epiſcopos Syriacos Thomæorum. Dicebantur autem hi omnes promiſcuè Suriani, vel quod totum illum tractum, qui eſt ab *Eufrate* ad *Mare Erythræum* uſque, unà cum extimis & citimis dicti maris littoribus *Syriam* ſive *Aſſyriam* latè dicerent, vel ob linguam Syram aut Chaldaicam, quam omnes Doctiores profitentur, quemadmodum de *Arabibus*, *Ægyptiis* & *Æthiopicis* Monachis ſuprà oſtendimus, & de Sinaitis Monachis monſtrat *Benjaminus* in *ſuo Itinerario* his verbis:

ומשם שני ימים רופידים ויושבים
שם בני ערב ואין בו מישראל ומשם
יום הר סיני ובראש חהוא במת לכומרים
הבקראים
סורואניים ובגי ההוה מצכר נקרא טור סיני
ויושביו מרברים בלשן תרגום והם תחת עול
מצרים

*Undè in* Raphidim *duorum dierum iter eſt*, *ubi* Arabes *habitant*, *nulluſque ex Iſraëlitis eſt*; *hinc verò ad* Sinai *montem una die itur*, *in cujus cacumine fanum eſt Monachorum*, *qui* Suriani *dicuntur*; *in montis autem radicibus caſtrum magnum eſt*, *quod* Tor Sinai *appellant*, *hujus Incolæ Caldaicè loquuntur*, *hoc eſt lingua targum*: *Suntque hujus loci Incolæ Ægyptiorum ſubditi*: hos autem Monachos Coptitas fuiſſe, Librorum Coptorum in hujus *Arabiæ Desertæ* Monaſteriis factæ teſtantur inſcriptiones, quas in *Catalogo Librorum Coptorum* propoſitas conſidera. Patet igitur Eccleſiam Copto-Æthiopicam, (quæ totam dicto modo *Syriam* comprehendebat, atque uni Patriarchæ Alexandrino ſeu Cairano eam ſubdebat) in *Indiam* primo atque hinc in *Chinam* cæteraſque *Aſiæ* Regiones, novas nullo non tempore Colonias traduxiſſe. Nam cum *Ægyptus* optimos quoſque & commodiſſimos *Maris Erythræi* portus obtinuerit, ex *Erythræo* verò *Mari* in *Æthiopiam*, *Perſidem* ac reliquam denique *Indiam* non incommodus trajectus fuerit, frequentiſſimam nullo non tempore ultrò citròque fuiſſe commeationem, præter alias, celeberrima quoque illa Salomonis ex *Aſion Gaber maris Rubri* portu in Regionem *Ophir* facta maritima expeditio ſatis declarat. Verùm quid *Ophir* hoc loco propriè ſit, inter Interpretes admodum controverſum reperio. Scio quoſdam *Ophir* pro ipſo auro obrizo accipere, verùm horum opinio jam dudum exploſa eſt; Alios verò per *Ophir* eam Regionem *Americæ* deſignare, quam *Peru* vulgò dicunt, quæ cum duplex ſit Borea & Auſtrina, eas numero duali *Parvaim* dictas ex illo colligunt, והזהב זהב פרוים· & aurum illud *aurum Parvaim*. Ita *Arias Montanus*; verùm cum non videam quomodò dicta Claſſis in Antipodum *Paleſtrinæ* prorſùs & è diametro oppoſitum, disjunctum, ignotumque Mortalibus Orbem, abſque magnete, cujus tunc temporis uſum ignorabant, aliiſque ſubſidiis, quibus freti noſtri Archinautæ eum Orbem detexerunt, deſtituti, ſecurè & tam exiguo tempore pervenire potuerint; prætereà quo animo aurum, gemmas, ligna pretioſa cum tanto periculo in Regionibus adeò diſſitis, quibus in vicinioribus, utpote *Cherſoneſus aurea* & *Æthiopia* abundat, quærere attentarint? Hæc, inquam, quomodo fieri potuerint, cum non videam, meritò eam opinionem veluti incongruam, explodendam cenſeo. Certius itaque & ſecurius iter arrepturus dico, *Ophir* vocem Coptam eſſe, ſeu Ægyptiam, qua *Ægypti* veteres eam *Indiam* appellabant, quæ continet Regna *Malabar*, *Zeilanum*, *auream Cherſoneſum*, & ad eam ſpectantes *Sumatram*, *Moluccas*, *Javas* quas aliaſque vicinas Inſulas Auriferas, in quas Hiram claſſem Solomonis ſtatutis temporibus expediviſſe legimus,

Commoda navigatio ex *Erythræo mari* in *Indiam.*

*Ophir* qualis propriè Regio.

*Ophir* non eſt *Peru.*

*Ophir* vox Ægyptiaca *Indiam* notat.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

mus, non aurum tantùm, gemmæ, lapides & ligna pretioſa, ſed & pavones, ſimiæ, ſimiliaque, quæ è dictis Regionibus, rebus hujuſmodi refertis Claſſis Hiram ſecum attulit, abundè teſtantur. Quin *Onomaſticon noſtrum Copto-Arabicum Capite de Nominibus Gentium* id clarè docet; ubi

ⲠⲒⲤⲰⲪⲒⲢ هند *Hend*, quod & *Indiam* explicat, ⲠⲒⲤⲰⲪⲒⲢⲞⲤ verò هندي ſeu *Indum*. *Ophir* igitur nihil aliud eſt quàm *India*; Aurum verò *Parvaim* ego exiſtimo fuiſſe ex יאוים *Javaim*, hoc eſt è *Javis* Inſulis; ita enim has Inſulas binas dici, apud *Rabbinum Benjaminum* ni fallor me legiſſe memini.

*Ex Ægypto & Æthiopia per Mare Rubrum in Indiam expeditio.*

Cum itaque ex *Erythræo Mari* in *Ophir* ſeu *Indiam* adeo frequens fuerit expeditio, certè hac uſos opportunitate, non Chriſtianæ tantùm Religionis propagatores ſed & veteres *Ægyptios*, eorumque *Hieromantas* & Philoſophos cum dictis Regionibus ingens habuiſſe ultrò citròque commercium, varia Ægiptiorùm in iis relicta teſtantur monumenta.

*Hormoz.*

Inter ea *Ormus* ſeu *Hormuz* nobiliſſima Perſici ſinus Urbs, prima Ægyptiorum in *Perſia* colonia, & commoda iis, qui in *Indiam* trajicere volunt, ſtatio, quamque ab Hermete Ægyptio (à quo & nomen habet, هرمز

هرمز *Hormoz* enim *Arabibus*, idem eſt quod *Græcis* Ἑρμῆς *Mercurius*) ædificatam, *Haithon* tradit *l. de Tartaris c. 6.* Iterum Reges *Perſiæ Ælius Spartianus*, ab Oſiride, *Pſammoſires* dictos aſſerit; nec imperitè; Oſiridem enim primùm in eas partes, & dein in *Indiam* conceſſiſſe, urbibuſque extructis populos ad meliorem vivendi normam redegiſſe, *Diodorus* ſequentibus verbis tradit:

Ἔπειτα ποιήσασθαι τὴν πορείαν δι᾽ Ἀραβίας παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἕως Ἰνδῶν καὶ τοῦ πέρατος τῆς οἰκουμένης, κτίσαι δὲ καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν Ἰνδοῖς, ἐν αἷς καὶ Νύσαν ὀνομάσαι, βουλόμενον μνημεῖον ἀπολιπεῖν ἐκείνης καθ᾽ ἣν ἐτράφη κατ᾽ Αἴγυπτον. Φυτεῦσαι δὲ καὶ κιττὸν ἐν τῇ παρ᾽ Ἰνδοῖς Νύσῃ καὶ διαμένειν τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν ὅμορον χώραν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀπολελοιπέναι καὶ ἐκείνην τὴν χώραν, δι᾽ ὧν προαχθέντας τοὺς μεταγενεστέρους τῶν Ἰνδῶν ἀμφισβητῆσαι περὶ τοῦ θεοῦ, λέγοντας Ἰνδὸν εἶναι.

*Hinc per* Arabiam, *ſecus* Mare Rubrum *ad* Indos *uſque & orbis habitabilis fines perrexit. Nec paucas* Indis *urbes condidit, è quibus unam vocavit* Nyſam Ægyptiæ *illius, ubi nutritus fuerat, monumentum relinquere volens. In hac* Indorum Nyſa *hederam plantavit, quæ præ omnibus* Indiæ *& finitimæ terræ locis tantùm creſſit & permanet. Multa inſuper alia ſui in terras illas adventus ſigna reliquit, quibus* Indi *poſteriores inducti, controverſiam movent ſuper hoc Deo, & natione* Indum *eſſe contendunt*; Hujus ſecutos veſtigia poſteros frequentius poſtmodum hujuſmodi plagas Ægyptias adiiſſe veriſimile eſt. Imò *Perſarum* Magos, *Indorum Brachmanas*, uti & cæteros *Aſiæ* ſapientes omnem philoſophandi rationem, omnes circa Deorum cultum ritus & cærimonias ab *Ægyptiis* non aliter quàm reciproco commercio accepiſſe, præterquam quod clarè in *vita Apollonii* id doceat *Philoſtratus*; ipſa ſanè dictarum gentium mores & conſuetudines, id luculenter indicant; cum in hodiernum diem in *India*, *China*, *Japone*, *Tartaria* ſeu *Cathaia*, quin etiam in ipſa *America*, Solis, Lunæ, Siderum, Terræ, animalium omnis generis cultum, non ſecus ac in *Ægypto* immemorabili tempore vigere intueamur.

Cultus Deorum in Orientalibus *Aſiæ* Regionibus ab *Ægyptiis*.

Polymorphas Oſiridis & Iſidis ſtatuas, Apides quoque, Anubides, Canopos, & ſimilia *Ægyptiorum* monſtra, ibi paſſim coli reperias: Pyramides myſticas, & magnifi-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

gnificentiſſima Templa Geniis ad *Ægyptiorum* normam erecta; Verbo Ægyptiacam rerum faciem ubique videas. Quæ omnia hîc fuſiùs declararem, niſi ea in *primæ Oedipi noſtri partis Syntagmate quarto* (quam Simiam Ægyptiacam voco) fuſiſſimè & particulatim pertractaſſem, quare Lectorem eò remittimus. Atque hæc ſunt, quæ de Coloniis Coptitarum ſive *Ægyptiorum* hucuſque dicenda exiſtimavi; de quibus non ignoro alios aliter forſan ſentire poſſe. Verùm iſta mihi viſa ſunt veriſimiliora, potuiſſemque rei propoſitæ alias non contemnendas in medium rationes afferre, ſi aut inſtituti mei ratio id modò poſtulaſſet, aut mea intereſſet, aſſenſum à Lectoribus violenter extorquere. Sufficit nobis, ex *Ægypto* factas in totum Orbem expeditiones, qui unicus noſter ſcopus erat, dilucidè, & ſi fuſiùs forſan, quàm par erat, hoc loco demonſtraſſe.

# CAPUT III.

## *De* Cataio *ejuſque proprio & genuino ſitu.*

QUamvis in præcedentibus varia ex variis *Authoribus*, *Latinis*, *Hebræis*, *Arabibus*, *Perſis*, de *Catai* ſitu adduxerimus, hîc tamen ad meliorem rerum elucidationem, quodnam tandem *Cataium* ſit Regnum, ubi ſitum, per varia hac de cauſa aſſumpta Itinera exponemus.

*Cataium* nil aliud quam *China* eſt.

*Chinam* potiſſimam *Catai* partem eſſe, non ſolùm noſtrorum Patrum aſſidua exploratione innotuit, ſed & ex *Marco Paulo Veneto* clariſſimè patet, ſiquidem vaſtam illam urbem, quam hic *Cambalù*, vel ut vera *Tartarorum* lingua ſonat, *Cambalek*, *Magni Cham* Regiam dicit; noſtri Patres aliam non fuiſſe ajunt, niſi modernam *Sinarum* Regiam, quam *Pekinum* vocant, & vaſtitas murorum in quadro poſitorum urbiſque incredibilis amplitudo ſat ſuperque demonſtrant, Teſte M. Paulo, *Civitas* Cambalù *in Provincia* Cathai *juxta flumen magnum ſita ab antiquis temporibus inſignis fuit & regalis; ſonat autem* Cambalù *Civitas Domini; Hanc* Magnus Cham *tranſtulit in aliam fluminis partem; didicerat enim ab Aſtrologo, quod Imperio rebellis futura erat. Civitas in quadrum conſtructa, in gyro complectitur* 24. *milliaria, quolibet quadrati latere ſex habente milliaria, Muros habet dealbatos, altitudinis* 20. *paſſuum, latitudinis decem, ſpiſſitudo tamen illa aſcendendo tenuior fit. Habet quælibet muri quadratura tres portas principales, quæ in univerſum duodecim ſunt conſtitutis juxta ſingulas magnificis palatiis. In angulis quoque murorum ſunt, egregia palatia, ubi Civitatis conſervantur arma. Tranſeunt per hanc Civitatem vici & plateæ rectiſſimæ, ut ab una porta liber aſpectus pateat per Civitatem ad portam oppoſitam, domibus elegantiſſimis palatiorum inſtar utrimque conſtructis.* Et paulò poſt. *Extra Civitatem* Cambalù *duodecim ſunt magna ſuburbia, ſingulis duodecim portis contigua, in quibus jugiter mercatores inveniuntur & advenæ homines.* Hæc omnia ita *Pequino* Regiæ urbi quadrant, ut in nullo ferè differant, uti *P. Martinus Martinius* teſtatur *Atlantis ſui folio* 29. Nomina quoque urbium *Tadinfu*, *Caçanfu*, *Quelinfu*, *Cingianfu*, *Sianfu*, quæ & etiamnum *Siganfu* dicitur, non procul à croceo fluvio ſita, quam poſt triennem obſidionem *Magnus Cham Catapultarum* ope, quas machinas in *China* adhuc incognitas per fabros Chriſtianos extrui curaverat, Paulus Marcus Venetus (qui unà cum patre ſuo Nicolao & patruo tunc temporis cum Imperatore morabantur.) anno 1268. tandem expugnavit. Vide *Paulum Marcum Venetum l.* 2. *c.* 58. Siquidem *fu* in lingua Sinica nihil aliud, quàm urbem magnam, ſicuti *ceù* aliis nominibus

Deſcriptio urbis *Cambalù*.

*Siganfu* obſeſſa à *Tartaris*.

bus additum, mediocrem urbem notat, quæ quidem voces nulli alteri Regioni, ſed ſoli *Chinæ* notæ ſunt & propriæ. Nihil tamen ita luculenter *Chinam* pro *Cathaio* ſemper habitam fuiſſe demonſtrat, ac *Perſarum* monumenta tum Aſtronomica, tum Botanica, quæ ex *Naſirodim Perſæ* Mathematici toto Oriente celeberrimi *Tabulis aſtronomicis* nobis aperuit eruditus Vir *Jacobus Golius in Appendice Atlantis Sinici* adjuncta; ubi apertè videtur duodecim horarum, in quas dies naturalis apud *Sinenſes* ſeu *Cathaios* dividitur, nomina Cathaica ita Sinicis reſpondere, ut in nullo diſcrepent, quod & teſtantur quotquot ex Patribus noſtris huc *Romam* advenæ exiſterunt. Sed ut hæc luculentius pateant, hîc nomina apponam.

Aſtronomia *Cathaiorum* cui *Sinis* correſpondet.

*Golius in App. Atl. Sin.*

## *Nomina horarum, in quas dies naturalis apud* Cathaios, *id eſt* Sinas, *dividitur.*

| | 1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Sinica. | *çu* | *cheù* | *yin* | *mao* | *xin* | *su* |

Arab. صوجن ماو يم خيو ژه

| | 7. | 8. | 9. | 10. | 11. | 12. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Sinica. | *v* | *vi* | *xim* | *yieu* | *siò* | *hai.* |

Arab. حاي سيو يووشن وي وو

Si quis verò 60. annorum Cyclum, quo *Cathaios* in calculo dierum, hebdomadum, annorumque ſolarium *Naſaradinus* uti dicit, cum Sinico contulerit, eandem prorsùs, ſive rationem computus, ſive nomina, quibus illum appellare ſolent, eſſe comperio: idem eſto judicium de anno Cathaico, quem uti & Zodiacum in 24. partes dividunt, anni initio facto à 15. gradu Aquarii. Verùm de hiſce fuſiùs vide *citato loco* ſupra memoratum *Golium*, qui & teſtem *Vlug Begum* Aſtronomum *Perſam* adducit, ex cujus tabulis quæcunque hucuſque tradita ſunt, clarè ex calculorum *Cathaiorum*, ſive quod idem eſt, *Sinarum* harmonia oſtendit. Lego & ego apud *Medicos Arabes*, Muſcum qui in *China* reperitur, paſſim vocari مسك كطاي *Muſcus Cataicus*, potus quoque ille qui ex *Cha* herba quadam *Cataio* propria conficitur, plerumque جا كطاي *Cataium cha* dici: *Mogores* verò, qui origine *Tartari* ſunt, & ex magni *Cingis can*, cæterorumque ſuccedentium potentium Imperatorum proſapia originem ſuam ducunt, à Sinici Imperii expugnatione, *Mogulo-Sinas* ab Hiſtoricis eorum مغوله سين dici lego. Quæ verò de *Quinſai*, urbe admirandæ & penè incredibilis magnitudinis ſcribit, illa omnia vera eſſe comperta ſunt hodiè de Civitate *Hancheu* metropoli, de qua P. Martinus Martinius eximii Atlantis ſcriptor, ita diſſerit fol: 109. *Nè diutius* Europæi *Coſmographi in Marci Pauli* Quinſai *inquirenda ac ridiculè delineanda aberrent, hîc ipſiſſimam illam dabo, cujus ne umbram quidem aſſecuta eſt* Archontologia *illa* Coſmica, *& ſi Deus votis faverit, tranſmittam fortaſſe cum tempore ipſum* Sinicarum urbium *ab ipſis* Sinis *longè ante* Europæos *impreſſum* Theatrum *nunquam hactenus viſum* Europæ *quodquidem ſciam. Verùm ut quod nunc inſtat agamus, certiſſimis imprimis argumentis probo, hanc urbem ipſam eſſe* Quinſai *Pauli Veneti; hæc enim illa eſt, quæ* à Singui, *hoc eſt*, Sú Cheú *quinque dierum ſpatio diſtat: ſi loquamur de progreſſu ac itinere exercitus, in quo conſtat M. Paulum Venetum fuiſſe, aliàs enim vix quatridui iter eſt; hæc illa eſt, quæ illius tempore regia erat* Sinarum, *quam* Sinæ *lingua erudita litteratorum* Kingſu, *Communi hominum vulgarium minus exactè loquentium* Kingſai *dicunt, unde Veneti nomen* Quinſai *fluxit. Notandum porrò hic* Kingſu *dignitatus nomen eſſe urbibus regiis commune, non autem uni proprium ac ſingulare, ſiquidem verè regiam ſignificat, quamvis ſæpe eadem urbs proprium alioqui habeat nomen, uti hæc urbs* Hancheu *dicitur, quæ ſub* Sunga *familia dicta eſt* Lingan, *quia ejus*

*Quinſai* quænam fuerit ingens ejus vaſtitas.

Deſcriptio *Hamcheu* ſive *Quinſai.*

Etymon *Quinſai.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*ejus familiæ decimus Imperator* Caoçungus Kin Tartaros *fugiens hic Regiam ſtatuit, atque idcirco Veneti tempore* Kingſu *vocitata eſt, quodcunque demum hic alii ſentiant; hæc autem acta ſunt ad annum à partu Virginis* 1135. *In eadem quoque urbe* Sunga *familia Regnum tenuit, donec magni* Hàn Tartari *Occidentales*, Kin Tartaros *Orientales è* Catayo *ejecerunt, hoc eſt, ex Borealibus Provinciis, atque ita tum debellati ſunt, moxque victricia arma in Regnum* Mangin *invexerunt, Auſtralium Provinciarum ſcilicet occupatione cœpta.* Urbs innumeris pontibus referta. *Sed ut propius ad rem ipſam accedamus, hæc illa urbs eſt, quæ altiſſimos ac innumeros penè habet pontes, tum intra ipſa mœnia, tum extra in ipſis ſuburbiis, nec à vero aberunt multum decem etiam millia, quæ Venetus enumerat, ſi pontibus arcus triumphales accenſeas, quos ob fornicis ſimilitudinem, potuit etiam Venetus in Pontium habuiſſe loco, eodem modo, quo Tigrides Leones dixit, cum tamen ii minimè hic, uti ferè in tota* Aſia, *non reperiantur; niſi velis eum non eos tantummodò qui intra aut extra urbem ſunt, ſed totius hujus Territorii pontes eſſe complexum, ac tum quidem numerum illum ſuum, qui alias* Europæis *creditu videtur difficilis, facilè augere potuiſſet, tanta ubique pontium & arcuum triumphalium copia. Accedit ad hujus rei* Lacus *Sihu.* *confirmationem Lacus* 40 *Italicorum milliarium*, Sihu *vocant, qui quamvis intra mœnia non ſit, illa tamen ab Occaſu in Auſtrum longo tractu lambit, ex eoque inducti ſunt in ipſam urbem complures canales; ejus porrò ripæ ita templis, monaſteriis, palatiis, muſæis, ac privatorum domibus, omni ex parte ſunt obſitæ, ut intra ampliſſimam urbem, non ruri verſari te credas.* Lacus littora cultiſſima. *Ad hæc ripæ undique quadrato ſectoque lapide erectæ ſunt, latiſſima ambulantium commodo relicta via; viæ etiam quædam per ipſum Lacum tranſeunt, pluribus iiſque altioribus pontibus, ſub quibus naves trajiciant, inſtructæ, quibus inambulantes totum Lacum ultro citroque poſſunt circuire, unde Urbi accenſeri à Veneto facilè potuerunt. Hæc eſt illa Urbs, quæ intra mœnia montem habet ad Auſtralem partem* Chinghoang *dictum, in quo turris illa cum cuſtodibus, ubi horarum ſpatia clepſydrâ metiuntur, & quot horis tabella exponitur aureis ſeſquipedalibus litteris inſcripta: hæc ipſa urbs eſt, cujus plateæ omnes quadratis ſunt ſtratæ lapidibus: hæc quæ in paludoſo jacet loco, pluribuſque canalibus navium capacibus dividitur; hæc demùm, ut reliqua prætereā, ex qua Imperator ad mare fugit per fluvium ingentem* Cientang, *cujus latitudo Germanicum excedit milliare, fluitque ad Auſtralem urbis partem, ut nec hic omninò deſit fluvius, quem Venetus* Quinſai *ſuæ adſcripſit, inde in mare verſus Ortum prorumpit, à quo tantum omninò diſtat hæc urbs, quantum eam diſtare Venetus voluit.* *Quinſai* ſeu *Hamcheu* Urbis circuitus. *Addo urbis ambitum centum eoque amplius occupare milliaria Italica, ſi maxima ſuburbia annumeres, quæ ab omni parte latiſſimè excurrunt; undè ad quinquaginta Sinica ſtadia conficies à Borea in Auſtrum rectà obambulando per frequentiſſimas plateas, in quibus nihil à populo domibuſque vacuum reperturus ſis, eodem ferè modo ab Occaſu in Ortum pergere licet. Cum ergò ex* Sinica hiſtoria *tempus, nomen, deſcriptio, magnitudo cætera que omnia hanc urbem eſſe* Quinſai *demonſtrent, nullus amplius relinquitur dubitandi locus.* Hæc P. Martinus Martinius cit. loco.

§. I.

*Iter in* Cataium *ſive* Chinam Benedicti Goës *Soc.* Jesu, *ex* P. Nicolao Trigautio. *Vide* Mappam Itinerum.

Undè itaque tanta circa *Cataii* genuinum ſitum opinionum confuſio nata ſit, paucis explico. Notum eſt tum ex *Hiſtoria Pauli Marci Veneti*, *Haythonis Armeni* aliorumque, tum vel ex ipſa *Chronologia Sinarum*, *Magnum Cham Tartarorum* Imperatorem, quem *Cublai* alii, nonnulli *Ulcam* aut *Uncam* vocant, anno 1256. irruptione per muros factâ, univerſum *Sinarum* Imperium (quod tum in duo Imperia diviſum, quorum unum verſus Boream *Catai*, alterum verſus Meridiem *Mangi* vocabatur) occupaſſe; undè uti jam aliàs pars Borealis *Chinæ* cum cæteris *China à Tartaris Cataium dictum.* extra

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

extrà muros Regionibus ſub nomine *Cathay* paſſim vocabatur, ita quoque occupato jam *Sinarum* Imperio, univerſum Regnum per *Tartaros* & *Saracenos* circumvicinos introducto, nomine *Cathai* vocabatur, nomine cæterorum circumjacentium Regnorum extrà muros deleto, ità ut ab illo tempore illud ſolum, quod intra muros concluſum vaſtum *Sinarum* Imperium ab iis qui ex *Indoſtan*, *Usbec*, *Camul*, aliiſque Mediterraneis Regionibus negotiandi cauſa illuc quotannis proficiſcerentur, *Cataium* appellatum ſit; & ex Itinere Fratris noſtri *Benedicti Goëſii* luculenter patet. Verùm quia illud non ſolùm Superior Societatis noſtræ, ſed & Proregis *Indiæ Ariæ Saldagda*, imò Imperatoris *Mogorum Acabar*, juſſu conſilioque, tum ad *Cataium* explorandum; tum ad incolas intermediorum Regnorum Chriſtiana Lege imbuendos decretum erat; Certè illud ea quoque qua fieri potuit diligentia & ſollicitudine à *Benedicto Goëſio* viro prudenti & cordato, nec non linguâ Perſica, quam longâ morâ in Regno, *Mogorum* ipſique *Acabar*, Regi familiaris optime didicerat, peractum fuit. *Benedictus* itaque diplomate Regis *Mogorum* nec non Proregis *Indiæ* ſupra memorati neceſſariis ſubſidiis tanto itinere congruis affatim inſtructus, *Armenorum* aſſumpto habitu, nomine quoque *Benedicti* in *Abdulla*, quod *ſervum Dei* notat, mutato; *Armeno* homine Iſaac in itineris individuum comitem adſcito, anno 1603. per ſolemnes jejuniorum dies ex *Lahor* Regia *Mogorum* movens iter verſus Regnum *Caſcar* unà cum 500 hominum congregatione, quam *Caravanam* vocant, magno jumentorum, camelorum & curruum numero orditus eſt, menſtruo itinere in urbem *Athec* ſub juriſdictione *Mogoris* appulit; trajectoque flumine *Indo*, poſt bimeſtre ſpacium urbem *Paſſaùr* attigit, ubi ab Eremita inſtructus audivit menſtruo ſpatio verſus Boream Regionem *Caphurſtan* eſſe, id eſt *terram infidelium*, de qua infrà, pluribus, Chriſtianis refertam eſſe, quam tamen *Caravanâ* impeditus tranſire non licuit. Hinc 25 dierum curriculo in urbem pervenit, cui *Ghideli* nomen eſt, ubi à latronibus multum periculi ſubiit. Hinc movens intra 20 dies *Cabul* urbem tenuit, urbem *Mogoris* juriſdictioni adhuc ſubjectam. Hinc *Chiaracar* urbem ferro divitem, & ex ea decem diebus in *Parvàn* ultimum *Mogolici* Regni oppidum pervenit.

*Iter Benedicti Goës ad Cataium detegendum.*

عبدالله

*Adoritur iter anno 1603. Ex Labor.*

*Athec.* — *Paſſaùr.* — *A Paſſaùr.*

*25 dierum.* — *Ghideli 20 diebus.* — *Cabul.* — *Chiaracar 10 diebus.* — *Parvàn. 20 diebus.*

Poſt quinque dierum quietem, 20 dierum ſpatio per altiſſimos montes in Regionem cui *Ancheran* nomen eſt, & poſt alios 15. *Calcià* urbem appulit, & decendio peracto in locum quendam *Gialalabath* dictum venit, *Brachanum* teloniis celebrem; poſt quindecendium in *Talhan*, & hinc in *Chaman* progreſſus ingentia latronum pericula incurrit, quibus evitatis, tandem *Ciaciunor* tenuit, & poſt decendium *Sarpanil* deſertum locum tranſeuntes per altiſſimum montem viginti dierum itinere in *Sacril* provinciam pervenit, poſt biduum ad pedem montis *Cecialath*, in quo ob nivium multitudinem multi frigoris vehementia periêre, peruenit, ſex diebus in nive peractis in *Tamgheran* Regnum *Caſcar*, & poſt 14. dies *Jaconich*, & poſt dies quinque *Hiarcham Caſcaris* metropolim & finem *Cabulenſis* pervenit; Regio tota *Mahometis* legem ſectatur. Atque hinc ex *Hiarcham* in *Cathaium* per *Caravanam* expeditionis initium eſt, eorum tamen qui certò ſe intra Regnum admittendos fore norunt; Negotiatio quaſi tota conſiſtit in Jaſpidis pretioſi fragmentis, quæ in *Cataio*, id eſt, *China* plurimi fiunt, & duplicis generis eſt: prius è flumine *Cotan* non procul à Regia, à piſcatoribus inſtar craſſiorum ſilicum educitur: Alterum è montibus erutum in ſaxeas laminas duabus fere ulnis longas diffinditur. Diſtat hic Mons *Canſangui* à Regia vicendio circiter, & mons Lapideus dicitur, in Chartis Geographic-s paſſim notus. Hinc itaque iter poſt longam moram denuò

*Ancheran 15 diebus.* — *Calcià 10 dieb.* — *Gialalabath. 10 dieb Talhan. Chaman.* — *Ciarcinur. 10 dieb.* — *Sarpanil 20 dieb.* — *Sacril. 20 dieb.* — *Mons Cecialath 6 dieb.* — *Thamgeran. 15 dieb.* — *Jaconich. 5 dieb.* — *Hiarchan.* — *Mons Lapideus.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

nuò orditus Benedictus, primùm *Iolci-Telonium* Regni appulit, hinc 25. dierum itinere ſequentia loca peragravit: *Hancialix*, *Alceghet*, *Hagabathet*, *Egriar*, *Meſetelec*, *Thalec*, *Horma*, *Thoantac*, *Mingieda*, *Capetalcol*, *Zilan*, *Sarogne betal*, *Cambaſo*, *Aconſerſec*, *Ciacor*, *Acſu*. *Acſu* oppidum eſt Regni *Caſcar*, à quo per deſertum, quod *Caracatai*, id eſt *nigra Cataia* dicitur, laborioſo itinere profectus, in *Oitograch*, *Gazò*, *Caſciani*, *Dellai*, *Saregabadal*, *Ugan* ac tandem *Guciam* pervenit: Hinc abiens 25. dierum itinere in urbem *Cialis* pervenit, quæ eſt ſub juriſdictione Regis *Caſcar*, ubi Saraceni ex præteriti anni *Caravana* ex *Cataio*, id eſt, *Pekino Sinarum* Regia redeuntes, Benedicto noſtro mira de P. Matthæo Riccio, ejuſque ſociis narrarunt; Atque proindè hic Noſter primo *Sinarum* loco ſe *Cataium* reperiſſe, miratus eſt. Hinc 20. diebus in *Pucian* ejuſdem Regni oppidum, & hinc *Turphan* & *Aramuth*, ac tandem in *Camul* munitam urbem appulit. Ex *Camul* novendio ad Borealis tandem tantoperè deſiderati Regni *Sinenſis* muros, ad locum, qui *Chiaicum* dicitur, appulit, ubi & intra muros admiſſus diei unius itinere *Socieu* urbem primam Sinenſem ingreſſus, aliud præter *Chinam*, *Cataium* non reperit; ut proinde omnem impoſterum de genuino *Catai* ſitu, quod à *Saracenis* cum *China* paſſim confunditur, ſcrupulum depoſuerit. Nota tamen hoc iter ex *Laor* verſus Boream longius protractum, cum ex *Laor* per multò compendioſiorem viam, terminum ſuum attingere potuiſſet; Verùm uti hoc per *Thebeticos montes* iter nondum detectum erat, ita quoque illud in *Uſbec* & *Samercandam* tunc temporis uſitatius, etſi per ingentes ambages devium & vias undique & undique latrociniis infame, negotiatorum conſuetudini ſe accommodans tentare coactus fuit. Eſt regnum *Uſbeck* vaſto regionum intervallo ex Occaſu in Ortum extenſum, tribus maximis Regnis conflatum, quorum prius Regnum *Samarcanda* ortu *Tamberlanis* celebre; Alterum *Tarphan*; Tertium *Turphan* dicitur; omnia *Mahumedis* legibus infamia; homines, quod de *Scythis* hiſtoriæ memorant, crudeles, latrones, ſanguinarii, & capitales Chriſtianorum hoſtes; unde Regnum iſtud Chriſtianis prorſus modò impervium eſt, niſi iis forſan qui negato Chriſto, impio *Mahumeti* adhærere velint. Atq; hoc eſt ex *Usbeck* in *Cataium* iter.

*Iolci.* *Hancialix.* *Acſu* per deſertum. *Gucia* 20. dieb. *Pucian.* *Turphan.* *Camul* 9. dieb. Muri *Sinenſis* Regni. *Socieu.* Regnum *Uſbec.*

Iter verò quod P. Antonius Andrada Luſitanus in Regnum *Thebet* aggreſſus fuit, tale eſt: Ex *Labor* *Gangem* trajiciens primò in *Scrinegar* & *Ciapharangam* urbes ingentes populoſiſſimaſque, ex hiſce per altiſſimum montem tranſgreſſus in ſummitate ejus ingentem lacum, commune *Indi*, *Gangis* cæterorumque *Indiæ* majorum fluminum hydrophylacium detectum obſervavit; & hinc multorum dierum itinere per altos pariter montes in *Redoc* frigidiſſimam Regionem Borealem, ejuſdemque nominis urbem pervenit; ex qua per Regnum *Maranga* & *Tanchuticum Tartarorum* Regnum bimeſtri ſpatio facilè *Cataium*, id eſt, *China* attingi poteſt.

Iter P. Andradæ. Ex *Labor*, *Scrinegar*, *Ciaparangue*. Mons *Gangis* & *Indi*. *Redoc*. *Maranga*, *Tanchut*. *China*.

## §. II.

### *Iter aliud è* China *in* Mogor *à noſtris Patribus* P. Alberto Dorville *&* P. Jo. Grubero *expeditum. De quo vide Mappam.*

1. Ex *Pequino* itaque hi Patres anno 1661. menſe Junio, in *Siganfu* triginta dierum, & hinc *Sining* ſive *Siningfù*, totidem ferè dierum decurſu tranſacto bis croceo flumine, quod *Hoang* vocant, tranſito, confecerunt iter. Eſt autem *Sining*, ſive *Siningfù* urbs magna & populoſa ad vaſtos iſtos Regni *Sinarum* muros exſtructa, per quorum portam primus in *Cathaium* ſive *Chinam* aditus patet ex *India* negotiantibus, ubi & commo-

Iter *Pekino* ad *Siningfù* urbem ad muros ſitam.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

commorari coguntur uſque dum ulterior à Rege introitus concedatur. Urbs hæc ſub elevatione poli 36. grad. min. 20. conſtituitur.

Iter à Muris per deſertum *Kalmak* uſque ad initium Regni *Laſſab.*

2. A *Sining* trimeſtri ſpatio per *Kalmak Tartariæ* deſertum uſque ad initium Regni *Laſſa*, quod & *Barantola Tartari* vocant, pervenerunt. Deſertum vero partim montoſum, partim planum, ſabulo areniſque conſitum, ſterile prorſus & infœcundum, cui tamen ſubindè natura providit nonnullis rivis, quorum ripæ jumentis herbarum virentium paſcuorumque ſufficientem copiam deſtinant: cæterum deſertum uti ab intimis *Indiæ* mediterraneis originem ducit, ità quoque ex Meridie in Boream rectà extenſum, qui ejus terminum in hunc uſque diem exploraverit, inventus eſt nemo: putant multi illud ad mare uſque glaciale extendi, de quo pluribus in *Mundo Subterraneo.* Habet autem varia nomina; *Paulus Marcus Venetus* illud deſertum *Lop* vocat, diabolicis illuſionibus ſpectorumque paſſim comparentium multitudine infame, de quo nihil noſtri Patres memorant, cum ſemel atque iterum hujuſmodi ſpectra comparuiſſe, non comprobet perpetuam eorundem omnibus ſemper comparentium continuationem. *Tartari* olim deſertum *Belgian*, modò *Samo*, aut *Sinenſes Kalmuk*, alii *Caracathai*, id eſt, *nigram Catajam* vocant; ubi præter ingentis magnitudinis Tauros Sylveſtres nullum cæteroquin animal reperias. *Tartari* tamen, deſertis aſſueti, illud nullo non tempore vagabundi peragrant; hordas quoque ſuas, ubi rivum paſcuis commodum repererunr, ibidem fundant. Hordæ *Tartarorum* ſunt caſæ, hominibus pecoribuſque recipiendis aptæ, uti Figura indicat.

Deſertum Arenoſum & varia ejus nomina.

29. alt. poli.

3. E *Laſſa* ſive *Barantola* ſub 29. grad. 6. min. elevat. Poli conſtituta, uſque ad radicem montis *Langur* quatriduo venerunt. Eſt autem *Langur* mons omnium altiſſimus, ità ut in ſummitate ejus viatores vix reſpirare ob aëris ſubtilitatem queant; neque is ob virulentas nonnullarum herbarum exhalationes æſtivo tempore, ſine manifeſto vitæ periculo tranſiri poſſit. Per hunc montem ob horrenda præcipitia & ſcopuloſos tractus, neque currus, neque jumentum tranſire poteſt, ſed pedeſtri itinere totum iter conficiendum eſt, ſpatio ferè menſtruo uſque ad *Cuthi* primam Regni *Necbal* urbem: quamvis autem hic montoſus tractus ſit tranſitu difficilis, providit tamen natura de magna aquarum undique ex montium cavernis erumpentium tam calidarùm, quàm frigidarum copia; nec non piſcium pro hominibus, paſcuorumque pro jumentis ubertate: hunc ego tractum eundem eſſe puto, quem *Ptolomæus* ſub Caucaſeorum montium ſerie catenam, longè lateq; in Ortum ſuiſque fimbriis in Meridiem & Boream protractam *Parapaniſum* vocat. *Paulus Marcus Venetus Belor*, alii aliis nominibus pro diverſitate nationum, per quas tranſit, nuncupant.

Mons altiſſimus *Langur* dictus.

*Cuthia* urbs regni *Necbal.*

*Belor.*

4. Ex *Cuthi* quinque dierum itinere pervenitur ad urbem *Neſti*, Regni *Necbal*, in quo omnes idololatriæ tenebris involuti ſine ullo Chriſtianæ fidei ſigno vivunt; abundat tamen rebus omnibus ad vitam ſuſtentandam neceſſariis, ita ut 30. aut 40. gallinæ pro uno ſcuto paſſim vendantur.

*Neſti* urbs Regni *Necbal.*

5. Ex *Neſti* in urbem metropolitanam Regni *Necbal*, quæ *Cadmendu* dicitur, ſub elevat. poli 27. grad. 5. min. conſtitutam, 6 dierum itinere pervenitur. ubi Rex potens, etſi gentilis, Chriſtianæ legi tamen haud contrarius reſidet.

Metropolis *Necbal Cadmendu* 27. gr.

6. Ex *Cadmendu* medii diei itinere ad urbem *Necbal* totius Regni ſedem, quam & *Baddan* vocant, pervenitur.

*Badda.*

7. Ex *Necbal* quinque dierum itinere urbs *Hedonda* occurrit, Regni *Marangæ* colonia, ſub altitudine Poli 26. grad. 36. min. conſtituta.

Urbs *Hedonda* Regni *Marangæ* Colonia 26. gr.

8. Ex *Hedonda* octiduo pervenitur uſque in *Mutgari*, quæ eſt prima Regni Mogorici civitas.

*Mutgari* Mogoris Urbs

9. Ex *Mutgari* decem dierum iter

I eſt

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Battana urbs Bengalæ 25 gr.*

eſt uſque in *Battana*, quæ eſt civitas Regni *Bengalæ* ad *Gangem*, ſub elevat. poli 25. gr. 44. min. conſtituta.

*Benares* urbs 24 gr.

10. Ex *Battana* octo dierum ſpatio pervenitur in *Benares*, urbem populoſam ad *Gangem*, & ſub elevat. poli 24. gr. 50. min. conſtitutam, eſtque celebris ob *Brachmanum* Academiam, quæ ibidem floret, in qua & omnes ſcientiæ Regioni propriæ, veriùs ſuperſtitiones inauditæ docentur.

11. Ex *Benares* ad *Catampor* undecim dierum, & ex hac in *Agran* ſeptem dierum iter eſt. *Catampor. Agran.*

Ex *Peckino* itaque *Agram* uſque, iter eſt continuatum, 214 dierum. Si moram ſpectas *Caravanarum*, iter eſt unius anni & duorum menſium circiter. Atque hæc oretenus à ſupramemoratis Patribus accepi, qui illud, uti deſcripſimus, iter confecerunt.

# CAPUT IV.

## *De vario habitu, moribus & conſuetudinibus hominum illorum Regnorum, per quæ dicti Patres,* Albertus Dorville & P. Gruberus *tranſeuntes obſervarunt, depinxeruntque.*

VTi Regna, quæ dicti Patres, itinere hucuſque à nemine Europæorum tentato, tranſierunt, Geographis ignota fuerunt, ita quoque multa, haud indigna conſideratione circa habitus, mores & conſuetudines gentium obſervarunt, quæ quà picturis, quà ſcriptis conſignata mihi datâ operâ, ut confecto ab ipſis itineri inſererentur, reliquerunt, quod modò opportunè præſtandum duxi.

Ex *Pekino* itaque Metropoli Sinarum, & Imperiali Sede moventes, bimeſtris temporis ſpatio ad muros famoſiſſimos pervenerunt, ad quos urbs ingens *Siningfu* ſita, murorum veluti præſidium quoddam contra Tartaros tutiſſimum, ubi murorum tam celebrium ſtructuram, quantum iſtius loci ratio ferebat, diligentiſſimè ab ipſis obſervatam delineatamque in *Fine Libri* exhibuimus; addideruntque, muros tantæ latitudinis eſſe, ut ſex equites eam commodè abſque eo quod unus alterum impediat, in uno ordine conſtituti percurrant; unde ab indigenis *Siningfu* eos frequenter viſitari ajebant, tum ad aëris ſaluberrimi, qui ex arenoſo adjacente deſerto perflat, fruitionem, tum ad exercitia alia relaxandæ mentis gratia, peragenda, mirè opportunos; eſt enim adeò altus, ut proſpectu undique & undique patentiſſimo, nec non amœniſſimo facilè indigenas ad ſe eliciat, tum ob dictas cauſas, tum ob ſummam ſcalarum, quæ ad eum aſcenſum præſtant, commoditatem; Longitudinem verò latiſſimi muri uſque ad alteram portam, per quam in civitatem *Sucien* tranſitur ex deſerto, tantam eſſe, ut octodecim ferè dierum ſpatio vix tranſiri poſſit, quos multi non tam negotiorum conficiendorum neceſſitate, quàm curioſitate ducti, obtentâ prius à Gubernatore *Siningfu* facultate, nec non commeatu ſufficienti inſtructi conficiunt; ajunt enim innumeras ex eo habitationes intra murum obvias veluti ex alto monte ſpectari; extra verò in adjacente deſerto, uti oretenus ab Indigenis ſibi narrari audierant, omnis generis ferocium belluarum, uti ſunt Tigrides, Leones, Elephantes, Rhinocerotes, Leopardi, Sylveſtres Tauri, Monocerotes, (eſt ea Aſinorum cornutorum ſpecies quædam) miris inſolitiſque ſpectaculis ex alta veluti turri ab omnibus inſultantium beſtiarum periculis immunes recreari,

*Murorum Sinenſium deſcriptio.*

*Omnis generis belluæ in arenoſo deſerto certis anni temporibus ſtabulantes ex muri ſummitate ſumma voluptate à curioſis impunè ſpectantur.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ri, potiſſimum ex ea muri parte, quæ in Auſtrum tendens ad regiones magis habitatas, ut *Quamſi, Junnam* & *Tibet* appropinquat; hinc enim ad fluvium croceum, muriſque vicina loca, dumetis ſenticetiſque conferta, certis anni temporibus, dum pabuli, tum venationis cauſa agminatim ſe conferre ſolent.

Egreſſi itaque hanc ſtupendi muri vaſtitatem dicti Patres, ſtatim rivum piſcibus refertum obvium invenerunt, quorum non exiguam copiam cœnæ in ſubdiali tentorio apparatæ reſervarunt. Tranſito quoque flumine croceo extra muros, ſtatim vaſtiſſimum illud deſertum *Kalmak*, deſertum montibus & campis ſterile, horridum & formidabile ingreſſi, ad *Barantolæ* Regnum uſque trimeſtri ſpatio confecerunt. Hoc deſertum quamtumvis ſqualidum ſit, à *Tartaris* tamen, quos *Kalmuk* vocant, conſtitutis anni temporibus, ubi ad ripas fluminum major paſcuorum copia eſt, per hordas, quæ portatiles non incongruè civitates dici merentur, habitatur; *Tartaris* deſertum hinc indè longè latéque latrocinandi cauſa divagantibus; undè ad *Tartarorum* inſultantium violentiam propulſandam valida manu *Caravanam* inſtructam eſſe oportet. Patres uti ſæpè in eorum habitacula per hoc deſertum ſparſa inciderunt, ita quoque ſingulorum habitus, eo modo, quo hîc exhibentur, delinearunt.

Deſertum *Kalmak*.




I. *Lama Tartarus.* III. Fœmina ex *Kalmak.* II. *Tartarus* ex *Kalmak.*
A. Habitatio *Tartarorum.* IV. Rota volubilis.

Habitus Tartarorum *Kalmak*.

Tartarus, quem Figura I. exhibet, habitũ gerit *Lamæ*, qui ſunt Tartaricæ gentis *Kalmak* Sacrificuli, ſeu ſacrorũ præſides, pileo utuntur rubro colore



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

tinćto, toga alba retrò contorta, baltheo rubro, & tunica flava induuntur, ex cujus cingulo burſa dependet, uti I. Figura exhibet.

Fig. II. II. Figura Tartarum *Kalmak* exhibet, veſte pellicea & cappa flava indutum. Fig. III. Figura III. fœminam Tartaram è *Kalmak* exprimit, veſte ex pelle, vel ex viridi aut rubra materia indutam; ſingulæ verò pentaculum quoddam ſeu amuletum collo appenſum, utique ad malorum averruncationem geſtant. Habitationem eorum Figura A. exprimit, Fig. A. eſtque tentorium Tartaricum intrinſecùs ex parvis plicatilibus bacillis confectum, exteriùs verò rudi ex certæ lanæ materia funibuſque conſtricta contectum. IV. Figura exhibet inſtrumentum, Fig. IV. & eſt rota volubilis in ſceptri formam, quæ tempore, quo *Lamæ* orant, ab adſtantibus ſuperſtitioſis circumagitur.




V. Effigies *Han* Regis *Tanguth* mortui, qui pro Deo colitur.

VI. Effigies *Devæ* Regis *Tanguth*.

Fig. V. Effigies Regis *Tanguth*. V. Figura veram effigiem exhibet *Han* Regis *Tanguth* demortui, quem dicunt quatuordecim habuiſſe filios, & ob inſignem bonitatem & juſtitiam adminiſtratam, omnes indigenæ eum veluti ſanctum, cultu Deis ſuis proprio venerantur; fuſca dicitur fuiſſe facie, barba caſtanei coloris & miſta canis, oculis protuberantibus. Eſt autem *Tanguth* ingens Tartariæ Regnum, cujus non exiguam partem tranſierunt Patres Regem- *Tanguth* Regnum Tartariæ.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Fig. VI. gemque, quem *Devam* vocant, ibidem ſub ea forma, quam Figura VI. indicat, ipſo Rege jubente, delineavit P. *Joannes Gruberus*: facies fuſca eſt, cæterum veſtitui ejus *Lamæ*, quem I. Figurâ exhibuimus, prorſus ſimilis eſt.




VIII. Ejuſdem pars poſterior.

VII. *Tartaræ* Septentrionalis anterior pars.

Erat tum temporis in Aula *Devæ* Regis *Tanguth* fœmina ex *Tartaria* Septentrionali oriunda, quæ uti inſolito habitu ornabatur, ita quoque non indigna viſa fuit, quæ à Patre ad vivum delinearetur: plexos gerit in modum funiculorum Capillos, conchis marinis in capite & cingulo exornata; vide Figuram VII. & VIII. anteriori, poſteriorique parte exhibitam. Fig. VII. & VIII.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Erant & in eadem Regis curia Aulici quidam, quorum ſi habitum conſideres, is totus fœmineus eſt, niſi quod rubri coloris pallio *Lamarum* more utantur; vide Figuram X. & XI. cæterùm popularem gentis Tanguticæ utriuſque ſexus habitum exhibent Figuræ XII. & XIII. Fig. X. & XI. Fig. XII. & XIII.




XI. Alius habitus Viri Aulici.

IX. Trophæa, quæ in ſummis Montium cum adoratione magno *Lamæ* eriguntur, pro conſervatione Hominum & Equorum.

X. Habitus Viri Aulici ſub Habitu Fœmineo.

Execrandus mos in Regno *Tanchut* introductus.

Eſt in iſtiuſmodi Regnis *Tanguth* & *Barantula*, aſtutia & fraude Satanæ horrendus & execrandus mos introductus, is videlicet, qui ſequitur: Puerum eligunt viribus robuſtum, cui poteſtatem dant, ut conſtitutis diebus anni, quemcunque obviam habuerint hominem cujuſcunque ſexus & ætatis, nullo reſpectu aut diſcrimine habito, armis, quibus inſtruitur, conficiat; hoc enim pacto interfectos, mox veluti à *Menipe* Deaſtrâ quam colunt conſecratos, æternos honores & feliciſſimum ſtatum conſequi, ſtolidè & amenter ſibi perſuadent. Puer mirè variegato amictu, gladio, pharetra, ſagittiſque inſtructus, nec non vexillorum trophæis aggravatus, conſtituto tempore à dæmone, cui conſecratus dicitur, obſeſſus, maxima furia domo elapſus per compita & plateas divagatur,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




XII. Habitus communis in Regno *Tanchuth*. XIII. Habitus ejuſdem Gentis. XIV. Effigies Pueri dæmoniaci, dum mactat homines, *Phut* nomine.

tur, omnes ſibi obvios, nulla reſiſtentia facta, pro libitu interficit; hunc patria lingua *Buth*, quod *interfectorem* ſignificat, vocant, undè Patres eum eo prorſus modo, quo ipſi, dum eodem tempore ibi morarentur, viderant, depinxerunt, ut XIV. Figura docet.

Sunt intra vaſtiſſimum *Tanguticum* Regnum alia Regna incluſa, & ſunt primò *Barantola*, quam etiam *Laſſa* vocant, cum cognomine Metropoli Regni. Regem proprium habet, totum fœdis gentilitatis erroribus intricatum, differentia Numinum Idola colit; inter quæ principem locum obtinet, quod *Menipe* vocant, & novemplici capitum diſcrimine in conum monſtroſo faſtigio aſſurgit, de quo in ſequentibus, de Numinibus ſeu Idolis Sinenſium πολυκεφάλοις uberius loquimur. Ante hoc ſtulta gens inſolitis geſticulationibus ſacra ſua facit, identidem verba hæc repetens: *O Manipe mi hum, O Manipe mi hum*; id eſt, *Manipe ſalva nos*. Quin & ſtulti homines varia ad Numen propitiandum cibaria ei apponunt, ſimiliaque εἰδωλομανίας abominanda ſpecimina peragunt. Noſtri Patres ad cœcitatem harum gentium commiſeratione & deploratione dignam demonſtrandam, Idolum ſub ea forma, quâ viderant ipſi, & quam Figura XVII. exhibet, quamvis illa quoque ſub eo habitu, quem XXI. Figura oſtendit, ex hibeatur, mihi depingendam communicarunt. Exhi-

*Menipe* Numen *Tanguticorum* ἐννεακέφαλον.

Fig. XVII.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©



XVII. Idolum *Manipe* in urbe *Barantola* Regni *Laſſa*.

XXI. Aliud Idolum *Manipe*.

Exhibetur & aliud in *Barantola* falſæ divinitatis ſpectaculum, quod uti fidem ferè humanam excedere videtur, ità quoque ſingulari curâ dilucidandum eſt. Narrant Patres, dum *Barantolæ* ad integros duos menſes opportunitatem *Caravanæ* operturi commorarentur, multa ſeſe circa gentis mores & inſtituta obſervaſſe, quorum aliqua ridicula ſunt, alia etiam execranda occurrunt. Duo hoc in Regno Reges ſunt, quorum prior Regni negotiis rectè adminiſtrandis incumbit, & *Deva* dicitur, cujus effigiem VI. Figura refert; Alter ab omni negotiorum extraneorum mole avulſus, intra ſecretos Palatii ſui ſeceſſus otio indulgens, Numinis inſtar adoratur, non ſolùm ab indigenis, ſed & omnibus *Tartariæ* Regibus ſubditis, ſuſceptâ ad eum voluntariâ peregrinatione; hunc veluti Deum verum & vivum, quem & Patrem æternum & cœleſtem vocant, magna munerum, quæ eidem offerre ſolent, atteſtatione adorant. Sedet is in obſcuro Palatii ſui conclavi, uti Figura XIX. monſtrat, auro argentòque ornato, nec non multiplici ardentium lampadum apparatu illuſtrato, in eminenti loco ſupra culcitram, cui pretioſi tapetes ſubſternantur; ad quem advenæ capitibus humi proſtratis advoluti, non ſecus ac Summo Pontifici pedes incredibili veneratione oſculantur; ut vel indè Dæmonis fraudulentia luculenter appareat, qua

Magni *Lamæ* inauditus & ridiculus cultus.

*Deva* Rex.

Cerimoniæ Patri æterno fieri ſolitæ.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




XIX. Effigies magni *Lamæ* ſeu *Patris æterni*.

XX. *Han* mortuus Rex *Tanguth* divinis honoribus colitur.

qua venerationem ſoli Vicario Chriſti in terris Romano Pontifici debitam, ad ſuperſtitioſum barbararum gentium cultum, uti omnia cætera Chriſtianæ Religionis myſteria, inſitâ ſibi malignitate, in abuſum tranſtulit; Unde uti Patrum patrem Pontificem Romanum Chriſtiani, ita Barbari hunc Deaſtrum *Magnum Lamam*, id eſt, *Sacerdotem Magnum*, & *Lamam Lamarum*, id eſt, *Sacerdotem Sacerdotum* appellant, eò quod ab eo, ceu à fonte quodam tota religionis, ſeu potiùs εἰδωλομανίας ratio profluat, unde & eundem Patrem quoque Æternum vocant. Veruntamen

Modus reſuſcitandi *Lamam*.

ne moriturus æternitatis duratione exutus videri poſſit, hinc *Lamæ*, ſeu Sacrificuli, qui ſoli ipſi perpetuò adſiſtunt, ejuſque neceſſitatibus ſummâ cura & ſollicitudine ſerviunt; Oracula ex ore ejus excerpta ſimplicioribus advenis mira fucatæ divinitatis ſimulatione exponunt, hi, inquam, poſt mortem ejus, ex univerſo Regno hominem, ipſi quoad omnia ſimillimum, inquirunt, quem inventum in ſolium ſurrogant: atque hoc pacto toti Regno doli fraudiſque neſciis, Patris Æterni ab inferis ſepties jam à centenis annis reſuſcitati, perpetuam durationem evulgantes, adeo firmiter Barbarorum animis diabolica illuſione excæcatis perſuadent, ut de ejus fide nullus amplius illis ſcrupulus inhæreat; Unde tantis venerationis inditiis ab omnibus colitur, ut beatum ille ſe reputet, cui

K La-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




*Lamarum* ( quos ſummis & pretioſis muneribus eum in finem, non ſine magno eorum lucro corrumpere ſolent) benignitate aliquid ex naturalis ſeceſſus ſordibus aut urina Magni *Lamæ* obtigerit; ex hujuſmodi enim collo portatis, urina quoque cibis commixtâ, ô abominandam fœditatem! contra omnium infirmitatum inſultus tutiſſimos ac probè munitos ſe fore, ſtolidiſſimè ſibi imaginantur. Hæc ab Incolis urbis *Barantolæ* Patres magno animi mœrore, ex harum gentium cæcitate concepto, audierunt; & quamvis Magnum *Lamam* ( eò quod Chriſtianæ Religionis profeſſione prohiberentur, neque ullus alius, niſi præviis cæremoniis Idololatris propriis Magno *Lamæ* prius exhibitis, admitti poſſet) videre non potuerint, ejus tamen effigiem in veſtibulo palatii Regii expoſitam ( in quo accenſus lampadibus ficto pictoque non minus, quàm vivo ſolitæ cærimoniæ exhibentur) exactè depinxerunt, ſub eo habitu, quem Figura XIX. exprimit; Fig. XIX. Arcis quoque, quam *Bietala* vocant, ad finem urbis *Barantolæ*, in qua Magnus *Lama* reſidet, ſchenographiam, quam Figura XVIII. Figura XVIII. refert, unà apponendam cenſuerunt: Tantæ autem authoritatis eſt in tota *Tartaria*, ut nullus Rex alicubi in auguretur, qui non prius miſſis Legatis cum inæſtimabilibus muneribus à Magno *Lama* benedictionem pro felici Regni auſpicio poſtulet. Vide quæ in præcedentibus C. VI. de honoribus huic *Lamæ* ab Imperatore Sino-Tartarico exhibitis, fuſius expoſuimus, ubi & totum hunc ſuperſtitioſum Magni *Lamæ* cultum, originem ſumpſiſſe à celebri

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

lebriillo presbytero Joanne, quem ſedem ſuam in hoc *Tangutico* Regno habuiſſe, ibidem demonſtravimus. Sed hæc de Magno *Lama* ſufficiant.




XV. Vetula. Mulieres ex Regno *Cain*. XVI. Juvenis.

Viderunt & *Barantolæ* ex vicino Regno *Cò in* advenas mulieres, Juvenem & Vetulam hoc habitu, quem Figuræ XV. & XVI. exhibent; Fig. XV. & XVI. mulieres verò nobilitate conſpicuæ, omnes capillos per modum faſciculorum plectunt, & retrò contorquent, in fronte rubram faſciam per lis exornatam geſtant; in ſummitate coronam argenteam per modum pyxidis Turcheſiis & Coralliis diſtinctam portant; vide Figuram XXIII.

Mons *Langur* altiſſimus. Relicto Regno *Laſſa* ſeu *Barantola*, par altiſſimum montem *Langur*, quem paulò ante deſcripſimus, menſtruo itinere ad Regnum *Necbal* pervenerunt; ubi nihil ad humanæ vitæ ſuſtentationem rerum neceſſariarum deeſſe repererunt, exceptâ fide in Chriſtum, utpotè omnibus gentilitiæ cœcitatis caligine involutis. Sunt hujus Regni præcipuæ urbes *Cuthi* & *Neſti*. Mos hujus gentis eſt, ut mulieribus propinantes, potum *Chà* vel vinum alii viri aut fœminæ ter eiſdem infundant, & inter bibendum tria butyri fragmenta ad amphoræ limbum affigant, unde poſteà bibentes accepta fronti affigunt. Eſt & alius in hiſce regnis mos immanitate formidandus: quo



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quo egros ſuos jam morti vicinos, & deſperatâ ſalute, extra domum in camporum plenas morticinorum foſſas projectos, ibidemque temporum injuriis expoſitos, ſine ulla pietate & commiſeratione interire. Poſt mortem verò partim rapacibus volucribus, partim lupis, canibus, ſimilibuſque devorandos relinquunt; dum hoc unicum glorioſæ mortis monumentum eſſe ſibi perſuadent, intra vivorum animalium ventres, ſepulchrum obtinere. Fœmina horum Regnorum adeò deformes ſunt, ut diabolis ſimiliores quàm hominibus videantur, nunquam enim religionis causâ aquâ ſe lavant, ſed oleo quodam putidiſſimo; quo præterquam quod intolerabilem fœtorem ſpirent, dicto oleo ita inquinantur, ut non homines, ſed lamias diceres.



XXIII. Habitus Mulierum nobilium Regni *Tanguthici*. XXIV. Habitus Fœminæ prope *Cuthi* Urbem Regni *Necbal*. XXV. Habitus Regni *Necbal*.

Habitus hujus gentis exhibent Figuræ XXIV, XXV, XXVI, XXVII. Fig. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. Cæterum Rex inſignem Patribus benevolentiam exhibuit, præſertim ob tubum Opticum, de quo nihil iis unquam innotuerat, aliamque curioſam Matheſeos ſupellectilem ipſi exhibitam, quibus adeò captus fuit, ut Patres prorſus apud ſe retinere conſtituerit, neque diſcedere inde paſſus ſit, niſi ubi fide datâ illuc ſe reverſuros ſpopondiſſent; quod ſi facerent, domum inibi in Noſtrorum uſum & exercitum ſe extructurum ampliſſimis redditibus inſtructam, unà cum plena ad Chriſti Legem in ſuum Regnum introducendam facultate conceſſa, pollicitus eſt.

Ex

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




XXII. *Tartarus* Septentrionalis. XXVI. & XXVII. Habitus Regni *Necbal*.

Ex *Necbal* diſcedentes ad confinia Regni *Marangæ*, quod Regno *Tebet* inſertum eſt, appulerunt; cujus Metropolis *Radoc*, ultimus itineris in Regnum *Tebet* olim à P. d'Andrada ſuſcepti terminus, ubi multa Chriſtianæ fidei olim inibi plantatæ indicia ex nominibus Dominici, Franciſci, Antonii, quibus appellabantur homines, repererunt. Atque ex hinc tandem ad primam Mogolici Regni jam Orbi noti urbem *Hedonda*, & hinc *Battanam*, *Bengalæ* ad *Gangem* ſitam urbem, & *Benares* urbem Academiâ *Brachmanum* celebrem, ac tandem *Agram Mogoris* Regiam pertigerunt; ubi P. Albertus Dorville itinerum fractus laboribus, intra paucos dies meritorum cumulo plenus, relictâ terreſtri, in Cœleſtem patriam, uti piè credimus, abiit, mediâ *Europam* inter & *Chinam* viâ.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CAPUT V.

## *De* Mogorum *ſeu* Mogulum *Regno, ejuſque rebus memoratu dignis, unà cum variis itineribus in illud ex* India *&* China, *vel ex illo in* Europam *quâ confectis, quâ conficiendis.*

RESidet in vaſto illo *Mogulum* Imperio Monarcha potentiſſimus ex *Tamnerlani* familia oriundus, decimus ordine, *Gelal Edim Mahumed*, magni illius Regis *Accabar* pronepos, qui fuit ex dicta *Tamnerlani* proſapia ſeptimus, vir non minus armis, quam ingenii perſpicacitate toto Oriente celeberrimus. Hic primus noſtros Patres in Regnum *Mogorum* evocavit ex *India*, non tam curioſitate, quam amore Euangelii, & pronitate quâdam naturali, quâ in Chriſti fidem ferebatur: de qua tametſi P. Rudolphum Aquavivam datâ operâ *Goâ* accerſitum, diſſerentem libenter audiret, ut tamen veritati palmas daret, impetrari non potuit: unde & morte præventus, quæ abdita ſunt Dei judicia, ſalutem æternam conſequi non valuit. Fuit acerrimi judicii Princeps, quamvis ἄμουσος, nulloque litterarum genere excultus eſſet; de variis tamen Religonum ſtatibus, ſolo rationis dictamine optimè diſſerebat & Mahumetanam quidem Sectam, prædeceſſorum exemplo colebat, at tantum abeſt ut eam magni fecerit, ut potius jocis ſanniſque eam ſubinde excipere ſit ſolitus; Brachmanicam verò eo in pretio habuit, ut quemadmodum hanc, ita Turcicam æſtimare quidem videretur, at revera verbis & factis rideret utramque. Et quemadmodum viribus potens, robuſtus corpore, armiſque erat exercitatiſſimus; ita quoque quatuor vaſta Regna ſuo Imperio ſubjugaſſe ſcribitur. In publico auditorio eâ majeſtate refulgebat, ut pauci ex Monarchis ſimili forma habitûs, quâ Numinis inſtar radiante diademate, ex auro, perlis, lapidibuſque inæſtimabilis pretii ſe ſpectandum præbet, in ſede pari apparatu exornata; in manu globum tenet, quo ſe Orbis dominum, ſummamque potentiam exprimit: nudis pedibus more Majorum ſedet, qui à ſuis ſæpe ſæpius interdiu pretioſo liquore lavantur: habet & appoſitum vas pretioſum liquorem continens, quo æſtivo calore, aut cæteris temporibus, ubi placuerit, ſe reficiat. Verum cum ejus ectypon ſeu effigiem ſub eo habitu, quo publico conſiſtorio comparere ſolebat, noſtri Patres Romam tranſmiſerint, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi hoc loco eam ex authographo depromptam, in gratiam Curioſorum apponerem. Non tamen ſemper hoc habitu, ſed pro diverſitate perſonarum ad ſolium ſuum admiſſarum, alio & alio habitu ſe exhibere ſolebat. Cum P. Rudolpho Aquaviva ad ſe aditum concederet, in ſolita eum majeſtate comparuiſſe ſcribit nobilis Societatis noſtræ hiſtoricus *P. Daniel Bartholus*. Numerus Principum præter 20 Reges ſuos vaſſallos, qui eum ſtipabant, non erat. Saracenorum more ſedebant ſupra culcitram holoſerico, auroque contextam, de qua meritò illud dici poterat, *Omnis Lapis pretioſus operumentum ejus*: Capitis integumentum erat faſcia aureis filis inæſtimabilis prætii, lapidibus gemmiſque *Indorum* more Regum intorta: veſtimentum ad genu uſque protenſum auro coruſcum, nec non opere phrygio floribus foliiſque intertextum; cingulum non diſpari ornatu concinnatum, nudis quidem pedibus, more Majorum, ſed femora ſubtiliſſima carbaſo ad inſtar byſſi variis ſtriis, perliſque innexis incriſpato,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©



V

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſpato ſpectabantur. Ad unum latus acinacis, ad alterum Ephebis, arcubus, pharetris, cæteriſque exoticis armis inſtructis, circumdabatur. Loquenti gemmæ quaſi ex ore, tum ad recordationem eorum quæ dixerat, tum ad Majeſtatis magnitudinem demonſtrandam, decidere videbantur: Verba quæ dicebat arrectis auribus ab adſtantibus magno ſilentio excepta, palimpſeſtro committebantur. Et cum tantus fuerit, cum Patribus tamen privato colloquio, omni depoſitia majeſtate converſabatur; quanta clementia, benignitate & munificentia eos proſequeretur, diſputationibus quoque cum *Brachmanis* & *Saracenis* habitis, Lector apud *Bartholum in opuſculo de vita & morte P. Rudolphi Aquavivæ* quam prolixiſſimè deſcripta reperiet.

Si quandoque Rex ad ſolitas animi relaxationes ſe confert, ingenti equitatu aſſociatus, ipſe Elephanto magnitudinis inſolitæ vehi ſolet, cui tapes aureus inſternitur, una cum throno inæſtimabilis pretii apparatu inſtructo. Bellua verò ſe Regia Majeſtate onuſtam ſentiens, proboſcide, auribus, pedibus, annulis, armillis aureis ornata dici vix poteſt quam ſuperbiat, quam ſibi ex hujuſmodi ornatu complaceat. Ubi verò ad locum recreationi deſtinatum pervenit, ibi complures Elephantes ad pugnandum dextrè inſtructi, prius genu flexione in debitæ reverentiæ honorem Regi exhibitâ, quaſi rationis compotes, varia promuſcidis agitatione ſalutem & felicitatem imprecari videntur, deindè ad pugnam dato ſigno committuntur; ubi ad ſtuporem omnium belluarum in pugnando dexteritatem, atque plenam ſollicitamque ob Regis præſentiam in victoria obtinenda ambitionem, quadam cum admiratione videre eſt Pugnâ verò, ne acrius pugnando ſe interimant, ſigno dato finitâ, pacis fœdus, reciproco quodam proboſcidum complexu ineuntes, ſe ad quietem componunt. In prœmium verò concertationum, mox illis ingentes arundinum ſaccaracearum faſces, quibus libenter veſcuntur, cum cæteris pabulis, ipſis gratis, apponuntur: ſpiritum quoque vini, quam *aquam vitæ* vocant, ex ſaccharo elicitum ad bibendum, quo ipſis nil gratius accidere poteſt, porrigunt.

Contigit autem non ante multos annos in hujuſmodi ludis Elephantum inſignem, & Regi maximè carum, arundinum eſu ſtomachum ita oneraſſe, ut gravem indè infirmitatem incurrerit, quam Medici curaturi, ſolitis ſuis medicamentis, nihil profecerunt; bellua interim proboſcide intra fauces adacta, apertè aliquid ſibi in ſtomacho, quod ipſam moleſtaret, latere demonſtrare videbatur. Quod Medicus Europæus advertens, brachio pariter in fauces ejus adacto, belluâ id haud illibenter permittente, tandem invenit arundinem in fundo ſtomachi radicatam, in folia efflorùiſſe; undè materiam prius catarcticis magnæ efficaciæ medicamentis præparatam, tandem radicitùs evulſam, foliis virentibus conſpicuam extraxit, & una belluam priſtinæ ſuæ ſanitati reſtituit, magno Regis gaudio, nec non pari Medici lucro. Dicitur habere ad quinque millia Elephantorum, in quorum ſuſtentatione reddìtus, quaſi unius Regni inſumuntur. Innumera hoc loco de ſimilibus dici poſſent, ſed ne limites inſtituti noſtri tranſeamus, ad argumentum nobis propoſitum revertamur.

*Agra* Regni *Mogolici*, *Indiæ* quæ *intra Gangem* & *Indiam* intermediæ Caput & Metropolis, à Rege *Accabar* ob amœnitatem loci, quâ capiebatur, poſt de victam *Gazaratam* fundata, qui prius in *Lahor* Boreali Regia ſedem ſuam fixerat; Regnum Mogoricum inter *Indum* & *Gangem* ab Occaſu & Ortu, quod *Indoſtan* vulgò dicitur, concluditur; à Meridie partim Oceano, partim Regno *Decan*; à Borea *Uſbec* Tebeticis montibus & Regnis *Srinagar*, *Caparangue*, *Radoc*, ab Ortu *Necbal* Regno terminatur; ob ampli- **Mogoris ſitus.**

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

amplitudinem & potentiam Regum, Imperii nomine haud indignum, omnibus ad vitam delicioſè ſuſtentandam egregiè inſtructum; idiomate triplici utitur: Perſico, Indoſtanico, & Brachmanico; quorum primum Regium, eò quod Aula Regia eô potiſſimum utatur; alterum Plebejum; tertium Sapientum dicitur, quo non niſi Sapientes Gentilium, quos *Brachmanes* vocant, utuntur; tantaque ſub veneratione tenent, ut vix ſit, qui ejus addiſcendæ etiam multis promiſſis & perſolutis pecuniis copiam faciat; etſi P. Henricus Roth eam à *Brachmane* Legi Chriſtianæ valde addicto Magiſtro uſus, intra ſexennium perfectè didicerit, ejuſque Grammaticam conſcripſerit, quæ utinam ſuo tempore lucem videret, multam ſanè ad obſtinatos *Brachmanum* in ſuperſtitioſis ſuis dogmatis animos convertendos iis, qui in iſtiusmodi Regiones mittuntur, Apoſtolicis viris profuturam cenſeo; ſed de hac Lingua in ſequentibus fuſiùs.

Triplici lingua utuntur.

Regnum innumeris Elephantis, Camelis, Equis, Gazellis, Simiis cæteriſque *Europæ* etiam conſuetis animalibus refertum eſt; oriza, frumento, ſaccharo abundat; vino utplurimum utuntur ex ſacharo deſtillato; ſolo vino ex vitibus deſtituti; quo tamen Senior Rex unicè delectatur, magno *Batavorum*, *Luſitanorum*, *Anglorumque*, qui illud ex *Europa* advehunt, lucro. Fodinis auri & argenti, cæterorumque metallorum, ſine tamen cultura, naturaliter turget; undè ſive inſcitia, ſive laborum tædio perculſi, nullam in auro eruendo operam dant, ſolis arenis aureis fluminum & fruſtulis jam à natura decoctis intra montium convallia repertis contenti. Ex *Gangis* fundo omnis generis pretioſi lapides extrahuntur, quorum nonnulli omnis generis animalia, plantarum, aliarumque rerum figuras exhibent; quamvis etiam magna Adamantum vis ex *Bengalæ* vicinorum Regnorum montibus erutorum copia advecta, vili pretio exteris divendatur. Clima à Tropico Cancri in Boream extenſum, maxima ex parte conſtitutum, calidum eſt; Sol æſtivus ita noxius eſt, ut nemo ſine manifeſto febris peſtiferæ periculo, illum ſub meridiem ſuſtinere queat; Aquæ fictilibus inditæ vaſis, non ſecus ac ſi in cacabo igni ſuppoſito ebulliunt. Unde venenoſorum ſerpentum, ſcorpionum, aliorumque inſectorum inſectorum ingens copia, tantæ virulentiæ, ut vix eo imbutis deſtruendo antidotum reperiatur congruum.

Quæ animalia in Regno *Mogor*.

Fodinis metallicis abundat.

*Ganges* ferax pretioſis lapidibus.

Adamantes ex *Bengala*.

Sol noxius.

Virulentia Serpentum.

## *De miris virtutibus Lapidis Serpentini, quem Luſitani* la Piedra della Cobra *vocant.*

Inventus eſt Lapis quidam à *Brachmanibus*, partim naturalis in Serpentes concretus, quem Luſitani *Cobra de Capelos*, id eſt, *Serpentem* ſeu *Colubrum piloſum* vocant; partim artificialis, ex variis venenoſorum animalium potiſſimum hujus Colubri piloſi portionibus confectus, qui lapis ſolis intoxicatis antidotum præſtat tempeſtivè adhibitum; remedium ferè toti *Indiæ*, nec non *Chinæ* uſitatum: & ſanè non crediđiſſem, niſi cum hæc ſcribo, experimentum Lapidis feciſſem in canè à vipera morſo; hic enim Lapis vulneri à vipera cani inflicto mox appoſitus, protinus ita agglutinabatur, ut vix amplius diſtrahi poſſet, manebatque tamdiù afflixus vulneri, donec exucto omni veneno hirudinis adinſtar jam ſatur ſponte ſua decideret; quo peracto canis paulatim jam liber à veneno, etſi aliquanto tempore torpidus, ad ſe tamen tandem rediit, priſtinæ ſanitati propediem reſtitutus. Hoc eodem tempore eximius Phyſiologus *Carolus Magninus* Romanus in homine quoque à vipera morſo hujus rei ſummâ effectus felicitate experimentum ad veritatem explorandam ſumpſit. Lapis verò intra lac conjectus, omni mox veneno depoſito, ſuo nitori, non dicam virtu-

Antidotum mirabile quod Lapis Serpentinus præbet.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

virtutis attractivæ robore diminutus, ſed & eo auctus, redditur, lacte in flavo-viridem colorem ob veneni vim degenerante. Figura Colubri, hæc eſt.



Forma Lapidis & quantitas vera.

Serpens Capillatus, Luſitanis *Cobra de Cabelo.*

Narravit mihi ſupracitatus *P. Henricus Roth*, qui tres ejuſmodi lapides mihi dono dederat, ſe multiplex in *Mogoris* Regno hujus lapidis experimentum feciſſe; primò in ſuo famulo, à ſcorpione in manu percuſſo, cujus vulneri cum vix dum lapidem applicuiſſet, cum eccè totum venenum jam intra brachii longitudinem diffuſum, retroagi cœptum, & à lapide tantâ proportione attractum fuit, ut ſervus veneni jam ad hunc, modò ad viciniorem plagæ locum, affluxum digito monſtraret, & cum jam vulneris locum attigiſſet, tunc lapis velut ſuo jam officio probè functus, qui plagæ inſeparabiliter fixus hæſerat, ſuâ ſponte delapſus hominem perfectæ ſanitati reliquit. Alterum probavit in hominis peſtifero bubone, cui primò inciſo cum lapidem applicuiſſet, hominem intra breve tempus exucto veneno liberum ab omni infirmitate reſtituit. Præſtat hoc non ſolùm naturalis, ſed & artificialis lapis, ex contuſis hujuſmodi intra ſerpentes lapideis fruſtulis, vel etiam vitalium ex capitis, cordis, hepatis, Artificialis lapis quomodo fiat.

L dentium.

dentiumque unà miſtis portionibus terræ ſigillatæ, ut equidem puto; arte ſingulari (quam nemo adhuc à *Brachmanibus* aut *Ioguis* etiam magna pecuniæ vi oblata impetrare potuit) confectus. Undè ſi quis habuerit ſimilem lapidem, qui dictos effectus non præſtet; is pro ſpurio & falſo meritò habendus eſt, quod Lectorem notare velim. Facit hujus lapidis mentionem quoque P. Michaël Boimus in ſua Flora Sinenſi fol. ſignato litera M. hiſce verbis: *In* India *&* *Regno* Quamſi *in quorundam certi generis ſerpentum (quos* Cobras de Cabelo, *id eſt, Capillatos Serpentes* Luſitani *vocant) capitibus lapis reperitur contra morſus ibidem à ſerpentibus inflictos homini alias ſpatio 24 horarum interituro. Lapis hic rotundus (lenticularis ut plurimum Figuræ) coloris in medio albi, & circumcircà glauci aut cærulei; vulneri applicatus per ſe ipſum hæret, veneno verò jam plenus decidit; poſt lacti immerſus per aliquam moram ad ſtatum naturalem ſe reducit. Lapis hic non omnibus communis, ſi iterato vulneri adhæreat, virus omne exhauſtum non fuit; ſi non adhæreat, moribundo indigenæ de ſuperato mortis periculo congratulantur. Reperta quoque radix quæpiam contra venenum hujus morſus vocata* à Luſitanis Raiz de Cobra, *id eſt,* radix ſerpentis, *quam maſticare opus eſt, quoaduſque bis aut ter eructet homo.* Hæc de Lapide Serpentino ſufficiant, quæ, ut ſuprà dixi, nunquam crediſiſſem, niſi ipſe hujus rei in cane experimentum omnium ſpectantium admiratione ſumpſiſſem. Quænam verò ſit vis illa magnetica, quæ tam ſollicitè ad ſe venenum cujuſcunque tandem generis, attrahat, tantâ zelotypiâ ambiat, tantâ fame alliciat, ut eo ſatiari vix poſſe videatur, neque ſe à vulneris loco amoveat, donec exſucto omni viru tandem veluti ſatur ſuapte ſponte decidat; certò determinare vix audeam, neque difficultas aſſumendæ cauſæ, niſi ex magneticis noſtris, in *Arte Magnetica* traditis principiis, uti ex iis, quæ in *Libro Nono Mundi Subterranei de venenorum ſympathia & antipathia* tradimus, ſolvi poſſe videtur, ad quæ Lectorem curioſum remitto: addam hoc loco de potenti veneno, quod in ſe continent pili barbæ Tigridis: Tigris animal aſini ferè magnitudinis, & *ἀλλοιόμορφον* curſu velociſſimum, uti dentium acutiſſimorum multitudine, tum unguium robore quàm inſtructiſſimum eſt, ita omnes ferocioris naturæ belluas crudelitate & truculentia longè ſuperat, felis quoad membrorun conſtitutionem in omnibus ſimilitudinem exprimit, uti in ſequenti Figura apparet. Circa labra prælongos emittit pilos, quos adeò venenoſos experientia docuit, ut ſi quiſpiam ſive homo, ſive ipſamet bellua, illorum vel unicum incautius ſuſceperit, irremediabili ſui ipſius toxico intereat; undè à Bengalenſibus, apud quos ingens in ſylvis hujuſmodi animalium multitudo ſtabulatur, obſervatum fuit, quod quandò in *Gange* vel alio aliquo flumine ad bibendum ſe confert, id faciat ore admoto ad ſecundum fluminis curſum, nunquam ex adverſo, ne aqua pilorum veneno infecta ſibi ipſi interitum cauſet, neque ex lacu aut foſſis aquiſve immotis eadem de cauſa bibere ſolet: Unde Regio edicto cautum eſt, ne quiſpiam hujuſmodi pilos occiſa Tigride retineat, ſed ſub pœna vitæ omnes ad curiam *Mogolis* mitti debent, ubi à Medicis Regiis pilulæ conficiuntur exitiali veneno turgidæ, quæ iis, quos Rex clandeſtinæ morti deſtinat, exhiberi ſolent. Addam huic eventum exoticum & admiratione dignum, qui ſequitur: Ferebatur in urbe *Agra* puer ſeptennis ὀφιόφαγος *Brachmani* cujuſpiam filius, qui tanta aviditate in cibum ſectabatur venenoſa animalia, araneos, ſcorpiones, ſerpentes omnis generis, ut iis vix ſatiari poſſe videretur. Quam rem cumprimum intellexiſſet jam ſæpius ſupranominatus *P. Henricus Roth*, hujus rei à ſe experimentum ſumendum cenſuit: præcepit ſuis, quibus præerat Neophytis, ut puerum quæ-

*P. Boim. hujus lapidis meminit in ſua Flora.*

In quo conſiſtat vis attractiva hujus lapidis.

Pilie in barba Tigridis venenoſi.

Uſus pilorum in curia *Mogoris*.

De puero ὀφιοφάγῳ Serpentivoro mira.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




quæſitum ſibi ſiſterent, atque unà ſerpentes quos poterant, magis peſtiferos, eâ tamen cautela abſonditos adferrent, ne puer primo ſtatim intuitu in eos nimio appetitu perculſus incurreret, quod uti præceperat, factum fuit: Sed deſideratæ tametſi ſtudio abſconditæ letheæ deliciæ puerum minimè latere potuerunt: ingreſſi ſiquidem cum caniſtro nonnullis ſerpentibus, iiſque omnium exitioſiſſimis referto, vix dum ei ſe ſtitetant, cum ecce ſive ex odore, ſive ex naturali quodam ſympathici affectus conſenſu puer ὀφιόφαγος moram non ſuſtinens, in caniſtrum veluti impetu facto irruit, & mirum dictu, raptis caniſtri clauſtris, ſine ullo delectu unum poſt alterum manu ereptos, ſine ulla virulenti fellis inteſtinorumque exemptione, à capite ad caudam uſque famelici canis adinſtar, ad unum omnes devoravit, tanto cum guſtu & voluptatis ſenſu, ut non peſtiferum quid, ſed delicioſum cibi ſuaviſſimi edulium devorare videretur; quæ res uti præſentes ſummâ admiratione affecit omnes, ita quoque protinus de rei inſolitæ eventu, uti fieri aſſolet, de prodigioſa hujus ὀφιοφαγίας cauſa, diſquiſitio nata eſt. Verùm cum nemo eſſet, qui nodum ſolveret, ego à Patre, dum hîc *Romæ* adeſſet, de hujus effectus portentoſi cauſa rogatus, dixi, id non aliundè provenire potuiſſe, niſi ex pica matris, quam κίτ7αν Græci vocant, videlicet heteroclito gravidarum mulierum ſordidiſſimas paſſim res ſine noxa comedentium appetitu proprio; hæc enim prægnans, ſerpentem intuita, vehementis imaginationis vitio

Mira ſympathiæ vis.

Unde hic appetitus in puero ſerpentivoro.

L 2 carnem

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

carnem anguillarem rata, anxiè appetiit, avidè comedit, & unà ſimilium rerum appetitum fœtui impreſſit. Verùm cum de hiſce quàm fuſiſſimè in *IX. Libro Mundi Subterranei de Venenorum origine* diſcuſſerimus, eò Lectorem remittimus. Addidit autem Pater Puerum, ob tam abominabilium rerum appetitum comeſtionemque à *Brachmane* Patre ſuo, domo ejectum proſcriptumque, vitam ſuam in campis, ſerpentum cæterorumque animalium virulentorum venatu, nulla aliorum ciborum ſolitorum alimonia ſuſtentaſſe.

Veſpertilio, qui ob corporis molem Cattus Volans dicitur.



*Caſmir* Provincia *Mogoris* delicioſa.

Eſt in Regno *Mogor* Provincia *Caſmir* dicta, ea benignitate climatis dotata, ut vix ſit quicquam Europæ proprium, quod illa ſive animalium, ſive plantarum fructuumque varietatem ſpectes, præter alia *Indiæ* propria non abundè proferat. Dicebatur & ibidem in condenſis montium arboribus Cattos Volantes videri capique; quæ res primò quidem mihi Chimæricis fabulis ſimilis viſa fuit, donec re minutim juxta omnes circumſtantias exàminatâ, tandem inveni hoſce Cattos Volantes nil aliud eſſe, quàm Veſpertiliones ejus magnitudinis, quâ gallinam aut anſerem ſi non ſuperent, ſaltem æquent, iis in partibus ſtabulantes; & quoniam adinſtar felium toto corpore piloſi ſunt, ita à capite felium non multum abludunt, hinc vulgus iis Cattorum Volantium nomen indidit; qui verò per auxeſin dicunt, illos pennigeris alis inſtructos eſſe, illi audiendi non ſunt,

Catti Volantes utrum dentur verè, & quales ſint.

Catti volantes nil aliud ſunt quàm prægrandes Veſpertiliones.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſunt, cum illa omnia Naturæ dictamini contraria ſint; hæc enim fieri non poſſe, neque ullo unquam tempore viſum fuiſſe animal perfectum quadrupes, vero pennarum remigio inſtructum, ex animalium hiſtoriis conſtat; niſi fortè nonnulli fabuloſam antiquitatem ſecuti, ſphynges, gryphos, ſimiliaque Chimerica monſtra vera & reipſa exiſtere, ſibi imaginentur; quod ut gratis ſibi fingant, per me licet. Alas hujuſmodi Veſpertiliones habent non pennigeras, ſed cartilagineas, quibus non ſecus àc noſtrates aëra ſulcant; cartilagineæ verò alarum membranæ tot oſſeis ad longitudinem alarum fibris diſcriminatæ ſunt, ut pennigeras alas proximè adumbrent: hiſce membranis veluti ſacculo quodam obtecti, interdiu concavis arborum truncis ramiſque, uti & cavernarum fornicibus ungue ſe ſuſpendunt, non animalia, ſed ſacculos pendere diceres, ab inſectis animalculis hoc pacto eorum inimicis ſecuri. Scio hoſce nocturnos Cattos in *Indiæ* ſolitudinibus indigenas ad ſingulares cibi delicias ſtudioſè venari; in *China* quoque, *Surata*, cæteriſque adjacentibus Inſulis, quin & in *Braſilia* hujuſmodi monſtra reperiri, quæ nocturno tempore greges & jumenta pecorum vaccarumque aggreſſa, ſuctu ſanguinis lactiſque vitam ſuſtentare Illuſtriſſimus, dictarumque Regionum explorator eximius, Dominus Franciſcus Manuel *Luſitanus*, hìc *Romæ* non ſemel mihi narravit: Figuram Catti volantis hìc appoſitam vide. *Mogorum* quoque Regnum, uti fluminibus prægrandibus, ita quoque immanium Crocodilorum multitudine abundat. Unde qui *Gangem* aut *Indum* navigant, ſclopis cæteriſque armis inſtructos eſſe oportet, ut ſe contra horum animalium ferociam defendere queant; Sed de hiſce & ſimilibus vide *conferta Indicarum hiſtoriarum Monumenta*.

*Catti Volantes delicatum edulium.*

*Crocodilis abundat Indus.*

Addam hìc, quod de Crocodilis *in ſuo Itinerario* narrat *P. Ioannes à* Jesu *Maria*; hic *Goâ* in *Europam* redux, cum ad oſtium fluminis *Indi* perveniſſet, ibidem excenſione facta nonnemo ex itineris comitibus, arundinetum ingens paulò altiùs ingreſſus, mox ingentem ſibi Crocodilum obvium habuit, qui apertis faucibus eum jam prædam ſibi deſtinabat, interim ex interioribus arundineti receſſibus veloci curſu ſe ſiſtit Tigris; quid miſellus ageret inter tam immania monſtra, quorum utrumque obviæ ſibi prædæ inhiabat? Omni itaque humano deſtitutus auxilio ad Deiparam cæteroſque Sanctos confugiens quà votis eidem quà precibus dum ſe commendaret, ecce Tigris velociſſimo ſaltu prius in eum inſiliens, dum ſe ictum fugiens profundius incurvaret, Tigris evanido ſaltu recta in rictum Crocodili fertur, qui uti apertis faucibus erat, ita Tigrim capite arripiens loco miſeri hominis in tantum continuit, donec Tigris tot acutorum dentium ordinibus ſuffocata expiraret; in qua & dilanianda tantoperè occupabatur bellua, ut de nulla alia re jam ſollicita, homini commodam evadendi occaſionem præbuerit; hic Divina protectione omniumque ſtupore membrorum attonitus ad ſuos redux, quid ſibi accidiſſet, expoſuit, qui omnes debitas pro tanti muneris beneficio Deo Opt. Max. gratias reddentes, inſidaque ſtatione relicta iter proſecuti ſunt: hæc ex ſupra citato *Itinerario P. Joannis à* Jesu *Maria*, ſit fides penes Authorem. Verum de animalibus in ſequentibus plura. His itaque ritè expoſitis, jam iter ex *Agra* in *Europam* ordiamur.

*Mirus eventus, ex Itinerario P. Joannis à Jeſu Maria Carmelitæ.*

## Iter ex Agra Mogorum in Europam, *ex Relatione* PP. Joannis Gruberi *&* Henrici Roth, *quod bis confecerunt.*

Iter hoc varium eſt, nonnulli potiſſimum *Armeni* & *Perſæ* id per Regnum *Candahar*, quidam per *Caraſonorum* montes & deſerta ſuſcipiunt: Verùm quoniam hujuſmodi itinera ter-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

terreſtria magnis periculis & difficultatibus expoſita ſunt, plerique *Suratæ*, qui *Mogolici* Regni portus eſt, Oceano ſe committunt Indico. Ex *Agra* itaque proficiſcuntur in *Multan* urbem grandem, & hinc in *Baccar*, fluminum *Athec* & *Ravi* confluxu nobilem; ex *Baccar* per *Indum*, (ab hac enim urbe primùm *India* denominationem ſortitur) in *Schuan*, deinde in *Tatta*, & tandem in portum *Sindi*, ubi *Indus* in multa brachia diſcriminatus in Oceanum evolvitur, *Suratæ* proximum devecti ibidem commorantes opportunam occaſionem per mare operiuntur. Ex hoc portu in *Scharna*, *Araba*, *Quidel*, *Cabogaſch*, *Cabo Mußandan* provecti, Perſicum ſinum ingrediuntur, *Ormutium* Inſulam prætergreſſi, *Congo*, quæ eſt continentis *Coraſaniæ* portus, 40 dierum ſpatio appellunt. Hinc moventes in *Lec*, 80 dierum ſpatio pertingunt, & ex *Lec* in *Jaharon*, 20. & hinc in *Paſſeran* 30 diebus, & quadriduo hinc in *Schiras*, urbem prægrandem & regiam ſedem pertingunt, ubi etiamnum magna antiquitatis à *Cyro* Rege *Perſiæ*, ubi & ſepultus dicitur, ſummæ magnificentiæ veſtigia ſpectantur, quam quidam *Perſopolim*, alii *Suſam veterem* ſeu *Suſapolim*, alii *Cyropolim* eſſe exiſtimant: Quidquid ſit, ex *Perſicis hiſtoriis* certò conſtat, *Cyrum* Regem ibi quondam reſediſſe. Hinc centum leucarum intervallo in maximam *Parthiæ* urbem *Iſpahamum* pervenitur, regiam *Magni Sophi* ſedem; ubi *Julpha Armenorum* Suburbium nonnullis, ſeptimanis quietem ad inſtaurandas vires viatoribus conceſſit; ſedecim dierum itinere in *Caſchan*, & hinc 18. leucis in *Comum Hircaniæ* urbem, & hinc 40 leucis in *Sultaniam*, & hinc in *Ochus* regiam *Medorum*, & hinc in *Tauris*, quæ antiqua *Ecbatana* Regis *Aſſueri* regia fuiſſe creditur, ob innumera, quæ hinc inde ſpectantur, magnificentiſſimarum fabricarum rudera. Ex *Tauriſi* in *Julpham* ad *Araxin* 22 leucis, & ex hac in *Nachſevan* primam *Armeniæ* urbem octo dierum ſpatio pervenitur, ubi primò mons *Ararat* impenetrabili & nivoſi verticis celſitudine ſe in conſpectum dat; ex hinc in *Erivan*, quæ eſt Patriarchæ *Armenorum* ſedes, ad radicem montis *Ararat* ſita, monaſterio *Armenorum* celebris, de quo monte in noſtro Opere, Deo dante, quod *Arca Noë* inſcribitur, uberrima dabitur diſcurrendi materia. Ex *Erivan* itur in *Etſchmianin* ubi martyris *S. Gregorii Armenorum* Archiepiſcopi, & *S. Ripſimes*, Sociarumque locus, unà cum puteo, in quo *S. Gregorius* projectus 14 annorum ſpatio miraculosè vixit, oſtenditur. Hinc in *Arſeron Armeniæ* minoris rigidam & aſperam urbem, quam nonnulli *Nicopolim Armeniæ* fuiſſe putant, primam *Turcarum* imperio ſubjectam urbem Hinc *Tarut* 20 leucis, quam nonnulli *Cucuſam* eſſe volunt, exilio *S. Ioannis Chryſoſtomi* notam; & hinc in *Amaſeam Ponti*, deinde in *Oſmanſchick* 25 leucis, & hinc in *Tuſciam Lyciæ*, & deinde in *Amphipolim Phrygiæ*, ac *Niceam Bithyniæ*: concilio, 318 Patribus celeberrimam urbem; ex hinc *Pruſſiam Bithyniæ*, ac tandem ultimam *Aſiæ* minoris urbem *Smyrnam* pervenitur, ex qua deinde per Archipelagum vel *Venetias*, vel in *Siciliam* iter dirigitur. Atque hoc eſt iter bis à dictis PP. tentatum confectumque.

*Iſpaham Urbs Regia & ſedes.* *Caſchan.* *Comus.* *Sultania.* *Ochus.* *Tauris.* *Julpha ad Araxin.* *Naſchevan, 1. Armeniæ urbs.* *Mons Ararat.* *Erivan.* *Etſchmianin S. Gregorii & Ripſimes Martyrii locus.* *Arſeron.* *Tarut ſeu Cucuſa.* *Amaſea.* *Oſmanſchik.* *Tuſcia.* *Amphipolis.* *Nicea.* *Pruſſia.* *Smyrna.*

## *De itinere, quod ad detegendam viam facilem & expeditam in* Chinam *aliquouſque per* Uſbec *tentavit* P. Amatus Cheſaud Gallus, *Reſidentiæ Iſpahamenſis Superior, ex literis Perſicè ſcriptis ad* P. Athanaſium Kircherum *datis, quæ in Latinam linguam verſæ, ſic ſonant:*

*P. Amati Cheſaud Galli Iter.*

*Litteras iſtas non ſcribo* Hiſpahami, *ſed in via, reverſus ex urbe* Hairat Sfahanum, *ex qua urbe ferè annus eſt, quod diſceſſerim verſus* Balch, *quæ regia eſt* Usbek, *ut viderem, an ibi via eſſet poſſibilis penetrandi per dictum* Usbek *&* Turkeſtan *in* Chatao, *& hinc in* Chinam. *Verum ut perveni cum*

Legato

Keſalbax.

*Legato* Uſbek *ad fines* Kezalbax, *inveni illam viam difficilem eſſe & periculoſam. Igitur* Hairati (*quæ urbs olim* Sicandria *nomen habuit*) *aliquot menſibus demoratus fui, ibique propè locum vidi, quem antiqui* Bachtra *vocabant, ubi Univerſitas ſeu Academia eſt magna, quam ædificavit filius* Tamerlang *famoſi, quæ tamen paulatim deſtruitur & ruit ex incuria, ſicut & alia ædificia multa ibi olim extructa eo tempore, quo Regia illa in manibus* Usbequiorum *fuit. Ex hoc loco tandem veni in urbem* Maxahad, *quam illi* Sanctam *vocant, ibi Meſquita magna auroque ornata extat. Hoc in loco duos menſes ſedi, & cum doctis, quorum hic multi ſunt, diſputavi circa Legem, inveníque etiamſi clarè ſeu foris laudent propriam ſectam, tamen aliud ſentientes, Legem Regis tenendam judicant. Tempus horum nondum venit. Ex hoc loco diſceſſi venique in* Nixapor *&* Sabazuar, *quæ pertinent ad* Choraſan; *Inde tranſivi urbes* Setam, Damgan *&* Jamnam, *tandem* Kaxanum *attigi in Provincia* Aracand 30 Farſang, *id eſt, paraſangis* Sfahamo *diſtantem. Tractus iſte terrarum plerumque ſterilis eſt. Tandem* Sfahamum *redii, hicque ad obſequia R^a. V^æ. promptus maneo. Sed nunquid interim aliquid R^a. V^a. in lucem prodiit, nunquam oportet, talem arborem ſine fructu eſſe. Præter duos libros, quos ante aliquot annos ad me miſit, nihil ultrà ad manus meas pervenit. Ego hic compoſui aliquot* tractatus circa controverſias Legis in particulari: Reſponſum *Perſicè* ad Politorem Speculi. *Non ſcio quemquam, qui poſſit hoc negotium tractare Romæ melius, quàm R^a. V^a. quam rogo me certiorem reddat, ſi ſpes ſit ibi imprimi poſſe tales Libros; ſed timeo ne nullus inveniatur, qui ſumptus facere velit. In hac tamen re nihil aliud volo, quam id, quod Superiores ordinaverint, Tandem hoc præcipuè petit à R^a. V^a. minimus iſte Servus ipſius, ut epiſtolam hanc meam pro memoriali retineat, ut mei in ſuis SS. Sacrificiis nunquã obliviſcatur. Data prope* Xaxan *circa feſtum* S. Franciſci Xaverii.

Baſtra Academia Uſbek.

Maxabad.

Nixapor, Choraſan urbs.

# CAPUT VI.

## *Iter à* Marco Paulo Veneto *&* Haythone Armeno *in* Cataium *ſive* Sinas *confectum.*

CUm nullus ex veteribus ulti Orientis Regna *Marco Paulo Veneto* uberius deſcripſerit, mearum partium eſſe ratus ſum, ejus hoc loco veluti opportuno, iter in *Cataium* deſcribere; tametſi plurima occurant, quæ in hunc uſque diem à nemine Geographorum tum capta ſunt ob varietatem nominum; queis Regna, provincias, urbes, montes, flumina, lacus differentia ab omnibus aliis nuncupat, tum ob nonnullarum urbium deſcriptionem, quæ hodiernæ Geographiæ non congruunt; Accedit quod *Marcus Paulus Venetus* nullâ Sphæræ notitia fuerit inſtructus, hinc factum eſt, ut nullius urbis longitudinem latitudinemque deſignet, ex quarum unica notitia genuinus locorum ſitus deprehenditur. Sed jam ad iter ejus enarrandum nos accingamus.

Confuſum iter Marci Pauli Veneti.

Anno itaque 1269. *Balduino* Regni *Conſtantinopolitani* ſceptra tenente, duo illuſtres viri ex clariſſima Paulinorum familia, cives Veneti, *Nicolaus* & *Matthæus* navi variarum mercium copiâ inſtructâ *Conſtantinopolim* moverunt, ubi viribus nonnihil inſtauratis, *Ponto Euxino* ſe committentes, portum *Armeniæ*, quæ *Soldadia* appellatur, felicibus zephyris flantibus appulerunt; quiſnam verò hic portus *Soldadiæ* ſit, comperire non licuit; ego *Trapezontem* interpretor, cum nullus ad mare *Euxinum* propriè *Armenorum* portus ſit; neque quod Regnum illud *Bartzæ* ſit, comperire licuit. Ex *Bartzæ* Regno

Cauſa & origo ſuſcepti in Cataium itineris.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Bocharæ* triennium ſubſiſtunt, & linguam Tartaricam addiſcunt.

Regno *Bocharam* urbem ad fluvium *Oxum* in *Usbek* Regno ſitam, magnis terrurum ambagibus pervenerunt, ubi bellorum tumultibus Regem *Bartzæ* inter & *Tartarorum* Regem exortis, dum qua via ad patriam redirent neſcii, novo conſilio inito, ibidem integro permanſerunt triennio, & ne otio torpeſcerent, interim Tartaricæ linguæ addiſcendæ ſummo ſtudio incubuerunt. Hoc itaque rerum ſtatu Legatus quidam à Rege *Allau* ad magnum *Tartariæ* Imperatorem *Bacharam* peroraturus venit, ubi cum memoratos viros reperiſſet, nihil non egit, tum ob egregiam morum normam, tum ob linguæ Tartaricæ, quam poſſidebant, peritiam, ipſos ſecum ad *Magni Cham*, utique quàm acceptiſſimos ipſi futuros, ſecum abduceret; acquieſcentes itaque conſilio Legati, poſt multorum menſium decurſum, iter, tandem ſe *Magno Cham* ſiſtunt. Hic primùm Latinorum virorum pulchram indolem miratus, tum curioſitate ductus rerum *Europæarum*, totus fuit in explorando Regionum Occidentalium gubernandi modo & ratione, de Pontifice, Cæſare, de totius Imperii ritibus, tum bellorum tum pacis tempore obſervatis; ad quæ cum ſapienter reſpondiſſent, adeò Imperatorem moverunt, ut inito cum Satrapis conſilio, tandem de ſolenni Legatione ad Pontificem Romanum adornandâ concluſum ſit, quam & ſuo nomine hiſce viris Paulinis, quorum fidem & ſinceritatem experimento jam dudum compererat, expediendam imponit, unà cum tabula aurea literiſque, quibus centum viri doctrinâ & ſapientiâ conſpicui, ſibi ad ſubditos ſuos in fide Chriſtiana, quam omnium optimam & integerrimam eſſe dicebat, inſtituendos tranſmitteret. Viri itaque acceptatâ Legatione voluntatem Imperatoris expleturi, mox ſe itineri committunt; tabulâ aureâ inſtructi, quâ oſtensâ utpote ſigillo *Magni Cham* ſignatâ, per totum quà tranſituri erant *Tartaricum* Imperium, literiſque queis à vectigalibus & quorumcunque tandem importunitate immunes, ab omnibus ſummo honore & benevolentia exciperentur, ſubditis præcipiebatur. Iter itaque magnâ tabulæ aureæ fiduciâ proſecuti, poſt multorum menſium ſpacium tandem *Balzram* *Armeniorum* portum (qualis verò hic portus fuerit, an ad mare *Caſpium*: an ad *Euximum*, hucuſque mihi incompertum eſt) veriſimilius eſt fuiſſe portum *Trapezuntinum*, in angulo *Ponti Euxini* conſtitutum; ſiquidem ex hoc portu intra paucos menſes portum *Anconitanum* Anno 1272. tenuerunt, quod ex mari *Caſpio* propter immenſum terrarum regionumque interjectum ſpacium, fieri non potuiſſet.

Cum Legato Regis *Allau* ad *Magnum Cham* proficiſcuntur.

*Magnus Cham* honorificè illos ſuſcipit.

Conſilium de Legatione ad Pontificem Rom. adornanda initur.

Itineri in *Europam* ſe committunt.

*Armeniorum* portum *Balzram* appellunt, & hinc *Anconam*.

Porrò *Anconæ* undè diſceſſerant reſtituti, de morte *Clementis* IV. perceptâ famâ, neque quenquam alium in Sedem Apoſtolicam ſurrogatum, conſilii inopes non parum conturbati fuerunt. Interim *Venetias* patrios lares reviſuri contendunt, novam interim Pontificis electionem operiebant, ubi *Nicolaus* uxorem quam in abitu ſuo prægnantem reliquerat, fatis ceſſiſſe reperit, relicto quindecim annorum *Marco* filio, qui poſtea & parentis ſui in derelictas à patre remotiſſimas *Aſiæ* regiones comes, & unà hnjus *Geographicæ hiſtoriæ* Author & conſcriptor fuit. Novo itaque Pontifice, ſub nomine *Gregorii* X. *Rudolpho* Imperante, unanimibus Cardinalium ſuffragiis electo, *Anconam* revertuntur, Literas *Magni Cham* Pontifici unà cum muneribus tranſmittunt, quibus motus, de opportuna Euangelii propagandi occaſione vehementer gaviſus, literas ad *Magnum Cham*, quibus omnia ea continebantur, quæ ad Chriſtianæ Legis religionem, atque ad animum Magni Regis jam dudum ad ſacroſanctam Chriſti Legem ſuſcipiendam proclivem, melius imbuendum neceſſaria videbantur, dedit, adjunctis duobus è Dominicanorum familia præſtantibus doctrinâ Viris *Quilelmo Tripolitano* & *Nicolao*, cujus cognomen

Mors *Clementis* IV. Pontificis.

*Venetias* contendunt.

Literæ *Magni Cham* novo Pontifici *Gregorio* traduntur.

Ex Ord. Prædicat. ad *Magnum Cham* Miſſionarii.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

gnomen non additur. Hi itaque jam votis ſuis expleti, iter ordiuntur in Orientem, tandem longo itinere terrâ marique *Armeniam* ingreſſi, bellorum tumultibus *Armenos* inter & *Babylonis* Soltanum exortis, omnia turbata cum reperiſſent, patres Prædicatores timore perculſi, derelictâ ulterioris itineris proſecutione in *Armenia* reſtiterunt; Nicolaus verò cum Marco Paulo filio, omni periculo repudiato, ex ſummo, quo plenam ſatisfactionem *Magno Cham* de expedita legatione dare nitebantur, deſiderio adorti, ad eum magno labore itinerumque incognitorum periculo expoſiti, in urbem *Clemeniſu* appulerunt; quorum adventu *Cublai magnus Cham* mox ubi certior factus, quadraginta dierum ſpatio nuncios ſuos, qui ipſos omni humanitatis genere, rerumque neceſſariarum ubertate exceptos ad ſe adducerent, obviam amandavit. Itaque in conſpectum *Magni Cham* admiſſi ſolitis venerationis ſignis exhibitis, quod ipſis impoſitum erat, expoſuerunt, Literas Pontificis unà cum phyala olei ex Dominici ſepulchri lampade deſumpti, prout ipſis à *Cublai* demandatum erat, exhibuerunt; Marci quoque Nicolai filii indolem admiratus, tali utrumque honore proſecutus fuit, ut eos intra domeſticos, quod maximi honoris ſignum erat, receperit, eoque variis in remotiſſimas Imperii ſui provincias legationibus, tum ob ſingularem, quæ in eo eluceſcebat, prudentiam, negotiorumque expediendorum inſignem dexteritatem, tum ob eximiam quatuor diverſorum Idiomatum cognitionem, ſummo ſuo emolumento uſus ſit; & uti Imperatorem curioſioribus naturæ ſpectaculis, morumque legibus capi advertit, ita quoque quæcunque rara, mira & exotica in diverſis legationis ſuæ, itinerumque ambagibus obſervavit, illa ſummo ſtudio deſcripta *Magno Cham* exhibuit, quibus dici vix poteſt, quantam apud eum gratiam inivérit, donec tandem deſiderio patriæ percitus, poſt 17 annorum peractum diverſarum legationum munus, licentiâ ab Imperatore quantumvis ægrè obtentâ, per incognitas terrarum, mariumque ſemitas ſalvi & incolumes innumeris peragratis Regionibus, anno 1295. *Venetias* redierunt. Quibus quidem obiter expoſitis, nihil reſtat, niſi ut iter ejus in *Cataium* paulò fuſius deſcribamus, cum multa, uti ſuprà dixi, occurrerint, quæ Geographos mirè perplexos teneant.

*In Tartariæ urbem Clemeniſu ad Magnum Cham appellunt.*

*Munera Pontificis & literas offerunt.*

*Marcus Paulus filius Nicolai peracceptus Magno Cham.*

*Poſt 17 annorum apud Cham moram obtentâ licentiâ in patriã redeunt.*

## *Iter Marci Pauli Veneti.*

Mari itaque Mediterraneo, *Anatolia*, *Armenia*, *Perſide* peragrata, ad *Balaſciam* regionem pervenit, quam nos *Coraſinam* eſſe putamus, *Perſidem* inter & *Mogulum* Regnum interjectam: Ex hoc loco vitato in Meridiem itinere, inter Boream & Ortum, quem *Nordoſt* vocant, iter ſuum inſtituit; hinc per deſerta, deindè per altiſſimum montem *Belor*, quem ſuprà deſcripſimus, in Regnum *Caſſar*, quod hodie *Caſcar* vocant, pervenit, *magno Chan* pro tempore tributarium, partim Chriſtianis Neſtorianis, partim Mahumedanis inhabitatum; hinc verſus Boream deflectens *Samarcandam* ſubiit Magni *Tammerlanis* Regiam, in Regnum *Carcham*, quod hodiè *Iarcham* dicitur; ex hoc in *Peim* & *Ciarciam* urbes, & tandem in *Camul* & *Tarphan*, *Tanchutici* tunc temporis Imperii Provincias, modò *Uſbekiorum* imperio ſubditam, per deſertum *Lop* progreſſi ſunt; quæ omnia, quæ ſupra de Itinere Benedicti Goëſii adduximus, correſpondent. Hinc tamen verſus *Cataium* breviſſimum iter non eſt proſecutus, ſed verſus Boream declinans ad *Campition* urbem *Tangutici* Regni metropolim pervenit, ubi inter Orientem & Meridiem, hoc eſt, Euronothum progredientibus ingreſſus incipit in *Cataium* per deſertum; ſpreto tamen hoc itinere verſus Boream identidem progreſſus, variiſque *Tartariæ* Orientalis Provinciis, Regniſq; peragratis, pluribuſque in iis Chriſtianis repertis, tandem

*Balaſcia.*

*Caſcar.*

*Samarcandam.*

*Iarcham.*

*Peim.*

*Ciarcia.*

*Camul.*

*Tarphan.*

*Lop deſertum.*

*Campition.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Cambalu Magni Cham* Regia.

*Cur nulla muri Sinenſis in itinere à M. Paulo fiat mentio.*

tandem *Cambalù magni Chan* Regiam appulit, de cujus urbis vaſtitate & etymologia ſupra fuſe egimus; ubi vehementer miror, *Paulum Venetum* nullam murorum *Sinenſis* Imperii, per quos neceſſario tranſire debebat, mentionem feciſſe; forſan ad Oceanum Orientalem, ad quem ſe perveniſſe ſcribit, per Aquilonaria Regna longè latéque divagatus, per *Coreanum* Sinum maritimo itinere intra *Cataium*, id eſt, *Chinam* perveniſſe vero haud abſimile eſt: Siquidem quæcunque de *Cataio* impoſterum narrat, quæcunque de civitatum vaſtitate & magnificentia, de populorum Mercatorumqne frequentia, de rerum omnium humanæ vitæ neceſſariarum ubertate, de fluminum amniumque multitudine, de pontium admiranda ſtructura recenſet, illa utique nulli alteri Regioni, Regno & Imperio, præterquam vaſtiſſimo *Sinarum* conveniunt, cui & Sinica civitatum nomina mores & conſuetudines prorsùs conſonant; uti in præcedentibus fusè oſtenſum fuit. Imò *Haython Armenus* Monachus Præmonſtratenſis, ex Regia ſtirpe natus, totius Orientis luſtrator, quæcunque ex *Paulo Veneto* longius enarrata ſunt de Regno *Cathaico*, ipſe ſub Religioſi Viri fide confirmat, utpotè qui anno 1307. omnia illa ultimi Orientis Regna propriis oculis inſpexit, quorum itinerum rationem, cauſam occaſionemque poſtea exponemus. De Regno autem *Cathay* Cap. primo ſuæ hiſtoriæ ita loquitur: *Regnum* Cathay *eſt maximum quod in Orbe valeat inveniri, & eſt repletum gentibus & divitiis infinitis, & in Oceani littore habet ſitum. Homines illarum partium ſunt ſagaciſſimi & omni calliditate repleti, & ideò in omni ſcientia vilipendunt omnes alias nationes, & dicunt, quod ipſi ſoli ſint, qui duobus luminibus reſpiciunt; cæteri verò uno tantum; communiter parvos habent oculos, & naturaliter barbâ carent; & inſuper de iſto Regno dicitur, quod eſt in principio Mundi, quia eſt in Oriente ab uno capite, & in illa parte, nulla eſt aliarum habitatio gentium, ut refertur. Ex Occidente habet ſuos confines cum Regno* Tarſæ; *ex Septentrione cum deſerto* Belgian; *ex Ortu verò & Meridie ſunt Inſulæ maris Oceani innumerabiles.* Quibus verbis *Cathaium* ſive *Chinam* ita deſcribit, ut in nullo à moderno ejus ſitu, moribus gentium, cæteriſque *Chinæ* propriis diſcrepet.

*Cathaii ab Haythone deſcritio.*

## CAPUT VII.

### *De Chriſtianæ fidei in dicta* Tartariæ & Catay *Regna per jam expoſita itinera introductione.*

CUm in omnibus jam dictis itineribus nullo non tempore Chriſtianorum nomen memoretur; Dubium nullum eſſe debet Lectori, Euangelicam Chriſtianæ Legis doctrinam à primis uſque temporibus primitivæ Eccleſiæ in memorata ultima Orientis Regna per intermedia, vel per ipſos Apoſtolos, vel per eorum diſcipulos, & in Apoſtolico munere ſucceſſores introductam fuiſſe. Quod ut quam luculentiſſimè pateat, Apoſtolicis omnium ſeculorum expeditionibus in iſtiuſmodi Regna peractis agere conſtitui: Et tametſi in præcedentibus de S. Thomæ expeditionibus in *Indiam* & viciniora Regna egerimus, hîc tamen quomodò tum ope S. Thomæ, tum S. Philippi, Bartholomæi, Thadæi, cæterorumque Apoſtolorum in Mediterraneæ *Indiæ* Regna uſque ad ipſos ultimos *Tartariæ* terminos Sacroſanctum Chriſti Euangelium propagatum ſit, demonſtrare contendo. Quod dum facio, multum ſanè luminis ab eximio *P. Henrico Rhodio*, qui univerſam penè *Indiam* peragraverat, accepi: ſiquidem ex *Goa* in *Mogolum* Regnum miſſus in *Dalcan*, quodmodò Regnum *Viſipor* dicitur,

*Iter P. Henrici Roth per Indiam.*

*Gati*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Gati* monte ſuperato venit in *Colconda*, & hinc in *Montipur* & rectò in Boream itinere *Bengalam* & *Decanum* Regnum, & hinc per *Delli* urbem rectâ *Agram Moguli* Regis curiam pervenit; quam autem rara & curioſa in tanto itinere obſervarit, ipſemet ſuo tempore in Itinerario ſuo luci dabit; hic, inquam, cum de *Narſingæ* Regno & *Meliaporæ* reliquiis S. Thomæ celeberrimis rationaretur, dixit, in hunc uſque diem in Chriſtianorum Archivio præter alia, iter quoque, quod Sanctus Apoſtolus ex *Iudæa* in *Indiam* confeciſſet, conſervari, ſeque ex Syriaca lingua in Latinam verſum penes ſe habere; quod cum vehementer deſiderarem, votis meis non illibenter annuit; Eſt autem id quod ſequitur. In univerſali Orbis terrarum ab Apoſtolis Hieroſolymis facta diſtributione, ad Divini Euangelii propagationem, S. Thomæ *Indiam* obtigiſſe, ex *Eccleſiaſtica hiſtoria* conſtat, quo ut pertingeret, iter tale orditus eſt: *Ex Iudæa*, *Syria*, *Armenia*, *Meſopotamia* peragrata in quandam Perſidis urbem pervenit, quæ *Soldania* dicitur, ubi Divini verbi ſemente ſparſâ ingentem Chriſtianorum meſſem obtinuit. Hinc verò per Regnum *Candahar*, & *Cabul*, quæ 40 leucis diſtat *Candahar*; *Cabul* verò *Galabor* quoque dicitur, per quam S. Apoſtolus egreſſus eſt per montes altos in regionem, quæ in hunc uſque diem حورستان *Gavorſtan* à *Mauris* dicitur, id eſt, *Regio infidelium*, ſic enim nominant Chriſtianos, qui etiamnum ibi perſeverant, Chriſtiani S. Thomæ dicti, qui uti montibus altiſſimis à natura muniti ſunt, ita non facilè aditus in eam conceditur, etſi quandoque nonnulli *Saraceni* penetrent, ſtatim tamen ex perfidæ ſectæ odio jugulantur; Gentiles verò ſuſcipiuntur, & tametſi varios Chriſtianæ Religionis ritus ſervent, Crucem triplicem frontibus & temporibus rubro ſantali colore effictam imprimant, infantes aquis tingant; accidit tamen ſucceſſu temporis, ut ſylveſcente ob Apoſtolicorum virorum penuriam

*Itinerarium S. Thomæ Apoſtoli, ex Iudæa in Indiam.*

*Gavorſtan Natio Chriſtianorum, qui S. Thomæ dicuntur.*

Eccleſiâ, unà cum Chriſtianæ fidei nonnullis ſcintillulis adhuc ibidem relictis, cœterum tota Natio variis ſuperſtitionibus, errorumque fœdis contaminata maculis, cum tempore ſuccubuerit; quæ P. Nicolaus Trigautius in itinere Benedicti Goës in *Cataium* ſuſcepto, his verbis confirmat: *Poſtquam in aliud oppidum exiguum pervenerunt cui nomen* Paſſaur, *obviam habuerunt quendam Anachoretam, à quo intellexerunt 30 dierum itinere urbem eſſe Chriſtianorum, nomine* Caphurſtan, *in quam aditus* Saracenis *minimè permittitur, adeuntes verò capite plectuntur: Ethnici tamen negotiatores minimè prohibentur ingreſſu urbium, ſed à templis tamen excluduntur: narrabat illius Regionis incolas omnes non niſi atratos ad templa procedere, agrum eſſe feracem & uvæ copiam reperiri.* Quæ narratio ipſi ſuſpicionem movit; haud dubiè illic Chriſtianorum adhuc, etſi degenerorum, habitationem eſſe, quod & aliàs audiverat. Quæ res poſt Goëſium noſtris in *Mogulis* Regno fidei Chriſtianæ propagatoribus, ita demùm innotuit, ut proindè nemini amplius de rei veritate dubium eſſe debeat; Undè in hunc diem Chriſtiani S. Thomæ dicuntur, & forſan jam Chriſto aggregati fuiſſent, ſi operariorum penuria non obſtitiſſet.

*Nic. Trigautius.*

Porrò ex *Caphurſtan* D. Thomas penetraſſe dicitur *Guzaratam* minorem, non longè à Regno *Caſmir*, de quo ſuprà, à *Lahor* triduano itinere ad Septentrionem ſuſcepto diſſitam: deindè dicitur per montes Tebeticos longis terrarum ambagibus verſus *Bengalam*, ac tandem per Regnum *Decan Meliaporam* appuliſſe. Fertur relatione fide dignâ in Eccleſiæ Meliaporenſis archivio literas adhuc Syriaca lingua in pervetuſto pergameno ſcriptas conſervari, quibus S. Thomas Epiſcopos in dictis Regnis à ſe conſecratos, id eſt, ex *Candahar*, *Cabul*, *Caphurſtan*, *Guzarata* minori, cæteriſque conterminis locis ad Concilium Meliaporenſe evocârat; Quod ſi ita eſt, dolendum ſanè, non eſſe, qui tantæ antiquitatis Eccleſiaſticæ

*Guzarata minor.*

*Epiſcopi à S. Thoma in dictis Regionibus conſecrati.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſticæ theſauros Latini juris fecerint. Quicquid ſit, S. Thomam Apoſtolum primum ad *Parthos* profectum, Author eſt *Origenes*, & *Euſebius*, eundem *Indos* quoque petiiſſe, tradit *Gregorius Nazianzenus hom. cont. Arianos*; *Theodoretus* hiſce conſentit, Sancto Thomæ Apoſtolo *Parthos*, *Perſas*, *Medos*, *Brachmanos*, *Indos*, cœteraſque finitimas nationes Chriſti Euangelium ſuſcepiſſe, adſcribi debere; Ad *Taprabanam* quoque, quam hodiè *Sumatram* vocant, eum veniſſe *Nicephorus* tradit, quæ cum non remota ſit à Regno Sinarum, certè in id quoque in propria perſona ſeſe contuliſſe vero haud abſimile cuipiam videri queat, qui quæ ſuprà de D. Thomæ Apoſtoli itineribus recenſuimus, ritè intellexerit, quæ & fuſiùs proſequitur *Oſorius* Sylvenſis Epiſcopus, qui res Indicas luculentiſſimè ſcripſit: Unde ex hiſce regionibus jam enarratis, videlicet ex *Cabul*, *Caphurſtan*, *Tibet*, *Mogul*, facilè per ſucceſſores Epiſcopos in ulteriores Provincias & Regna, uſque ad ultimum *Tartariæ* terminum, Sacrum Chriſti Euangelium propagari potuit; id ſane apertè dicit *Ortelius*, qui Regnum *Argon* in ultimo Septentrionis angulo conſtitutum, Chriſtianorum dicit à S. Thoma ad fidem Chriſti converſum: ſubintellige à Succeſſoribus ſuis, ut hoc pacto nullus Mundi angulus foret, qui ſuà curâ & ſollicitudine Euangelii luce non ſit repletus.

*Orig. 2. Gen. l. 3. Euſeb. l. 3. c. 1. Theodoret. de Verit. Euang. l. 9.*

*Nicephorus lib. 2. cap. 40.*

*Archon* Regnum *Tartariæ*, ubi Chriſtiani Thomæi

S. Philippum *Aſiam* quoque Superiorem Euangelio imbuiſſe *Nicephorus* tradit *l. 2. c. 39.* Eſt autem *Aſia* Superior nihil aliud, quam vaſtum illud ſpacium *Aſiæ* Majoris, quam *Scythiam* trans & ultra *Imaum* Veteres appellarunt; ſuntque omnes illæ Regiones, quas tum ad extremos Oceani Orientalis limites, tum circa mare *Caſpium*, uti *Georgiam*, *Iberiam*, *Albaniam*, *Micreliam*, *Armeniam*, & tranſmarinæ *Tartariæ Aſiaticæ* partem complectitur, ex quibus deinde ulteriori propagine in longe latéque circumfuſorum Regnorum multitudinem *Tebet*, *Indoſtan*, *Tanchut* &c.

S. Philippus Apoſtolus.

Divini Verbi Euangelium tranſplantatum fuit. Sanctum quoque Bartholomæum Lycaones *Armeniæ majoris* populos fide Chriſti imbuiſſe *Chryſoſtomus*, *Albanos Sophrinus*, *Indos* citeriores *Origenes* teſtatur. *Panthenus* Philoſophus Chriſtianus ad *Indos* peregrinatus Bartholomæi prædicatione eam virentem adhuc ſe inveniſſe dicit. Qui plura de hiſce noſſe cupit, is conſulat *Hiſtoriam Armenorum*, quam *Ciarrentir*, id eſt, *Librum narrationum* vocant, quem *Clemens Galanus* Clericus Regularis, qui *Armeniæ*, *Georgiæ* cœterarumque *Colchidos* Regionum multis annis operarium egit, hîc *Romæ* luci dedit.

S. Bartholomæus Apoſtolus. *Chryſoſt. hom. 12. de Apoſt. Sephr. apud S. Hieron. de Script. Eccleſ. Orig. in Gen. l. 3. Hiſtoria Armenorum Giarrentir* dicta.

Primùm itaque fides Chriſti per Apoſtolos Thomam, Philippum, Bartholomæum in dicta Regna introducta fuit, quæ deinde multorum annorum decurſu per eorundem Succeſſores, viros ſanctos, & Spiritus Sancti gratia illuminatos propagata excultaque Divinæ Legis luce ſe per univerſum Orientem magno animarum lucro diffudit, donec penuriâ operariorum populi diſſolutiorem vitam ambientes, à ſuſceptæ fidei rectitudine degeneres, nec non gentilium ritibus contaminati, prorſus à via recta defecerunt. Siquidem poſt annum Salutis 400 Satanæ inſtinctu exitialis Arii, Neſtorii, Dioſcori, cœterorumque Hæreticorum, potiſſimum Neſtoriana Hæreſis, uti terrarum & potiſſimum orthodoxam Chriſti fidem horrenda clade affecit, ita potiſſimum *Colchidem*, *Armeniam*, *Perſidem*, *Turcheſtanem*, ultimoſque *Tartariæ Aſiaticæ* terminos peſtiferæ doctrinæ toxico ita infecit, ut teſte *Marco Paulo* & *Hyathone* nullus dictarum Regionum locus ſit, quem non fœdè contaminârint. Acceſſit hiſce anno 632. circiter, infeſtus Mundo impii Mahumetis ortus, qui veluti tumentium fluctuum inundatione magnam Orbis terræ portionem offundens, iniquiſſimis ſuis legibus ſubjecit; Unde accidit, ut Chriſti fideles, ac potiſſimum Sacerdotalis Ordinis Viri, extorres patriâ, paulatim in inte-

Chriſtiani quando Hæretica pravitate infecti.

Quantũ infecerit Mundum perfida Mahumetis lex.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

interioris *Aſiæ* Provincias, ſive perſecutionis metu, ſive voluntario exilio conceſſerint; qui zelo domus Dei armati, nec non deſiderio, avitam Orthoxæ fidei religionem propagandi deſiderio perciti, vel ipſam *Chinam* penetrarunt, in qua quanto cum Chriſtianæ Reipublicæ emolumento laboraverint, monumentum Syro-Sinicum ſuprà expoſitum luculenter docet. Quoniam verò nihil in humanis rebus ſtabile & ſolidum, ita quoque fides in dictas regiones introducta, ſive ex Apoſtolicorum Virorum penuria, ſive ex peſſima Chriſtianorum degeneratione flacceſcens, modò ad Idolatricam, nunc ad Mahumetanam, jam ad Hæreticorum Neſtorianorum religionem, ad quam unumquemque proprii genii libido trahebat, deflexit; duravitque potiſſimum in *Tartaria* Orientali, hujuſmodi Orthodoxæ fidei, nunc ſuſceptæ, nunc repudiatæ viciſſitudo uſque ad annum 1253, quo (uti *Haython Armenus* regia ſtirpe natus ſcribit) Haython Armeniæ *Rex frater ejus*, *dum* Turcarum *in Regno ſuo vaſtatores ultra ferre non poſſet*, *novò conſilio inito Divini Numinis inſtinctu in propria perſona ad* Magnum Cham Tartarorum *Imperatorem*, *quem* Paulus Venetus Cublai à Cingiſcan, *à primo* Tartarorum *Rege ſextum Imperatorem vocat*, *qui rerum in* Tartaria *&* Catayo *potiebatur*, *tum ad belli fœdus contra* Saracenos *pangendum*, *tum ad benevolentiam & favorem omnium potentiſſimi principis adRempublicam Chriſtianam in pacifico ſtatu conſtituendam*, *profectus in* Almalech, *id eſt*, Cambalu Magni Cham *curiam ingentibus itinerum erroribus appulit:* Magnus *verò* Cham, *ſeu* Cublai *de ejus adventu ſummo voluptatis ſenſu perfuſus*, *ſummo eum*, *prout merebatur*, *honore*, *& benevolentia excepit*, *muneribus maximis ditavit*, *& ut exemplũ ſuum ſecuti idem facerent*; *Satrapis ſuis præcepit. Itaque cum nonnullis ſeptimanis Rex* Haython *ex diuturnis ſe itineris laboribus fractum refocillaſſet*, *tum Imperatorem adiit*, *ſui tam longinqui itineris cauſam ei magno rationum pondere aperuit*; *Imperator juſtis petitionis ſuæ rationibus perceptis*, *tum vel maximè Regiæ Perſonæ tot tantiſque laboribus*, *tot itinerum periculis ſeſe*, *tum pro Regni ſui quiete*, *tum pro publico Chriſtiani Orbis emolumento exponentis dignationem miratus*, *quæcunque peteret*, *pro ea*, *qua erat clementia*, *ſe conceſſurum pollicitus eſt*; Haython *acceptato tam profuſo promptæ voluntatis obſequio*, *ſeptem veluti ſuarum petitionum puncta in ſcriptis dedit*, *quorum primum erat*, *ut* Magnus Cham *Chriſti fidem amplexaretur. Secundum*, *ut Chriſtianos inter &* Tartaros *perpetuum amicitiæ fœdus ſtabiliretur. Tertium*, *ut in omnibus iis Regnis*, *quæ* Tartari *ſuo ſubjecerant Imperio*, *Chriſtiani*, *eorumque Eccleſiæ ab omni perſecutione liberi*, *ſua fruerentur immunitate tam Eccleſiaſtici quàm Laici. Quartum*, *ut moto Exercitu ſuo ſanctum Chriſti Servatoris ſepulchrum à* Turcarum *Tyrannide ereptum*, *unà cum* Terra Sancta *à* Saracenis *occupata Chriſtianis reſtituatur. Quintum*, *ut ad potentiſſimum* Baldachi Caliphum *exterminandum auxiliares copias ſibi jungeret. Sextum*, *ut ſibi indultum concederet*, *quo fretus ubicunque à* Tartaris *præſertim* Armeniæ *vicinioribus auxilium imploraret*, *omni poſt poſità morâ illud ſibi dare tenerentur. Septimum*, *ut privilegia & Iuriſdictiones* Armeniæ *Regni ſui*, *quod primò* Saraceni *occupaverant*, *& deindè à* Tartaris *expulſi id* Magni Cham *Tributarii Reges poſſederant*, *ſibi* Armeniæ *Regi reſtituerentur.* Magnus Cham, *auditis Regis poſtulationibus*, *confeſtim convocato Procerum concilio*, *coram omnibus Regi in ſua præſentiâ conſtituto hiſce verbis reſpondit: Quoniam Rex* Armeniæ *de longinquis partibus ad Imperium noſtrum venit non compulſus*, *ſed ſpontaneâ ſua voluntate motus*; *ſanè minimè Imperatoriam Majeſtatem dedecet*, *ejus tam honeſtis poſtulatis annuere*, *ejuſque votis modis omnibus obſecundare*, *preces itaque veſtras acceptamus*, *& cunctas cum Dei beneplacito adimpleri curabimus. Primò quidem ego Imperator &* Tartarorum *Dominus me faciam baptizari*, *tenebo fidem*, *quam tenent hodiè Chriſtiani*, *omnibuſq; meo*

Orthodoxæ fidei in *China* inſtauratio.

*Haython Armeniæ* Rex, convertit *Magnum Cham.*

Conditiones, ſeu poſtulata propoſita à Rege *Armeniæ Magno Cham.*

Reſponſio *Magni Cham* ad Regem *Armeniæ.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*meo ſubjectis imperio conſulam, ut idem faciant, non tamen ea intentione, ut cuipiam violentiam facere cupiam. Ad ſecundum reſpondemus, & efficaciter intendimus, jubemuſque, ut pax Chriſtianos inter &* Tartaros *perpetua, inviolabili tenore ſtabiliatur. Volumus etiam, ut omnes Chriſtianorum Eccleſiæ & Clerici cujuſcunque conditionis extiterint, ſive Seculares, ſive Religioſi, in omnibus noſtro Imperio ſubjectis Provinciis privilegio gaudeant libertatis, nec liceat alicui ullo modo iis inferre moleſtiam. Ad* Terram Sanctam *quod attinet, dicimus, quoniam ſi commodè poſſemus; ob reverentiam Domini noſtri* JESU *Chriſti perſonaliter veniremus, ſed quia multum nobis negotii eſt in hiſce noſtris Regnis, Fratri noſtro* Haolono *dabimus in mandatis, ut negotium iſtud, ſicut decet, ducat per omnia in effectum: Eruet enim civitatem* Jeruſalem *& totam* Terram Sanctam *de manibus Paganorum, & iſtam reſtituet Chriſtianis. Quod verò* Caliphum *de* Baldach *concernit, nos in mandatis dabimus* Baydo *Capitaneo* Tartarorum, *iiſque, qui ſunt in Regnis* Turciæ, *& aliis, qui ſunt circa illas Regiones, ut omnes ſub jugum ducant, &* Caliphum *capitalem inimicum noſtrum prorſus deſtruant. De privilegio verò quod quærit habere Rex* Armeniæ *ſubſidio* Tartarorum, *volumus, ut illi juxta voluntatem ſuam ſatisfiat, quod & libenter confirmari volumus. Ultimò verò de eo, quod Rex* Armeniæ *requirit, quatenus terras Regni ſui per* Saracenos *ablatas & poſtmodum per* Tartaros *occupatas ſibi reſtitui faciamus, hoc etiam concedimus liberaliter & libenter, & volumus, ut frater noſter* Haolonus *omnes dictas terras ſine mora reſtituat, & ulterius volumus & mandamus, ut de terris, quas acquiſivimus, plura caſtra dicto Regi in augmentum & tutelam Regni ſui de ſpeciali gratia concedantur.* Hæc *Haytho Armenus*, qui hujus *Armeniæ* Regis frater erat, & unà cum eo ad *Magnum Cham* in ultimam *Tartariam* itineris individuus comes. Puncta, quæ poſtulaverat *Haython* Rex à *Magno Cham*, mirabili fidei & ſinceritatis conſtantia obtinuit; Nam ut *Armenus* hujus Hiſtoriæ ſcriptor teſtatur *c.* 24. primum punctum, quod Baptiſmum concernebat, ſine mora explevit; Poſt inſtructionem enim in fide Chriſtiana peractam, Baptiſmum unà cum univerſa ſua Domo, Aulæque proceribus, cœteriſque per Epiſcopum quendam *Armeniæ* Cancellarium ſuſcepit; per *Haolonum* verò fratrem ſuum Rex *Armeniæ* jam legatione quàm feliciſſimè peracta, & votorum ſuorum compos factus, *Haoloni* comes, poſtquam Regno ſuo reſtitutus fuiſſet, totam *Perſidem* Rege tunc deſtitutam, ſine ulla ferè reſiſtentia occupavit; *Caliphum* quoque in urbe *Baldach* obſeſſum, civitatem innumeris divitiis refertam exſpoliavit; *Caliphum* verò perfidæ Religionis Mahumetanæ caput, avaritiæ vitio laborantem, pecuniis ad exercitum comparandum reſervatis, in turrim incluſit, ubi objectis auro, argento, gemmiſque precioſis, ut inde vitam ſuam, ſi poſſet, ſuſtentaret, omni cibo, potuque privatum fame interemit, ſic eum allocutus: *Si theſaurum hunc non tam avarè & tenaciter ſervaſſes, teipſum & civitatem liberaſſes; nunc igitur fruere theſauro tuo, atque ex eo comede & bibe, quem tantopere delexiſti*, Atque in hunc modum ille theſauro incumbens fame periit. Converſo deinde contra *Turciam* Exercitu univerſam obtinuit, *Halepum* fortiſſimam, populoſiſſimam, nec non ingenti divitiarum opulentia confertam urbem, poſt 9 dierum obſidionem in ſuam recepit poteſtatem; quâ occupatâ, *Damaſco* pari animi fortitudine expugnatâ, exſpoliataque, univerſam deinde *Terram Sanctam* uſque ad deſertum *Ægypti* æqua felicitate ſubjugavit; ubi in omnibus ſuo dominio jam ſubactis Regnis hoc unicum ei curæ fuit, ut Chriſtiani, quotquot inveniebantur, aut profugi, aut proſcripti libertati ſuæ unà cum Eccleſiis eorundem poſtliminio reſtituerentur, deſtructæ verò ſuis ſumptibus inſtaurarentur; inductus potiſſimum ad hoc ab uxore ſua, cui nomen

*Haython* ſcriptor hiſtoriæ Tartaricæ, frater fuit Regis *Armeniæ*.

Poſtulata complentur.

*Chaliphus* Babylonius fame necatur ab *Haolono*.

*Halepum*, *Damaſcus* *Terra Sancta* expugnata.

men *Doucoſcaron*, quæ & ex trium Regum Chriſto recens nato, ſtellâ duce munera offerentium familia eſſe ferebatur; hæc enim uti Chriſtianis legibus jam dudum imbuta erat, ita quoque zelo ac fidei promovendæ deſiderio accenſa nil non agebat, ut extirpatâ impii Mahumetis ſectâ, *Palæſtinam* & Sacroſanctum Chriſti ſepulchrum Chriſtianis redderet. Hujus itaque *Haoloni* in Chriſtianam fidem ardore accidit, ut præter *Tartariam* citeriorem, tum *Armeniæ* & *Colchidos* Regnum, tum *Turcia*, *Babylonia*, *Syria* ac *Palæſtina*, Chriſtianâ lege impunè & ſumma cum libertate, magnâ quoque infidelium ad Chriſti fidem acceſſione perfruerentur; In *Tartaria* verò majori omnes paſſim *Magni Chan* exemplum ſecuti, fidem uſque ad ultimos *Cathay* terminos amplexarentur.

*S. Anton.* Confirmat hæc omnia *S. Anton. tom.* 3. *tit.* 19. *c.* 8. §. 1. ſed quem nos ſuprà *Haolonum* appellavimus, ipſe *Ercaltay* vocat, principem & fratrem *Gublay Magni Chan*, hic enim jam dudum ſacro imbutus Baptiſmate, nomine Imperatoris ad perfidam Mahumetis ſectam profligandam & ad Terram Sanctam recuperandam pro incredibili zeli, quo erga orthodoxam Religionem ferebatur ardore, miſſus, uti ſupra relatum fuit, multa æternâ memoriâ digna præſtitit. Extat hujus apud *S. Anton. citato loco* Epiſtola, ad S. Ludovicum Regem *Francorum*, eodem tempore in *Cypro* bello contra *Mahumetanos* ſuſcepto intentum, quâ eum unà ſecum ad inceptæ expeditionis contra *Saracenos* negotium conficiendum arden ter exhortatur, & quoniam conſideratione digna eſt, hîc inſerendam duxi. Hoc eſt exemplar litterarum, quas miſit *Ercaltay* princeps ille *Tartarorum* ad Regem Ludovicum, & jubente ipſo Rege tranſlatæ ſunt in Latinum de verbo ad verbum. *Per Potentiam Dei excelſi miſſi à Rege terræ* Chaam *verba* Elcaltay *Regi magno, multarum provinciarum propugnatori ſtrenuo Orbis gladio, Chriſtianitatis Victoriæ, Religionis Apoſtolicæ defenſori, Legis Euangelicæ filio, Regi* Francorum. *Adaugeat Deus dominium ſuum, conſervet illi Regnum ſuum annis plurimis, & impleat voluntates ſuas in Lege & in Mundo nunc & in futurum per veritatem Divinæ potentiæ conductricis hominum, & omnium Prophetarum & Apoſtolorum Amen. Centum millia ſalutum & benedictionum; & hoc rogo, ut recipiat benedictiones iſtas & ſint grandes apud ipſum; faciat autem Deus, ut videam Regem hunc magnificum qui applicuit. Creator autem excelſus faciat occurſum noſtrum in caritate, & fieri faciat ut congregemur in unum. Poſt autem hanc ſalutationem noverit, quod in hac epiſtola non eſt intentio noſtra niſi utilitas Chriſtianitatis, & corroboratio manus Chriſtianorum; & peto à Deo, ut det victoriam exercitibus Chriſtianorum, & triumphet eos de adverſariis ſuis contemnentibus Crucem. Ex parte autem Regis ſublimis ſublimet eum Deus de præſentia* Cyochaym, *augeat Deus magnificentiam ſuam. Venimus cum poteſtate & mandato, ut omnes Chriſtiani ſint liberi à ſervitute & tributo, & angaria & pedagiis & conſimilibus, & ſint in honore & reverentia, & nullus tangat poſſeſſiones eorum; Et Eccleſiæ deſtructæ reædificentur, & tabulæ pulſentur, & non audeat aliquis prohibere, ut orent corde quieto & animo libenti pro Regno noſtro. Miſimus autem huc per fidelem noſtrum Virum venerabilem* Sabaldi *Monſtrat, David, & per Marcum, ut annuncient iſtos bonos rumores, & quæ ſunt circa nos dicent ore ad os; filius autem recipiat verba eorum, ut credat eis & in litteris, Rex terræ augeatur. Magnificentia ſua ita præcepit, quod in lege Dei non ſit differentia inter Græcum & Latinum, Armenium, Neſtorianum & Iacobinum, & omnes qui adorant Crucem: Omnes enim unum ſunt apud nos. Et ſic petimus ut Rex Magnificus non dividat inter ipſos, ſed ſit ejus pietas ſuper omnes Chriſtianos, duretque ejus pietas & clementia.* Huc uſque exemplar Epiſtolæ, quæ miſſa eſt

*Haoloni Zelus.*

*Epiſtola Haoloni ad S. Ludovicum Regem Franciæ.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

eſt Regi *Francorum* in *xyprum* ab *Ercaltay* Principe *Tartarorum*, cui ſatis conſonant & aliæ quædam litteræ, quæ paulò antè dicto Regi à Rege *Cypri* & Comite *Ioppenſi* fuerant præſentatæ, quarum etiam tranſcriptum unà cum tranſcripto dictarum litterarum *Ercaltay* tranſmiſit venerabilis Legatus *Innocentio Papæ* IV. Hæc ex Sancto Antonino.

Literæ S. Ludovici ad Regem *Tartarorum*.

Miſit etiam S. Ludovicus ad dictum *Elcalthay*, & ad *Magnum Cham* oratores ex ordine S. Dominici, unà cum precioſis muneribus, quorum unum erat illud, quod vulgo *Baldachinum* vocant, quod *Magnus Cham* inter alia ſibi tranſmitti juſſerat, magnificum ſanè & pretioſum, in quo vita Chriſti phrygio opere mirâ arte intexta ſpectabatur, unà cum particula S. Crucis. Sed hæc fuſius deducta vide apud *S. Anton. citato loco*, uti & à *Vincent. Belluac. in ſuo ſpeculo*; Quæ omnia contigerunt circa annum 1256. & conſonant hiſce quæ paulò ante ex *Paulo Veneto* & *Haythono* adduximus. Imò *Tartaros* nonnullos *Lugdunum* ad Concilium veniſſe ſub *Innocentio* IV. inſtitutum, *S. Antoninus citato loco* aſſerit. Anno tandem 1300. Religioſos complures ordinis min. Sancti Franciſci ad *Magnum Cham* in *Cataium* majus, *Tartariamque* miſſos, in civitatibus *Cambalu*, *Nanchin*, quam cœli civitatem dicunt, uti & in Regno *Tebeth* magno Infidelium Paganorumque ad Chriſtum converſorum fructu reſediſſe, *Vadingus in vita B. Odorici* ejuſdem ordinis, (qui & omnia illa Regna animarum Chriſto lucrandarum zelo ardens, peragraſſe fertur fuſe docet: & eximii *P.P. Bollandus* & *Hoeſchenius* in ſplendido illo *Sanctorum vitæ opere* prolixè unà cum eruditiſſimis commentariis demonſtrant, ad quos Lectorem remitto: *Tom.* 1. *die* 15. *Ianuarii*.

Munera S. Ludovici ad *Magnum Cham*.

*Tartarorum* Legatio ad *Innocent.* IV. Pontific.

Hac itaque occaſione Euangelium Chriſti per univerſam *Tartariam* & Regnum *Cathai*, id eſt, *Chinam* diffuſum, magnos ubique locorum progreſſus fecit. Sed uti jam ſæpè diximus, ſive deficientibus vineæ Chriſti cultoribus, ſive aliis, aliiſque Imperii ſucceſſoribus fidei Chriſtianæ parum addictis, ſive aliis de cauſis Eccleſia Tartarica in ſuum Chaos redacta, partim Gentilium ſuperſtitionibus, partim Mahumedanæ, aut etiam Neſtorianorum perfidiæ adhæſit; qui anno 1300. ex *Chaldæa* in *Tartariam* ſuſceptâ expeditione ad zizaniam ſeminandam, Chriſtianorum adhuc ibidem ſuperſtitum mentes impiorum dogmatum peſte infecerunt, & unà *Chaldæorum* characteres, eoſque qui prius ſcribendi uſu deſtituti erant, edocuerunt, quibus & in hunc uſque diem *Tartari* utuntur. Quomodò verò *Tartari* ad Mahumedanam perfidiam deflexerint, Lege apud *Matthiam Micheu. l.* 1. *de Sarmatia Aſiatica. c.* 5. Atque hæc ſunt, quæ de Chriſtianæ Religionis viciſſitudine in *China*, *Tartaria*, cæteriſque *Indiæ* Regionibus Lectori paucis indicanda duximus.

Neſtoriani primum docuerunt *Tartaros* Characteres Chaldæos.

# CAPUT VIII.

## *Vltima fidei Chriſtianæ in* Chinam *introductio.*

DUrante itaque ab anno 636 quo Monumentum Syro-Sinicum in *China* erectum fuit, Chriſti Eccleſiâ, & ingentes faciente progreſſus, ecce humani generis hoſtis, ope ſceleratorum hominum, quicquid Eccleſia Dei multorum annorum laboribus perfecerat, uno veluti impetu in terram proſtravit; Chriſtianæ fidei prædicatoribus ex *Bonziorum* odio & livore partim occiſis, partim proſcriptis; Unde fideles tunc temporis in ſuſcepta quidem fidei conſtan-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Variæ viciſſitudines Legis Chriſtianæ in *China.*

conſtantia ad mortem uſque perſeverarunt, ſed poſteri ſucceſſu temporis ſacrilegis gentilium ritibus initiati uſque ad annum 1256, quo *Magnus Chan Tartarorum* Imperator in *Chinam* ſive *Cataium* infinitâ hominum multitudine irrumpens brevi, ut ſuprà dictum fuit, univerſam ſuo ſubjecit imperio, qui uti Chriſtianis ritibus jam erat imbutus, ita quoque ingens Chriſtianorum multitudo, teſte *Paulo Veneto* & *Haythone*, *Chinam* ingreſſa, ubique magno ſe numero propagavit, qui tamen ſimul ac indigenæ expulſis *Tartaris* univerſum denuò Imperium recuperarunt, atque ſive metu perſecutionis, ſive ſecurius inter *Tartaros* vivendi ſpe, Chriſtiani unà derelictâ *Chinâ Tartaros* ſecuti ſunt: Qui verò permanſerunt, ſimulatâ fide, nil præter externas quaſdam cerimonias retinuerunt: Atque hi ſunt illi Chriſtiani, quos *Sinenſes* Crucis Adoratores in *China* vixiſſe commemorant; de quo vide, quæ ſuprà recenſuimus.

Lex Chriſti denuò per Societatis *Jeſu* Religioſos in *Chinam* introducitur.

*China* itaque denuò patrio Idolorum cultui aſſueta, ſic perduravit uſque ad annum 1542, quo nova ei veritatis lux affulſit; Poſtquam enim S. Franciſcus Xaverius à Deo in *Indiarum* ſalutem electus Apoſtolus, ſemen Verbi Divini per univerſas incognitarum Mundi partium oras magno & incredibili animarum lucro ſparſiſſet, *Japoniam* vix notam Mundo *Inſulam* Chriſto aggregaſſet, tandem & animum ſiti animarum Chriſto lucrandarum ardentiſſimum ad *Sinarum* converſionem adjecit; undè nihil non egit, quàm ut votorum ſuorum compos fieri poſſet; ſed Divinæ Numinis diſpoſitioni aliter viſum fuit, ſiquidem in *Santiano Sinenſibus* littoribus adnexa *Inſula* opportunitatem *Chinam* ingrediendi operiens, in febrim incidit, qua meritorum cumulo plenus ad laborum pro Chriſto exanthlatorum æternæ beatitudinis præmium recepturus, Spiritu Creatori reddito, evolavit in Cœlum, quodque per ſe præſtare non potuit, id per tanti moliminis ſucceſſores ſuis apud Deum patrociniis tandem obtinuit, eo qui ſequitur modo: Alexander Valignanus è Societate noſtra, qui anno 1582. tres *Japonum* Regulos Chriſtianâ Lege imbutos *Romam* ad obedientiam Summo Pontifici Gregorio XIII. præſtandam deduxerat: hic inquam ex *Europa* venerat, à Præpoſito Generali *Indiæ* totius Viſitator renunciatus, jamque perluſtratâ *Indiæ* parte cis *Gangem*, ad eam quoque quæ trans *Gangem* ſita eſt, perluſtrandam navigaret, tandemque in *Amacaenſem* portum delatus, in *Japoniam* tranſmittere cogitabat. Verùm navigationis legibus prohibitus decem non minus menſes in noſtrorum ſede *Amacaenſi* ſubſtiterat; ibi re Sinenſi ex integro exploratâ, ſopitum ejus expeditionis ardorem excitavit: ſiquidem ex Imperii magnitudine, gentis nobilitate, altâ jam plurimorum ſeculorum pace, Magiſtratuum prudentiâ, nec non politica gubernandi ratione, ad quam non niſi ii, qui literarum notitia viri undequaque conſummatiſſimi admittebantur, non vanè ratiocinabatur, gentem Sinicam ſolertem, & ſtudiis bonarum artium addictiſſimam, adduci tandem poſſe, ut viros aliquot literarum ac virtutis laude præſtantes in ſuo Regno vivere pateretur, ac potiſſimum tales, qui patrii ſermonis literarumque jam non eſſent imperiti: ſed ſpem non vanam videri futuram quandoque, ut huic genti ſanctiſſimæ Chriſtianæ Legis ſtatuta arriderent, cum ea politicam Reipublicæ adminiſtrationem non modò non interturbent, ſed etiam egregiè promoveant, undè *China* gentilium vanitatum pertæſa, cæleſtium bonorum deſiderium conciperet, & æterna ſpectaret. His itaque de cauſis abſque ulla mora nonnullos ex *India* evocatos, P. Michaëlem Rogerium, & P. Matthæum Riccium Italos, literis

S. Franc. Xaverii zelus fructuſque in converſione infidelium.

Mors S. Fanc. Xaverii.

P. Alex. Valignanus primus orditur expeditionem.

Primi Eccleſiæ *Sinenſis* Fundatores P. Michaël Rogerius & P. Mattheus Riccius.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

literis Sinicis operam dare juſſit; quibus jam nonnihil imbuti, ſumma ſanè induſtria *Cantonenſem* urbem ſpe nonnullam in ea ſedem obtinendi, ingreſſi ſunt; ſed ſemel atqve iterum votis ſuis fruſtrati, *Amacaum* redierunt. Dici vix poteſt, quot quamque varii caſus intervenerint, qui inceptæ expeditionis negotium ſi non deſperatum, ſaltem evanidum redderent; quibus tandem omnibus ſuperatis, res optatum tandem exitum invenit per P. Matthæum Riccium, cui felici noſtrorum ſorte, prima in *Sinicum Imperium* porta aperta fuit, cui & felix in Chriſtiana lege propaganda progreſſus merito ſuo adſcribi debet. Fuerat is quondam P. Chriſtophori Clavii diſcipulus, & in Mathematicis diſciplinis inſtructiſſimus; hic magno curioſarum rerum apparatu *Chinam* Patri Rogerio aſſociatus, unà cum ſolenni *Luſitanorum* ad Proregem *Cantonienſem* legatione ingreſſus, Gubernatoris animum novitate rerum allatarum ita facinavit, ut ſicuti nunquam ſimilia à ſe, nec ab univerſa *China* viſa fuiſſe teſtatus eſt, ita qvoqve hoſce Patres veluti homines è Cœlo lapſos non ſolum apud ſe retinuit, ſed omni, qua potuit benevolentia, perſecutus fuit. Sparſa itaque tantarum rerum fama, multorum quoque Literatorum, qui non ſolum in Regno *Cantonienſi*, ſed in toto Imperio exiſtentium animos allexit, quos cum præſentes videre non poſſent, neque admiranda quæ dicebantur ſecum portare, coram intueri liceret, literis ex diverſis Regnis datis certatim ad ſe evocarunt: Siquidem quæ jam in *Europa* uſu viluerant, tanquam inviſa inauditaque etiam tum in *China*, miracula videbantur. Erant autem inter cætera, horologium rotis ſuis affabrè inſtructum, quod præter curſum Solis & Lunæ varia quoque horarum diſcrimina demonſtrabat; erat vitrum trigonum, quod ipſi inæſtimabilis gemmæ ſpeciem, nonnulli quoque Cœleſtis Orbis portionem rebantur; Mappas prætereà Geographicas, quæ terrarum Orbem exprimerent, magno omnium ſtupore & admiratione oſtendit; uti enim *Sinæ* præter vaſtum *Sinarum Imperium*, extra illud nil aliud ſupereſſe arbitrabantur, ita quoque capere non poterant, Orbem terrarum tot tamque potentibus Regnorum ipſis incognitorum populis & gentibus inſtructum, tam amplo circumfuſum Oceano, tantâ Inſularum hinc indè diſſeminatarum multiplicitate; *Europam* adhæc in ultimis Occidentis receſſibus, tot Monarcharum Regnis, potiſſimum *Romani Imperii* majeſtate ſplendidam, tanta terrarum mariumque intercapedine diſſitam; præterea *Chinam* in ultimo Orientis angulo ſitam, mirabantur quidem, ſed ægrè ferebant, imperium ſuum ultra quod nihil ſupereſſe, imò in medio Terræ, veluti gemmam in annulo conſtitutum ſibi imaginabantur, in extremam Terrarum partem eſſe projectum, quorum diſplicentiâ motus P. Riccius, ne conceptæ de ſe exiſtimationi officeret, novam Orbis terrarum delineationem in duo diſtinctam hæmiſphæria ſub majori forma aggreſſus, eâ uſus eſt proportione, ut *Sinarum Regnum* præcisè, ſervata parallelorum meridianorumque habitudine & proportione medium teneret, ſingula deindè Regna Mundi, Regiones, provincias, urbes, montes, flumina, maria, lacus, Sinenſi charactere & idiomate illuſtravit; quod inuſitatæ diligentiæ laboriſque opus dici vix poteſt, quantum animos oculoſque omnium in ſe contorſerit, potiſſimùm cum jam, quod anteà veluti rudem ſine intelligentia molem admirabantur, jam etiam ſingularum mundi partium conſtitutionem nativa lingua expoſitam non contemplarentur tantum, ſed omnia & ſingula caperent; Undè cum ſpectantium hominum ad tam inviſum opus contuendum numerus domum non caperet, ut pluresTanti boni participes fierent, Mappa ſumptibus Proregis ſine

Quanta difficultas introeundi *Chinam.*

P. Riccius novitate rerum èvicit animum Proregis *Cantonenſis.*

Res *Sinis* inviſæ qvænam fuerint.

Ignorantia *Sinenſium* qua præter *Chinam* nil aliud reſtare credebant ex regionibus.

Geographica Orbis delineatio inviſa à *Sinenſibus.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſine mora inciſa,& in univerſum Imperium multiplicatis exemplaribus diſtributa, tantos in curioſorum animis excitavit motus, ut Matthæum Riccium redivivum quendam Atlantem è cœlo lapſum omnium toto terrarum Orbe Aſtrologum excellentiſſimum crederent. His itaque curioſitatis primitiis Proreges Regnorum perculſi, Patres certatim ad ſe vocare contendebant. Quoniam verò tantorum laborum impares erant, *Macao* alios alioſque evocatos magni ingenii Patres in piſcium deſtinabant capturam. Hoc itaque pacto primum mentibus procerum Regni, per hujuſmodi paraſchevaſticas curioſarum rerum inventiones allectis, uti magnam ubique admirandæ doctrinæ & incomparabilis ingenii exiſtimationem acquiſierunt, ita nil facilius fuit, quàm captata occaſione, quod principale ſuæ in *Chinam* expeditionis incitamentum erat, de vera Religione & Deo Cœli, ſermones inſerere; *Sinæ* verò, quibus de veri Dei cultu nullo non tempore magna controverſia fuit, tam altis dè Deo Uno & Vero, & contra de gentilium figmentorum ſimulacrorumque nullitate ratiociniis, inſigni argumentorum pondere fultis capti, ultrò eorum ſe diſciplinæ inſtituendos præbuêre. Undè intra paucos annos magni nominis Viri, viſâ Religionis ſuæ vanitate unà cum aliis, ex omni ſtatu & conditione ſacrâ Baptiſmatis undâ abluti in Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium recepti ſunt; Quos inter & plures præfecti & gubernatores Regni, quos *Mandarinos* & *Colaos* vocant, qui agnoſcentes Divinæ vocationis ad ſaluti feræ fidei portum beneficium, Chriſti legem tam ardenter amplexi ſunt, ut vix quieſcere poſſe viderentur, niſi & complurium aliorum animos ad eandem amplexandam attraherent: Hinc plurimi libelli, qui Chriſtianæ Legis fundamenta Sinico idiomata tradebent, conſcripti per univerſum imperium, incredibili animarum lucro mox divulgati fuerunt. Sed non paſſus humani generis hoſtis tantam ſibi prædam elabi; ſtabilitis jam per præcipuas Regnorum Provincias ſedibus Eccleſiiſque vero Deo erectis, *Bonziorum*, hoc eſt, *Sacrificulorum* ob tantam Legis novæ propagationem penè inſanientium livore & invidia, publicis editis libris, adeò gravis contra Patres eorumque Neophytos perſecutio mota fuit, ut jam aliquoties carceribus mancipati, ac graviſſimis ſubacti tormentis, ex eorundem denique profligatione & totali proſcriptione rei Chriſtianæ adeò felix progreſſus in extremo diſcrimine verſaretur, niſi Divini Numinis aſpirante gratiâ, & imperturbabili Patrum conſtantiâ, nec non Magnorum Virorum, quos Chriſto lucri fecerant, zelo & libris editis, pro ſumma, qua pollebant authoritate, noſtrorum innocentia, adverſariorum calumniis detectis demonſtrata, priſtinæ ſuæ libertati reſtituti fuiſſent: vel ex hoc ſuo diſcentes experimento, fieri non poſſe, ut præclariſſimos pro Divini Numinis gloria ſuſceptos fructus, non ſimul quoque, haud ſecus ac Solem umbra, par perſecutio conſequatur. Rebus itaque in tranquilliorem ſtatum reductis Chriſtiana res tantò ſurrexit altiùs, quantò humiliùs violentiuſque fuerat depreſſa: Siquidem fides Chriſti non tantum ſeſe per univerſos Imperii fines ampliſſimè extendit, ſed palatium Regis ingreſſa, tantum ejus inviolabilis veritas potuit, ut & Reginam & Filium ejus in ſui amorem operâ Patris Andreæ Coffler Auſtriaci, traxerit; unde Baptiſmatis undâ abluti, Regina *Helenæ*, Filius verò *Conſtantini* nomine aſſumpto triumpharunt, cujus *Pan Achilleus* Regiæ aulæ ſupremus Miniſter, jam dudum Chriſtianis legibus imbutus, vir zelo fidei propagandæ adeò accenſus erat, ut non ſemul literas tum ad Summum Pontificem, tum ad P. Generalem Societatis JESU datis, de magna operariorum copia in *Chinam* tranſmittenda, inſtantibus

Promotio Rei Chriſtianæ.

De altiſſimo fidei myſterio ſermocinationes.

Primates *Chinæ* acceptant legem Chriſti.

*Bonziorum* perſecutio contra noſtros adornata.

Ingens animarum lucrum.

Regis filius Conſtantinus unà cum Helena matre baptizati.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

bus precibus ſollicitaret, tantæ erga ſedem Apoſtolicam devotionis, ut quod per ſe ipſos in propria perſona nequirent, per P. Michaëlem Boimum ad obedientiam Summo Pontifici præſtandam votorum ſuorum vices ſubiturum, *Romam* amandarint. Sed ut Lector propius ingentem eorum in fide Chriſtiana conceptum fervorem zelumque Catholicæ Religionis cognoſcat, hoc loco nonnullas Epiſtolas, quas ad Summum Pontificem pro tempore exiſtentem, tum Regina Helena, tum Supremus Aulæ Magiſter Pan Achilleus dedit, unà cum reſponſo Summi Pontificis ad illos dato, eâ qua par eſt ſinceritate & fide apponendas duxi.

*Interpretatio Literarum Sinicarum.*

A Cancellario *Imperii Sinici Pan Achilleo Sina-Chriſtiano.*

## AD SANCTISSIMUM D. N.

*Per Patres Andream Xavier, & Michaëlem Boym Societatis* JESU *in Aula Imperatoris* Sinenſis, *pro tempore Aſſiſtentes, facta.*

Clariſſimi *Imperii Sinici* de Imperatoris mandato Univerſalis Prorex Regnorum & Provinciarum *Quàm Tūm*, *Quàm Sȳ*, *Fô Kien* Commiſſarius militiæ in terra & mari. *Quàm Sȳ* Regulorum Dux, Theſaurarius redditúum, & Solicitator, abſente Imperatore abſolutus, & ſolus Deciſor cauſarum, Imperatoriæ cuſtodiæ ſupremus Præfectus, Equitum Magiſter, Magnus Cancellarius, Intimus Imperatoris Secretarius, & Cubicularius *Pan Achilleus* Chriſtianus, genibus flexis, capite ad terram dejecto ſe ſiſtitante Thronum Vicarii Dei JESU in terris, Univerſalis Doctoris Catholicæ Eccleſiæ, Veri Domini, Sanctiſſimi Patris.

EGo Achilleus *expendo mecum quod penetralium Imperatoris Cuſtos ex officio ductus errore ſimul ago curam militiæ. Unde me ipſum diminui, & abſque luce & diſciplina peccatorum multitudinem auxi. Olim in Aula Septentrionali Deo Auſpice incidi in Viros Societatis* JESU, *qui aperto calle duxerunt me rudem, errantem exhortati, ut ſequerer fidem. Quarè cum reverentia expiatus ſacro lavacro, tunc orſus ſum intelligere ſanctæ Doctrinæ Documenta, ejuſque reconditam excellentiam altamque profunditatem. Tum verò immerſus huic ſtudio diu noctuque fideli corde ſum proſecutus viginti & amplius annis, nec auſus ſum quidpiam remittere. Ita conſecutus ſum Cælorum Regis auxilium, cui qua ratione reſpondeam, non invenio modum. Sæpè animus fuit ipſemet adeundi Sanctiſſimum Thronum, atque oculos cum veneratione ſatiandi ſanctiſſimo vultu, ſed Imperii cauſæ tam variæ, Regiæ res tam perplexæ, non admisère intimi mei ſinus exequi deſiderium. Quare ſummè contriſtor: nunc peccatoris unica cogitatio medullitùs in hoc eſt, quod Imperii calamitas necdum quieverit. Ideò ex induſtria petii Societatis* JESU *Virum Patrem Michaëlem Boym, ut abitura nave repeteret Magnum Occidentem, ſupplex acceſſurus ad Te Summum Pontificem, Sanctiſſimum Patrem, ut ante altare Sanctorum Petri & Pauli cum totius Mundi Oecumenica Eccleſia elevatis ad Cælum oculis ores Deum, ut cum*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*cum miſericordia reſpiciat hanc Imperatoriam domum; adjuvet & conſervet Imperium, erigendo limites ſubituræ pacis, unà faxit, ut noſter Sapientiſſimus Imperator, qui eſt hujus Regiæ domus decimus octavus Succeſſor, & à primo Imperii & familiæ Fundatore duodecimus Nepos, ipſe ſcilicet Dominus cum ſubditis adoret Cœlorum Dominum* JESUM. *Iſta mum erit noſtri* Sinici imperii *integra beatitudo. Et in præſenti quidem Integerrima, Sapientiſſima, Clementiſſima, Venerabilis, Imperatrix Chriſtiani nominis* Helena, *Regina Imperatoris Mater Chriſtiani nominis* Maria, *Regina ejus legitima conjux Chriſtiani nominis* Anna, *& filius Imperatoris Princeps & Hæres Chriſtiano nomine* Conſtantinus *omnes humili corde credunt & colunt Sanctam doctrinam, unà habent ſermonis verba, quæ mittunt ad Sanctiſſimum Thronum. Qvod ad me rudem peccatorem attinet, peto ſuppliciter Te Sanctiſſimum Patrem, ut pro mea ex hoc ſeculo diſceſſus hora peccatorum pœnæ integram remiſſionem largiaris, & plurimos Societatis Viros ſubmittas in hoc* Sinarum Imperium, *qui ſua doctrina convertant univerſos ſæculi homines, & cum pœnitentia animadvertant colere & venerari Sanctam Legem, neque in vacuo tranſitu, rapto pedum pulvere dimittantur. Ita demùm mihi ſpes eſt, aſſecuturum me felicitatem verè interminabilem. Cum veneratione modicum his explicui ignaræ mentis arcana. Pronus ad terram me totum abjicio, expectando miſericordem intuitum. Nec plura.*

Yum Lie *anno quarto, in ordine Revolutionum litterarum Annualium* Kem Yn, *Luna decima, die octavo, qvi fuit anno* 1650. *Novembris dies primus. Ultra nil legendum.*

Locus ( ) Sigilli, in quo pro more Sinico (non enim ſolent aliter ſubſcribere nomen ſuum) inſculpta ſunt hæc verba: *Fortiſſimi Generaliſſimi armorum, univerſalis Proregis Sigillum.*

## Interpretatio Literarum Sinicarum,

*Ab Imperii Sinici Imperatrice* D. Helena, *nomine ſuo, & Reginæ Matris* D. Annæ, *& Reginæ uxoris* D. Mariæ, *nec non filii Imperatoris Principis & Hæredis* D. Conſtantini *miſſarum.*

# AD SANCTISSIMUM D. N.

Per Patres Andream Xavier, & Michaëlem Boym Societatis JESU, in Aula Imperatoris *Sinenſis* pro tempore Aſſiſtentes, facta.

*Clariſſimi* Imperii Sinici *Integerrimæ, Sapientiſſimæ, Clementiſſimæ Venerabilis Imperatricis* Helenæ *ſermo ante Thronum* JESU *Dei in Terris Vicarii, Univerſalis Doctoris Catholicæ Doctrinæ, Supremi Domini, Sanctiſſimi Patris.*

„ EGo Helena perpendendo me hujus *Imperii Sinici* humilem filiam erubeſco morari in Palatio Imperatoris. Olim tantum novi penetralium obſervantiam: ignoravi exterarum terrarum leges: Accidit Societatis JESU Virum Patrem Andream Xavier in noſtra Aula commorari promulgando ſanctam doctrinam, aliorum relatione cœpi illum cognoſcere, & ecce credidi, & reverenti corde ab illo ſuſcepi Sanctum Baptiſma: feci, ut Regina Imperatoris Mater Maria, Regina ejus legitima conjunx Anna & filius Imperatoris Princeps hæreſque Conſtantinus ſimul omnes inſtructi reciperent ſanctam aquam, exindè jam tertius annus eſt. Nunc licet deberem ſtillato ſanguine medullam ani- „



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

„ mi ſolvere, necdum aſſequor tantillo reſpondere ac ſatisfacere. Aſſiduè venit in mentem cum reverentia adire Sanctiſſimi Patris Thronum, ut coram excipiam Sancta documenta, ſolùm vereor remotiſſimi Regni difficiles aditus, ideò deſiderio fruſtror. Interim cum profunda ad terram uſque inclinatione rogamus Te Sanctiſſimum Patrem, ut ante Divinæ Majeſtatis conſpectum pietate ducaris noſtrûm, quæ peccatis ſumus obnoxiæ, atque hora noſtri ex hoc ſæculo diſceſſus peccatorum pœnæ integram nobis remiſſionem indulgere digneris. Simul petimus Te Sanctiſſimum Patrem, ut cum Sancta & Univerſali Eccleſia pro nobis depreceris Supremum Dominum, ut confirmet noſtrum Imperium, adjuvet, ac reſtauratum pace ſtabiliat, unà faxit, ut noſtræ Imperatoriæ Domus hic decimus octavus Imperator, qui à primo Imperii, & familiæ fundatore eſt duodecimus Nepos. Ipſe ſcilicet Dominus & ſubditi unà omnes agnoſcant & adorent verum Dominum JESUM. Demùm poſtulamus Te Sanctiſſimum Patrem, ut plurimos ſubmittas Societatis JESU viros, qui longè latèque Sanctam fidem divulgent. Hæc Indulta nobis erunt tuæ pietatis erga nos monumenta, alia verò, quæ noſtri deſiderii ſunt, explicare verbis non ſufficimus. Modò Societatis JESU Vir P. Michaël Boym ſcit noſtri Imperii negotia. Mandamus illum Legatum reverti in Magnum Occidentem, ut proponat ſermonem noſtrum ante Sanctiſſimum Patrem, ille poterit ſingulatim referre noſtram demiſſam voluntatem. Confidimus pacis tempore ipſoſmet *Sinas* Legatos mittendos eſſe, qui ad Sanctorum Petri & Pauli altare deferant obſequium, & offerant reverentiam.

„ Capite ad pedes inclinato ſperamus Sanctiſſimum Patrem clementer intuiturum hos rudis animi ſenſus. Hic ſolum Sermo.

„ Anno *Yum Liē* quarto, Lunæ decimæ, die undecimo, qui fuit anni à Chriſto milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi, Novembris dies quartus.

Locus ( ) ſigilli, in quo pro more Sinico ( non enim ſolent aliter ſubſcribere nomen ſuum ) ſunt iſta verba inſculpta: *Integerrimæ, Sapientiſſimæ, Clementiſſimæ, Venerabilis Imperatoris ſigillum.*

## Sequuntur Literæ reſponſoriæ ab Alex. VII. P. O. M. tum ad Reginas, tum Supremum Regni Directorem datæ.

*Chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ* Helenæ Tamingæ *Sinarum Reginæ.*

## ALEXANDER PAPA VII.

*Chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cognovimus ex Majeſtatis Tuæ litteris, quanta fuerit bonitas & clementia, qua te cæcis implicatam erroribus mendacique ſuperſtitione Deus Deorum è tenebrarum poteſtate in lucis & veri cognitionem adduxit. Non obliviſcitur ille miſereri, nec continet in ira miſericordias ſuas. Hujus enim cum eſſes filia, ad te reſpexit tamen Omnipotens Dominus, qui audire vult potius Pater miſericordiarum, quam Deus ultionum & vindictæ. Quis nunc Potentias ejus ſcrutetur, aut conſiliorum vias inveſtiget. Immenſas, vaſtiſſimaſque terras, quarum vix quidquam auribus acceperamus, vetus hoſtis fraudibus ſuis ac fallaciis occupaverat. Fabuloſum erat iſtud ingens Regnū, non minus deſertis ac propè infinitis*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*finitis locorum intervallis, quam quia falſa religio & cultus omnia obtinuerat. Quis aditus veritati per tot maria, itinerum errores, aliud pene cœlum, ac ſydera, cum omnibus littoribus prohiberentur ii, qui præ auro & mercibus præcioſi hujus margariti commutationem expetebant, cum ſe denique impietas montium jugis Oceano legibus arctiſſimiſque cuſtodiis tuerentur. Perfregit hæc omnia, ſuperavitqve veræ fidei proferendæ ſtudium, per quæ tot pericula & difficultates tua ſalus quæſita. Quo attentius, in Chriſto Filia, tanti beneficii revocanda tibi eſt ad animum memoria, & nota hæc facienda filiis tuis, ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei, & mandata ejus exquirant. Quamvis & ad ſummam gaudii, quod nobis allatum fuit neque hoc defuerit, ut tuis exemplis aliæ etiam inhæſerint, & Regius Puer Conſtantinus, non minus in Regni quam ſuperſtitionis evertendæ ſpem creſcat. Illum ſanè ut unà omnes paterne complectimur, quamque poſtulas benedictionem amantiſſime Majeſtati Tuæ impertimur, Deumque ardenter precamur, ut disjunctiſſimum Regnum unum tandem faciat & animo & fide nobiſcum. Datum* Romæ *apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die* 18. *Decemb.* 1655. *Pont. noſtri Anno primo.*

NATALIS RONDININUS

## Dilecto filio *Pan Achilleo*, Eunucho *Sinarum* Regis, Terræ, Marique Generali Præfecto, &c.

## ALEXANDER PAPA SEPTIMUS.

*Dilecte Fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

„ GAudium magnum annunciaverunt nobis Epiſtole Tuæ. A Solis enim ortu & occaſu, ab Aquilone & mari fecit nobiſcum miſericordiam ſuam Deus, quique olim multa Gaza atque opibus potentem Regiam Eunuchum Baptiſmi unda & gratia derepentè illuſtravit, nunc te, dilecte Fili, Regni iſtius & Mundi curis implicitum, inter quas nunquam ferè locus Chriſti doctrinæ, quæ à ſæculi hujus ſapientibus ſtultitia habetur, in ſortem filiorum ſuorum, hoc eſt, in alterius & veri Regni hæreditatem immortalem, ac nunquam perituram vocavit: Cujus beneficii magnitudo ut magna lætitia affecit cor noſtrum, ita quid pro eo à te debeatur planè intelliges, ſi ad illum ſubinde reſpicias, qui nobis ſuæ diſciplinæ factus eſt in exemplum. Enitere verò & adlabora, ut conſummetur hoc opus quod inceptum eſt in ampliſſimo iſto Regno, ut ſit & laus tua in Euangelio. Nulla enim debet eſſe tanta terrarum vaſtitas & longitudo, quæ obſtet fidei, quæ montes transfert, aut charitati, quæ nunquam excidit, omnia ſuſtinet, atque operatur. Hac te in noſtrum ſinum admittimus, cujus erga te ac gentes iſtas ardor nec aquarum, quæ inter nos intercedunt, multitudine extinguetur, nec ulla unquam difficultate aut periculo refrigeſcet, quam autem tibi petis benedictionem peramanter impertimur. Datum *Romæ* apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Decembris Anno 1655. Pont. noſtri Anno primo. „

NATALIS RONDINIUS.

*Tartarorum* irruptio felicem Rei Chriſtianæ progreſſum interturbat.

His itaque proſperè & ad votum procedentibus rebus, ecce novus ab Aquilone turbo veluti impetu facto, totam Chriſtianæ negotiationis proſperam & fortunatam transactionem, quam ex facultate Regii diplomatis ſtabilita Euangelii per totum Imperium dilatandi ſperabant, inter-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

terturbavit: *Tartari* ſiquidem inteſtino *Sinenſium* bello allecti, ruptis murorum clauſtris, non ſolum *Pequinum*, ſed & veluti inundatione quadam univerſam *Chinam* paulò poſt ſuo ſubjecerunt imperio; Rege *Sinarum Vumlie* ad tantas anguſtias redacto, ut dum locus evadendi, à rebellibus *Sinarum* eidem non concederetur, tantus Monarcha ab omnibus derelictus miſerandâ morte, ne malorum imminentium illiadem propriis oculis videre cogeretur, primò propriâ manu & matre & filiâ interemptis demùm vitam ſuam deſperatione rerum in tranſverſum actus, laqueo terminaverit; de quibus qui formidandam humanarum rerum cataſtrophen fuſiùs noſſe deſiderat, is conſulat *P. Martinum Martinium, libello de bello Tartarico*, & ex illo addiſcet non magnoperè deſideranda altioris hujuſmodi infelicis Monarchiæ faſtigia, quibus tam horrenda, tot tantiſque ruinis expoſita præcipitia ſubſtant. In tanta rerum perturbatione Imperiique confuſione Chriſtiani, ſpem inter metumque conſtituti, novi à ſe acceptati Imperatoris ſollicitis mentibus in Chriſtianæ fidei hucuſque continuatum progreſſum, animi inclinationem operiebant: eam tandem, quam aut optare aut ſperare unquam poterant, proniorem comperêre, eo qui ſequitur modo!

Rex *Vumlie* uxore & filia interemptis vitam ſuam laqueo terminat.

Exiſtebat jam à multis annis in *China* P. Joannes Adamus Schall, patriâ Colonienſis, qui ſive Mathematum cæterarumque artium, qua pollebat, cognitionem, ſive excellentem Sinicæ linguæ peritiam, ſive denique viri prudentiam rerumque tractandarum uſum longâ experientiâ acquiſitum ſpectes, uti nulli ſecundus, ita toto Imperio celeberrimus erat; De quo cum & novi Imperii novus Imperator veluti de extero plura ſibi enarrari audiſſet, valdè hoc nuncio exhilaratus ſe, quod jam dudum deſideraverat, hominem exterum tantâ rerum Sinicarum notitiâ inſtructum, cui intimos ſuorum conſiliorum receſſus tutò & ſecurè concredere poſſet, quemque Europæo ingenio Sinicas artes felici ſuâ ſorte junxiſſe compererat, inveniſſe. Itaque ad Regiam evocatum ſingulari benevolentiæ ſignificatione ſuſcepit; cumque gravitatem morum, vitæ innocentiam, atque in quæſitis prudentiam, ingeniique perſpicacitatem in reſponſis dandis excellentem comperiſſet, ità ejus impoſterum conſuetudini adhæſit, ut eum ſtatim inter intimos ſuos unum eſſe voluerit, primi ordinis *Mandarinum*, aſſignando eidem ſupremum in Aſtronomico Calendarii tribunali locum, ejuſdem ſtatutis omnibus per Imperium Aſtronomis parere juſſit, miratus imprimis infallibilem Ecclipſium, à quibus cæteri tantoperè aberrabant, prædictionem, ex accurata calculatione ab ipſo peractam; Mirabatur artium mechanicarum, potiſſimum ejus in Bellicis tormentis quà fundendis, quà dirigendis peritiam, & quod unicè optabat, in conſiliorum de rebus graviſſimis, quas ei dederat, felicem & nunquam fallentem exitum: Hiſce Rex tractus, eum, cui quippe aliquid humanâ conditione altius ſubeſſet, veluti patrem ſummo amore juxta & veneratione proſecutus eſt; & cum ad tam ſublimis Majeſtatis aſpectum vix ulli aditus præter Reginas Eunuchoſque permitteretur, is tamen omni prohibitione ſemotâ, ubicunque Regem ſive domi, ſive foris offenderet, ſe ſiſtendi jus, quod vix ulli conceſſum erat, obtinuerat, eoque erga *Maffa*, (ſic enim Patrem vocabat, quaſi diceret venerabilis pater,) affectu ferebatur, ut quod nulli *Sinenſium Annales* legerunt, quater in anno domum Eccleſiamque noſtram viſitare non ſit dedignatus: omnes domus angulos luſtraverit, ſolus cum ſolo *Maffa* intra cubiculum ſuum diverſari ſibi complacuerit, omni repudiatâ cerimoniâ tanto Monarchæ debitâ, & ab omnibus exhiberi ſolitâ, dum modò ſupra lectuli religioſè compoſiti ſtragula ſedere, jam in ſede vetuſta-

P. Joannes Adamus Schall.

P. Schall. in ſupremum Regis Conſilium admittitur.

Dignatio Regis in viſitando P. Schall.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

vetuſtate pænè detrita ſe collocare, Europæarumque rerum raritates contemplari dignatus, imò ex domeſtici quoque hortuli fructibus ſibi allatis ſingulari guſtu ſumere non detrectaverit, quaſi nullibi tutius ſecuriuſque, nec jucundius quàm in pauperum Sacerdotum domo deliciari videretur; In Eccleſia verò Altarium mirabatur nitorem, imaginum Europæarum elegantiam, librorum in Characteribus imaginibuſque præſtantiam, denique ſingulorum myſteria curioſè inquirebat, quibus expoſitis, præſertim Chriſti & Deiparæ imagines profunda capitis inclinatione venerabatur, Chriſtianam legem omnium optimam ſuoſque Majores eandem ſectatos fuiſſe aſſeverabat. Et ne verbis tantùm ſuam in Chriſtianam fidem æſtimationem aſſeruiſſe videretur, opere & effectu complere voluit. In ingenti lapide marmoreo præ foribus Eccleſiæ noſtræ erecto, ſuam in univerſo Imperio fidei Chriſtianæ propagandæ voluntatem per edictum Regium ad æternam rei memoriam partim Tartarico, partim Sinico Characthere atque idiomate incidi voluit, quod in hunc uſq; diem in *China* carta impreſſum, in Collegii Romani Muſæo omnibus ſpectandum exponitur. Cujus tenor iſte eſt, qui ſequitur.

Eccleſiam viſitat, SS. Imagines reveretur.

## Edictum Sinico-Tartaricum,

### *QUO*

### *Chriſtianæ Legis Approbatio, marmoreo inciſa monumento, quod præ foribus Templi Salvatoris noſtri ad perpetuam rei memoriam erectum fuit*, Pekini *in Regia* Sinarum *urbe, juſſu Imperatoris* Sinarum & Tartarorum Xunchi, *anno Chriſti* 1650.

### AD MANDATUM COELI

Diploma Sinicis Tartariciſque Characteribus inciſum.

*Meretur cœleſtis ſcientia Aſtronomia, quam noſtri Majores ſemper maximi fecerunt, ut & nos veſtigiis eorum inſiſtentes, eam ſuper aſtra extollamus, maximè poſtquam eadem olim ſub variis Imperatoribus penitus collapſa iterum reſtaurata, & maximè tempore Imperii* Juên *Imperatoris* Tartari, *qui ante* 400 *annos* Sinas *tenuit, à* Co xeu Kim *exactior reddita fuit, demùm ultimis præteriti Imperatoris* Mim *temporibus nimium aberravit. Inventus eſt Joannes Adamus Schal ab ultimo Occidente in* Sinas *veniens, qui non ſolum artem calculandi, ſed theoriam etiam Planetarum & quicquid ad Aſtronomiam pertinet, callebat; Hic delatus ad Imperatorem anteceſſorem noſtrum juſſu ipſius Academiæ Mathematices & reſtaurationis Aſtronomiæ curam ſuſcepit; Sed quoniam multi non intelligebant fructum ex hac ſcientia in Remp. emanantem, concludi tunc non potuit, ut eâ ſcientiâ ſubditi uterentur. Jam verò cum ego ad Imperium perveni, & prima cura fuit ad utilitatem Regni temporum ordo, ipſiuſmet anni primi mei Regiminis Autumno experimentum quærens ejus quam Joannes Adamus reſtauraverat artis, Eclipſin Solis dudum antea ab eodem calculatam diligentiſſimè juſſi obſervare, inventumque tam temporis momenta, quam puncta Ecliptica cum omnibus circumſtantiis exactiſſimè correſpondere ejus calculo, iterumque ſequentis anni Vere, cum ſe Eclipſis Lunaris offerret, illam eadem diligentiâ obſervari præcipiens, & hanc inveni, ne capillo quidem lato aber-*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*aberrare, quare ſtatim adverti, hominem hunc a Cœlo nobis tali tempore oblatum, quo tanti Imperii Regimen ſuſcipiebam, unde totam Præfecturam Tribunalis Mathematici ipſi ſoli commiſi; ſed quia Joannes Adamus à pueritia caſtus eſt, neque ulla negotia à ſuo inſtituto Religioſo aliena ſuſcipere vult, neceſſarium duxi, ad hanc Præfecturam ſuſcipiendam abſoluto eum Imperio obſtringere, & ſecundi Ordinis dignitatem ad titulum Arcanorum Cœleſtium Magiſter, addere: Quo in officio annis jam aliquot occupatus plus quotidiè ſtudii & diligentiæ adhibet. Et quoniam juxta portam Urbis* Xun che Muen *dictam, templum habet, in quo ſecundum ritum Legis ſuæ Deo ſacrificia offert, contuli ego etiam aliquid ſubſidii ad illud ædificandum & ornandum, cumque illud templum intravi, adverti, imagines & utenſilia quoque extranearum rerum ſpeciem præ ſe ferre, de libris quoque Legis, quos in menſa poſitos reperi, cum interrogaſſem quid continerent, dictus Joannes Adamus illos Legis Divinæ explicationem continere reſpondit. Ego quidem, quandoquidem animum prius applicueram doctrinæ* Yao xun cheu, *&* Cum çu *ex eorum libris aliqua percipio, in Libris* Foe *&* Tau, *quamvis aliqua legerim, nihil tamen inhæret memoriæ, Libros autem hujus Legis Divinæ cum ob negotia Regni hactenus non niſi obiter inſpicere licuerit, judicium exactum ea de Lege ex iis dare non poſſum. Attamen ſi Joannem Adamum conſidero, qui ab aliquot annorum luſtris apud* Sinas *& nobiſcum verſatus Legem hanc & ſequitur & prædicat, eam optimam judico: Deum namque ſuum adeò reveretur Joannes Adamus, ut ei templum hoc dedicaverit, tantâ perſonæ ſuæ modeſtiâ & integritate à tot annis eâdem ſemper methodo Legi huic ſe conformando, & nec vel punctum variando. Hoc profectò illam Legem ſummæ perfectionis eſſe expreſſum indicium eſt, in qua ſe ipſe Joannes Adamus probatiſſimæ virtutis eſſe oſtendit, cum, quod ea lex docet, nimirum Deo ſervire, Regibus ac Magiſtratibus obedire, nulli malum inferre, bono publico ac proximorum proſpicere, ſuâ fidelitate exactè implet. Et utinam! Magiſtratus ac ſubditi mei omnes hanc ejus induſtriam ſerviendi Deo, ac ſervandi Legem Divinam imitarentur, & in ſerviendo ſuo Imperatori vel à longè adumbrarent procul dubio multis partibus melius feliciuſque mecum & cum toto Regno ageretur: Quod ad me attinet, ego hunc ejus animum Legemque hanc, quam ſequitur, vehementer approbo & laudo, ideóque ad perpetuam hujus rei memoriam hunc ejus Eccleſiæ titulum præfigo:* Tum hiuen hia Kim. *Hoc eſt,* Excellens penetrando Cœlo locus. *Datum* Pekini *anno noſtri Imperii ſeptimo.*

Religio & modeſtia P. Adami Schall laudatur à Rege.

Approbatio legis Chriſtianæ.

Habetur hoc diploma Sinicis & Tartaricis in nigro fundo candidis Characteribus linguiſque polita manu deſcriptum in noſtro Muſæo, quam *Galleriam* vocant, & characteres quidem Tartarici Siriacam formam mentiuntur, toto, ut dici ſolet, cœlo à Chinenſibus differentes. Quâ verò occaſione *Tartari* ſui eos juris fecerint, jam ſuprà enarratum fuit. Ex quo luculenter ſanè patet, quo tantus Monarcha in Chriſtianam fidem affectu fuerit, quam ſollicito animo ejus promotionem quæſiverit; ad quam etiam propediem amplexandam nullum aliud ſibi obſtaculum ſupereſſe faſſus eſt, quam polygamiæ abrenunciationem; in qua ſeſe ſuperare non dicam difficile, ſed quaſi ἀδύνατον eſſe videbatur, qui omnium Gentilium Regum communis, ad quam ad æternæ ſalutis naufragium illiduntur, unicus ferè ſcopulus eſt. Sed ut ad inſtitutum noſtrum revertamur.

Rex quominus Legi Chriſtianæ ſe ſubjiceret, polygamia obſtitit.

Ex hujus Regis in Legem Religionemq; noſtram ardentiſſimo affectu, magna mox in Aula primò tum fœminarum Regiarum, tum Eunuchorum converſio facta fuit; Secuti ſunt hoſce altioris ordinis *Mandarini*; In urbem quoque *Pekinum*, quæ vaſtitate non Urbem, ſed Provinciam præ ſe fert, Lex Chriſti diffuſa, Eccleſiæ gremio adjunxit ferè ad octuaginta millia Neophytorum; adeóque vel in hunc uſque diem per

Converſiones inſignes in aula Regis, tum Reginarum, tum Eunuchorum.

80 Millia Chriſtianorum Neophytorum incrementum.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

per univerſi Imperii fines novi Diplomatis evulgatione, innumerabilem animarum multitudinem Chriſto peperit. Faxit Divina bonitas, ut ad tantæ meſſis collectionem ſufficientes, qui ſoli deſunt, Operarii ſubmittantur. Sed quæ eſt rerum humanarum viciſſitudo; Rex interim, dum magnas res alto pectore conderet, ex improviſa infirmitate invaſus, occulto Dei judicio, paulò poſt vitâ functus ſalutem æternam, quam aliis tantoperè deſiderabat, ipſe conſequi non meruit, & tametſi aliquoties Patris ſui opem imploravit: Dolo tamen & aſtutia *Lamarum*, *Bonziorumque*, qui Regi in ultima vitæ mortiſque lucta adſtabant, factum fuit, ut Patri Adamo omnis ad eum aditus, quem tot artibus ad eum ſacri Baptiſmatis undâ abluendum tentabat, intercluderetur; & quoniam nullum non lapidem ad penetrandum movebat, conceſſum tandem fuit id, quod tot tantiſque precibus & artibus extorſerat; ſed tardè nimis admiſſus, quem enim vivum credebat, ſpe ſua fruſtratus, incredibili mentis dolore jam vitâ functum reperit. Peractis verò exequiis, in quibus extructo ex pretioſis lignis rogo, theſauris, qui opulentiſſimi cujuſpiam Regni divitiis comparari poterant, unà cum cadavere Regio combuſtis magnificentiæ & granditati Imperatoriæ finem impoſuerunt. Succeſſit in Imperio filius quatuordecim annorum puer, qui uti ſub patris Adami diſciplina fuerat, eique unicè à Rege commendatus, ita quoque innatum erga Christianam fidem, Patreſque noſtros affectum non exuit: Oramus proinde Deum Opt. Max. ut gratiam Baptiſmatis, quam Patri negaverat, ipſi ad Divini nominis gloriam, & Reipublicæ Chriſtianæ incrementum largiri non dedignetur.

Mors Regis.

Cadaver Regis unà cum theſauris opulentiſſimis comburitur.

Quos autem Chriſtiana res ſub hiſce *Tartariæ* Regibus, reſpectu aliorum temporum progreſſus fecerit, Eccleſiæ *Pequini* noviter erectæ conſecratæque Epigraphe ſcitè docet, quæ quia conſideratione digna eſt, eam hîc coronidis loco ſubdam.

## *Epigraphe Eccleſiæ* Pekinenſis SOC. JESU.

Epigraphe Templo Soc. JESU *Pekini* marmori inciſa.

POST FIDEM A D. THOMA APOSTOLO PRIMUM ADVECTAM, POSTQUE EANDEM A SYRIIS TEMPORE IMPERII *TAM*, ITERUM ET LATIUS PROPAGATAM; TERTIO RURSUM SUB IMPERIO *MIM* POST EANDEM DUCIBUS S. FRANCISCO XAVERIO, AC P. MATTHÆO RICCIO PER SOCIETATIS JESU HOMINES, ET VERBO, ET LIBRIS SINICE EDITIS DIVULGATAM. MAGNO QUIDEM STUDIO ET LABORE, SED PROPTER GENTIS INCONSTANTIAM HAUD PARI. DEVOLUTO JAM AD TARTAROS IMPERIO EADEM SOCIETAS PRO INSTAURATI PER SUOS CALENDARII XI *HIENLIE* DICTI LABORUM CORONIDE TEMPLUM DEO OPT. MAX. PUBLICE PEKINI REGUM SINARUM CURIÆ

POSUIT DICAVITQUE,
ANNO M.DC.L. *XUN CHI* VII

PATER JOANNES ADAMUS SCHAL A ZELL GERMANUS SOCIETATIS JESU PROFESSUS, ET PRÆFATI CALENDARII AUTHOR, EX LABORIBUS MANUUM SUARUM ÆDEM HANC ET PATIENTIAM POSTERIS LEGAT.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CAPUT IX.

## *De Correctione Calendarii Sinici, & quanta indè Bona emerſerint.*

NIL unquam adeò fuit cordi *Sinenſibus* quàm exacta temporum conſtitutio, ſine quo neque geſta Regum, neque Hiſtoriæ omnium ſæculorum ſcitè recenſeri poſſe, rectè & laudabiliter autumabant: undè nullo non tempore, in id incubuere, ut eam ſtabilirent, ne ſcientiæ Aſtronomicæ leges cum tempore deficerent, publicis ſumptibus & Regiis, Aſtronomorum Academiam jam à ter mille nongentis annis juxta *Annalium ſuorum* tenorem inſtitutam duraſſe referunt, condiderunt, quorum Aſtronomorum officium erat, curſum Solis & Lunæ Eclipſiumque diligenti cura computare, noviluniorum cæterarumque Lunæ phaſium ſedes quàm exactiſſimè annotare, non alio quidem fine quàm ut quemadmodum in electionibus rerum faciendarum ſuperſtitione omnes ſuperarent *Sinæ*, ità quoque diffuſis ſuis per univerſum Imperium Lunariis unicuique quid quovis tempore agendum, quid omittendum ſignificaretur;

Cura & diligentia *Sinenſium* in temporum computu.

De Planetarum enim motibus nulla apud ipſos ſcientia eſt, adeò ut omnia ſidera cujuſcunque tandem Sphæræ, æquali à Terra diſtantia, errore prorſus abſurdo, & ignorantia pluſquam puerili, diſtare uſque ad Patrum noſtrorum adventum crediderint. Quod quam craſſam & barbaram eorum inſcitiam in natura rerum arguat, quis non videt?

Motus Planetarum apud *Sinas* imperfectus.

Narrant *Sinæ* Aſtronomiam ſuam originem habuiſſe à Rege quodam priſco, cui nomen *Iao*: habebat is duos fratres, quorum unus *Hy*, alter *Ho* nominabatur, Aſtronomicâ ſcientiâ clariſſimos, quibus impoſuit, ut quæcunque de temporum computu ſciri poſſe putarent, brevi & facili methodo exponerent: canones quoque & in ſingulis calculandis legitimum proceſſum poſteritati traderent, conſtanti lege ſervandum, quod ea qua par fuit cura & diligentia præſtiterunt.

Aſtronomiæ Sinicæ origo.

Sed enim poſt biſmillena annorum millia circiter *Cin Hoam* Rex Imperio potitus, qui trigeſimo quarto dominationis ſuæ anno, barbari & penè ſylveſtris ingenii vir, non duntaxat ſtudiorum, artium, diſciplinarumque uſum interdixit, ſed & omnes libros, quotquot invenire potuit, Vulcano conſecravit; qualem in bonas artes tyrannidem librorumque præſtantiſſimorum jacturam potiſſimum ob libros de temporum calculo perditos, poſteri plangere non ceſſant;

*Cin Hoam* Rex oſor librorum, monumenta Aſtronomica combuſſit.

Accidit deindè temporum ſucceſſu, ut intra vaſtarum fabricarum ruinas jam dudum deſiderati Aſtronomici libri univerſali Regni gaudio reperirentur; qui tamen uti tantorum annorum intercapedine neglecti jacuerant, ita quoque in motibus Luminarium Eclipſiumque ſedibus computandis adeò variare deprehenſi ſunt, ut ſine correctore uſui eſſe minimè poſſent; quarum correctionem tandem, quantum licuit, auſpicatus fuit *Coſceucin* in *China* magni nominis Aſtronomus; ſed cum nec hic votorum ſuorum compos fieret, innotuit à quo neſcio, in Bibliotheca Regia conſervari de motibus Planetarum codicem, quem olim *Saraceni* ex *Perſide* in *Chinam* Legati Imperatori *Tartarorum*, veluti rem raram & pretioſam, donarant; Expulſis verò è *China Tartaris*, virtute & potentia *Humuu*, dictum codicem in ejuſdem Palatio inventum anno Imperii ſui decimo quinto ex Perſico & Arabico idiomate, quo conſcriptus erat, in linguam Sinicam transferri curavit, ſpe fretus futurum, ut ex eo Chinenſe Calenda-

Ex *Perſarum* Aſtronomia inſtauratur Sinica.

rium

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Variæ correctiones Calendarii ſine fructu.

rium emendatum, & ab erroribus liberum ſuæ perfectioni reſtituerentur. Verùm cum nec illi, quibus cura demandata fuerat ex *Mandarinis* omnium ejus artis doctiſſimis, ſubtiles *Perſarum* theorias, quibus liber erat concinnatus, plenè intelligerent, utpotè ἀθεώρητοι prorſus καὶ ἀναριθμητοι, nec animus illis ſufficeret ad genuinum operis ſenſum evolvendum, hinc accidit, ut Calendarium Chinenſe uſque ad Patrum noſtrorum adventum erroneum incorrectumque permanſerit. Qui porrò Aſtronomico officio deputati fuerant, Magiſtri Calendarii, cum aliud quo ſe in arte juvarent, nil supereſſet, ſolitis ſuis tabulis erroneis in publicandis quotannis Lunariis uti coacti ſunt, tantis cum erroribus, ut in Eclipſibus computandis, in quarum tamen vel unica, etſi trimeſtri labore fruſtrà fatigarentur, toto tamen poſteà, ut dici ſolet, cœlo ſe aberraſſe ingenuè confeſſi ſint. Cum itaque nullum remedium tantæ rei conficiendæ ſupereſſe videretur, nonnulli ex *Mandarinis* jam Neophytis libellum ſupplicem Regi porrexerunt, in quo & ſumma Calendarii emendandi neceſſitas, & ingens quod indè in bonum publicum redundare poſſet emolumentum exponebatur, quod tamen uti à Sinenſibus Aſtronomis jam pro deſperato habebatur, ità aliis quàm Patribus Magni Occidentis ad illud conficiendum, tum ob Aſtronomicarum rerum peritiam, tum ob ſummam ingenii, quâ pollent ſubtilitatem, committi nec poſſe nec debere: Rex cui ſummoperè intererat commodum, quod ex hujus negotii confectione in univerſum Imperium emergere poterat, lectis literis vehementer exhilaratus, quicquid petiſſent, ratum habuit; nec ſine mora Rex expedito diplomate ſuam in re præſtanda intentionem magna omnium congratulatione & jubilo univerſali, toti manifeſtavit Imperio. Patres tam repentino honore, quo nec majorem unquam ſperare auſi fuerant, nec medium ad Chriſtianæ Legis propagationem commodius fructuoſiuſque deſiderare poterant, exaltati, tanto humeros perardui negotii ponderi ſuppoſuêre libentius, quantò indè major Dei gloria, & Chriſtianæ Legis ex Magno Occidente doctoribus major cum veneratione obſervantia reſultabat. Aſſumpti primùm ad hoc opus inchoandum fuêre Pater Sabatinus de Urſis, & P. Jacobus Pantoja, anno 1611. uterque in Aſtronomicis diſciplinis præſtantiſſimus; Qui, ut ab imis fundamentis officium ſibi commiſſum adorirentur, P. Sabbatinus ſtatim theoricas Planetarum ad motus ſiderum intelligendos perneceſſarias ex Latina Lingua in Sinicam, operâ duorum *Mandarinorum*, Pauli & Leonis jam Chriſtianorum, qui & Aſtronomicas diſciplinas jam dudum, Magiſtro P. Matthæo Riccio uſu, non ſine profectu didicerant, tranſferre ſategit; deindè ad longitudinem urbis Pekinenſis per Lunarium Eclipſium obſervationes, tum in *China*, tum in *India* & *Europa* à correſpondentibus factas, indagandam, ſe applicuit, ſine qua Eclipſium computum fruſtraneo labore inſtitui nemò ignorat; Pantoja verò latitudinis indaginem pari ſuſcepit labore, Urbium Sinenſium, ab ultimo Auſtralis *Chinæ* termino, à *Cantone* inquam incipiendo per univerſi Imperii latitudinem recto tramite ex Auſtro in Borealis *Pekini* limitem Aſtrolabio exactiſſimè dimenſus, aliis diu noctuque explorandis paraſchevaſticis exercitiis præludebat, de quibus ne hilum in Aſtronomia *Sinarum* exſtat; imò quod de tanta ingenii ſubtilitate, quâ *Sinæ* ſe præ cæteris mortalibus jactant, pudet dicere, neque quid longitudo aut latitudo locorum pueris noſtris haud ignota, eſſent, norint, adeò ut cum primi Patres *Chinam* ingreſſi, Sciaterica nonnulla conficerent, iſti primum mirati ſunt civitates *Chinæ* diverſas ſubire poli elevationes, quam ipſi non niſi 36 gradus

Edicto Regio Calendarii emendationi præficiuntur Patres.

Emendatores Calendarii P. Sabbatinus de Urſis & P. Jacobus Pantoja.

Inveſtigatio longitudinis & latitudinis Regionum.

Errores *Sinenſium* in Geographia.

O 3 toti

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

toti *Chinæ* attribuebant, veterum traditioni innixi, qui Tellurem non globoſam, ſed in infinitam ſuperficiem extenſam, Solem verò & Lunam ſub Occaſum, antrum quoddam ingredi, ex quo ſub Ortum denuò emergeret, ſtultè credebant; Solem præterea & Lunam majorem non eſſe, quàm quod oculus illis, videlicet corpora lucida ſeſquipalmaris magnitudinis, demonſtraret. Ex quibus patet, quàm mutila, manca & imperfecta fuerit Aſtronomia Sinenſis, quanta rerum cœleſtium ignorantia, & quàm palpabilis tenebrarum in iis etiam, qui ſeſe cæteroquin ſuper omnes mortales intelligentia & ſublimitate ingenii extollebant, caligo extiterit. Sed ut ad rem noſtram revertamur. Non ſtetit diù felix hoc emendandi Calendarii principium, eo quod de honore ſummo noſtris Patribus à Rege conceſſo, Collegii Mathematici Academia livoris vehementia in rabiem acta ſupplicem & illi contra noſtros dedêre, qua de ſuppreſſis patriarum diſciplinarum ſtudiis, & de exterorum Barbarorum in ſtudio Regio ſucceſſorum exaltatione inſigni verborum calumniis & accuſationibus ſuffultorum energiâ conquerebantur, quod *Sinis* proprium, & quaſi innatum vitium eſt, id quod viribus ingenii nequeunt, ſcriptis opprobrio & calumniis confertis tentant conficere. Verùm cum adverſariorum ſupputationes, quicquid tandem agerent, in emendatione Aſtronomica præſertim in Eclipſibus computandis in irritum caderent, noſtrorum verò calculationes ſemper puncto prædictionis congruerent, Rex viſa difformitate computationum ab adverſariis factarum, tandem novo Diplomate noſtris in Aſtronomicum negotium plenam poteſtatem dedit, potiſſimum in hoc officium aſſumpto P. Joanne Terentio, inſtigantibus ad hoc Regem *Mandarinis* Paulo & Leone.

*Ignorantia Sinenſium circa Globum Terræ, Solem & Lunam.*

*Interturbatur Calendarii emendatio.*

Erat P. Joan. Terentius *Germanus*, patria *Conſtantienſis*, antequam Societatem ingrederetur, Philoſophus, Medicus & Mathematicus totâ *Germaniâ* celeberrimus, nec non Principibus ob inſignium Naturæ arcanorum exactam notitiam medicandique felicitatem gratiſſimus, is tandem famæ honoriſque, quo eum cuncti proſequebantur, pertæſus Mundoque ſatur, Societatem ingreſſus, ut talentum ſuum in converſione infidelium ſalubriùs impenderet, Indicam expeditionem petiit, quam & haud magno labore obtinuit; & quemadmodum Naturæ arcanorum indefeſſum exploratorem ſemper ſe exhibuerat, ita modò opportunitate oblata, per vaſta Oceani itinera, non more otioſorum aut dormientium, aut aliis occupationibus tempus Terentium, nihil ſive littorum promontoriumque naturalem inſtitutionem ventorumque origines, ſive maris piſciumque occurrentium proprietates ſpectes, inexploratum reliquit; In *Indiam* verò delatus, in campis ſylviſque, erat enim herbariæ rei peritiſſimus, nullum plantæ genus obvium fuit, quod non quàm exactiſſimè examinatum in præparatos à ſe prius chartaceos pugillares palimſeſtoſve unà cum ſingularum figuris genuinis referret; Hinc totius *Indiæ*, *Bengalæ*, *Malacæ*, *Sumatræ*, *Concinnæ* littoribus rebuſque Naturæ conſideratione dignioribus exploratis *Macaum* & inde *Chinam* tandem finem deſideriorum ſuorum appulit, quam univerſam recto, tranſverſo obliquoque itinere peragravit; Et quoniam innumera rerum in triplici Naturæ Regno eluceſcentium arcana in peregrinis hujuſmodi Cœli climatibus, in lapidibus, plantis, animalibus, hominumque moribus & inſtitutis ei ſeſe ſiſtebant, nil intactum reliquit, quod non examinaret, virtuteſque ſingulorum philoſophando experiretur, & uti erat pictoriæ artis haud imperitus, ſingula propriis manibus ad vivum naturæ prototypon delineata, magna *Sinarum* admiratione, duobus tomis ingentibus

*P. Joannes Terentius Calendarii emendationi ſufficitur.*

*In ſcrutandis Naturæ arcanis indefeſſus.*

*Plinium Indicum componit.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

gentibus exhibebat, quem & *Plinium Indicum*, digno tanto opere titulo inſignivit; Erat unica Viri intentio, admirandis ſuis arcanis primò ſibi, deindè cæteris tum Literatorum, tum *Mandarinorum* animos ad Evangelicæ prædicationis libertatem obtinendam, aditum aperire, quam adeò dextrè obtinuit, ut nullus ferè eſſet, qui non eum ceu hominem cœlitùs lapſum ſuſpicaretur & veneraretur; & cum Medicâ ſcientiâ polleret, ad cujuſcunque tandem ſtatus homines infirmitate laborantes certatim evocatus expanſis invictæ charitatis viſceribus, & languentium curabat corpora, & Verbo Vitæ Gentilitatis caligine oppreſſis animis medebatur, incredibili cum fructu & Chriſtianæ Reipublicæ incremento. Hiſce itaque intentus poſt ſuſpenſum jam diù Calendarii emendandi negotium, noſtrorumque ex exilio reditum, tanquam in Aſtronomicis diſciplinis jam dudum exercitatus Magiſter, Leonis *Mandarini* Neophyti opera *Pekinum* Regiis ſumtibus ad Calendarii emendationem evocatus, cum huic negotio unicè intenderet, morte præoccupatus, negotium magno omnium & potiſſimum Regis dolore nonnihil retardatum fuit; At non defuêre novi Athlantes; in hujus enim locum ſubſtituti mox fuerunt P. Jacobus Rho *Mediolanenſis Italus*, & P. Joannes Adamus Schall *Germanus*, qui uti peritiſſimi rerum Aſtronomicarum Doctores jam dudum celebres habebantur, ita unitis viribus ſuſceptum negotium tandem ea felicitate, qua major ſperari non poterat, confecerunt. Verùm fatis cedente Patre Rho, totum negotium humeris Patris Schall impoſitum, tandem totius Imperii applauſu omniumque congratulatione expeditum fuit; quantâ verò rerum viciſſitudine, quantis liventium Adverſariorum machinis, quantis denique inſidiantium periculis, dici vix poteſt, cum datis ad Regem reſcriptis apologeticis hoc unicum deplorare videbantur, quod *Sinis*, qui uti ipſi ſibi imaginabantur, hucuſque leges artium ſcientiarumque toti Mundo felicitate ingenii præ cæteris mortalibus eminentes præſcripſerant, tam exiguus reſpectus inſigni totius Imperii Sinici opprobrio atque dedecore concederetur; Barbari è contra, & ignotæ terræ filii, tantis à Rege honoribus, tanto applauſu, tanta nominis exiſtimatione Regio diplomate exaltarentur, ac ſi omnium Sinenſium Literatorum ingenii præſtantia in duorum tenebrionum capitibus, non ſine intolerabili Regni præjudicio concentrata, nullam impoſterum reliquis prætenſæ gloriæ ſpem relinqueret; Et cum nihil ſimilibus accuſationibus peragerent, ad horrendas calumnias converſi, novo reſcripto in noſtros invehebantur tanquam Reipublicæ Sinicæ everſores, Deorum contemptores, novæ Legis tota diametro ſuis contrariæ promulgatores. Rex verò ſubolfaciens livorem reſpondit, non æquum eſſe, ubi rationum irrefragabilium ponderi non daretur locus, fictis data opera calumniis rem decidere inſolentius attentare: Nihil eſſe Aſtronomico negotio cum Religione negotii, ac proindè abſtinerent ab iis, quæ ad rem non pertinerent, noſſentque judicium Regium juſtum rectumque omni poſthabito reſpectu in nullo niſi in evidente veritate tum reformandi Calendarii, tum calculationis Eclipſium, à qua ipſos tantoperè aberraſſe jam dudum compererat, firmari; Patrum verò calculum ad unguem prædictionibus eorum correſpondiſſe ſemper ſe deprehendiſſe: Quieſcerent igitur & ulteriora rixarum jurgia movere ceſſarent; Sin, pro rigore juſtitiæ ſuæ pœnas mox injuſtis calumniatoribus debitas haud defuturas. Tanto itaque reſponſo Regio veluti fulmine quodam tacti ab ulteriori contradictione deſtiterunt, conſultius arbitrati, Regis iram aliquantiſper declinare, quam hujuſmodi accuſationibus famam atque omnem

*Pekinum evocatur Regiis literis ad Calendarii correctionem.*

Morte præventus negotium denique ſuſpenſum fuit.

P. Jacobus Rho & P. Joannes Adamus Schall ſuccenturiatores in negotio Aſtronomico.

Novæ perſecutiones in P P. motæ.

Regis contra calumniatores effatum.

omnem promotionis ulterioris ſpem imò exilium vitamque ipſam perdere.

Quod verò Regem ex ſe & natura ſua curioſiſſimum, ad Patribus tantoperè favendum impulerat, erat ingens librorum ad Aſtronomiam Sinicam reformandam apparatus, quem plurimis libris comprehenſum Regi obtulerant; Eratque Algorithmus Aſtronomicus ad calculum Sinicum accommodatus, qui præterquam quod inſuperabilibus difficultatibus implicitus erat, ad omnes quoque operationes Aſtronomicas oppidò erat inſufficiens; quod enim ii, vel unica additione, ſubtractione, cæteriſque ſpeciebus notis, pluribus foliis non præſtabant, eas noſtri introducto jam calculo Europæo, omnium admiratione vel paucis lineis comprehendebant: Ediderunt quoque Trigonometriam tantoperè ad aſtronomicarum operationum pragmatian neceſſariam, de qua *Sinæ* in eum uſque diem nil unquam ne per ſomnum quidem perceperant; Secutum fuit aliud opus de Optica, quâ ſitus Aſtrorum, eorundem magnitudo à Terra & inter ſe diſtantia, parallaxium, cæterorumque accidentium phœnomenorumque doctrina, ſine quarum notitia nil rectè in Aſtronomia, potiſſimum Eclipſium obſervatione conſtituas, deſcripta tenebantur. Excipiebat hoc Mechanica ſive inſtrumentorum Aſtronomicorum fabrica & uſus; Quo cum Regem maximè delectari viderent, Inſtrumenta & Organa ſingula jam recens ex *Europa*, ubi ab excellentiſſimis Artificibus ſumma cura & diligentia conſtructa fuerant, adducta, eidemque oblata conceptum prius gaudium voluptatemque geminarunt: tantoperè enim eorum aſpectu & contemplatione delectatus fuit, ut ea non niſi in intimo cubiculi ſui receſſu reponi juſſerit; & ut ſingula exactius intelligeret, ab ipſis Patribus, dignatione Regia in eum uſque diem inauditâ, inſtrui voluit; Atque ab eo tempore tanto Regis favore fulti nihil non ab eo, non duntaxat circa ea, quæ rem literariam, ſed ea quæ Religionis & Chriſtianæ Legis propagationem concernebant, ſumma & effuſa quadam liberalitate unà cum redditibus Patrum ſuſtentiationi neceſſariis, obtinuerunt, imo Rex protinus centum è *Sinis* Aſtronomos deputavit, qui Patris Adami Schall judicio in omnibus decidendis tanquam ſupremo Tribunalis rituum ſive Aſtronomici concilii Capiti & Arbitro, ceù diſcipuli Magiſtro, nec non primi Ordinis *Mandarino* ſtarent. Quod edictum tanto robore confirmatum fuit, ut in hunc uſque diem nemo contra illud ne hiſcere quidem auſus fuerit, tantæ authoritatis, ut nullum quotannis evulgari ſolitum Lunarium ſeu Ephemeris in univerſo Imperio, niſi à P. Adamo compoſita & propria auctoritate ſtabilita ſub pœna graviſſima in lucem prodire poſſit. Verum qui plura de ſupradictis noſſe deſiderat, is *Hiſtoriam* integram, quam manuſcriptam legi, quamque de hoc *Aſtronomiæ Sinicæ reformandæ argumento P. Adamus Schall* deſcripſit, ſi quandoque in lucem prodierit, conſulat; & quantum hæc noſtrorum opera ad Legem Chriſti per univerſam *Sinarum* Monarchiam cum libertate propagandam contulerit, quantum indè gloriæ, honoris & exiſtimationis univerſæ *Europæ* acceſſerit, Curioſus Lector ſi quandoque lucem aſpexerit, cum admiratione percipiet.

Libri Aſtronomici ex Latina in Sinicam linguam traducti.

Calculus Aſtronomicus.

Trigonometria.

Optica.

Mechanica.

Favor & gratia Regis in P P.

Cum itaque à *Sinico-Tartarorum* Monarcha, tantis beneficiis & favoribus nullo non tempore cohoneſtatus fuerit P. Adamus Schall: certè vel ex hoc ipſo magnam de converſione Infidelium in vaſta illa Regionum necdum adhuc cognitarum amplitudine, ſpem concepimus, futurum ut potentiſſimi hujus Imperatoris ſubſidio fultum Chriſtianæ religionis felix auſpicium, uberrimos propediem fructus producat. Rex certè in Chriſti fidem, qua & Prædeceſſores ſuos olim imbutos fuiſſe fatetur; adeo pronus

Mores Regis *Tartaro-Sinici*.

&

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




A a

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

& proclivis eſt, ut irrefragabili Sacroſanctæ fidei noſtræ veritate convictus, jam dudum caput Sacra lympha tingendum offerre conſtituerit, niſi polygamiæ amor, qui cum ſuſceptæ religionis ſtatu conſiſtere non poterat, obſtitiſſet. Orandus igitur Deus Opt. Max. ut & hanc difficultatem, quæ omnium *Indiæ* Regum animos pariter ab hac ſancta reſolutione prohibet, Divina opitulante gratia ſuperet. Cæterum Chriſtianos libenter videt, & admittit, præſertim Magni Occidentis, id eſt, Europæos Divinæ Legis Doctores, per quos *Tartariam* totam olim ad fidem Chriſti deductam, ex avitis majorum monumentis hiſtoricis ſe comperiſſe, ait, & in *Tartariæ* ſuæ Imperio multis in locis Cruces adhuc erectas, cæteraque Religionis Chriſtianæ indicia ſpectari, imò characteres, quibus in ſcribendo utuntur, non aliunde quam ab Occidentis Divinæ Legis Magiſtris *Tartaros* accepiſſe gloriatur: ut proinde non magnoperè deliram *Bonziorum* idolomaniam, id eſt, monſtruoſorum Numinum cultum curare videatur: Imo ſi quandoque vi Legis Imperatoriæ eorum delubra adire cogatur, ea tamen non tam religione quadam, quam Politicis rationibus adductus, viſitare ſolet, unde & naturali quodam diſſenſu à *Sinarum* moribus abhorret: quod vel ex hoc capite luculenter patet, quod, habitu Sinenſibus Regibus ſolito repudiato, Tartarico utatur, quod & Curiæ ſuæ Miniſtros ſuum exemplum imitatos facere præcipit. Verum enim verò ut diverſitas habitus, quo Rex à *Sinenſium* Regum habitu differt, pateſiat, hoc loco opportunè & Regis *Sino-Tartarici*, & P. Adami Schall, Supremi in curia Regia, & Tribunali Aſtronomico *Mandarini*, utriuſque ad vivum expreſſi effigiem apponam. Habitus regius variis draconibus, volucrumque pennis, necnon inæſtimabilis precii gemmis perliſque exornatus, qua ſummam Majeſtatis ſibi venerationem & formidinem in animis ſubditorum conciliat. Cur verò cuncti ad Regem admiſſi pendentibus brachiis ſolio aſtant, hoc ea de cauſa fit, quod nefas eſſe putant *Tartari* coram Majeſtate regia, aut manibus geſticulari, aut pedum motu quidpiam tanta Majeſtate indignum committere. Hinc ſtatuæ ad inſtar, ne indignationem ejus ex ſolitæ ceremoniæ omiſſione incurrant, immotis pedibus manibuſque, ſuperciliiſque in terram demiſſis adſiſtere conſueverunt. Quid alios facere oporteat, ipſe Rex eodem membrorum ſiti demonſtrare videatur, neque quiſpiam ullo alio habitu, præter eum, quem aut dignitas officii, aut Regiæ diſpoſitionis ratio exigit præſcribitque, coram Rege comparere audet; cum ex eo habitu officii ratio, à cæteris differentibus habitibus, tum à Rege, tum ab aliis omnibus dignoſcatur, Hinc quod in P. Adamo Schall vides pectorale ſchema gruis; id officii, quod in Regis curia gerit, rationem explicat. Et quoniam indignum eſſe videtur peditem Regem adire, hinc ad magnificentiam regiam conteſtandam, quando ad Curiam negociorum cauſa accerſuntur, à Satellitibus in ſede magnifica tum *Colai*, tum majoris ſubſellii *Mandarini* humeris portari ſolent. Habitus itaque *Sino-Tartarici* Imperatoris, ejuſdemque ſupremi Conſiliarii, is eſt, qui ſequitur.

Quantum verò hic habitus differat à *Sinenſium* Regum habitu, Lector facile ex illa Figura, quam primo loco in Charta Geographica Sinenſis Imperii, ubi & reliquorum privatorum habitus ſingulis Provinciis proprios exhibuimus, colliget. Porro tempore P. Matthæi Riccii, quo Reges *Sinici* dominabantur Imperio, ſupremi Tribunalium *Colai* & *Mandarini* differenti quoque habitu induebantur, cujuſmodi eſt is, qui ſequitur, ubi vides habitum P. Matthæi Riccii magni Occidentis

Ejus Majores Chriſtianos olim fuiſſe gloriatur.

Abhorret à *Sinenſium* moribus.

Veſtitus Regis & P. Adami Schall.

Situs membrorum coram Rege.

Sinicus habitus differt ab habitu Tartarico.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Doctoribus proprium & peculiarem, quo P.P.N.N. ut plurimum ante *Tartarorum* irruptionem uti ſolebant.

Altera effigies eſt doctoris Pauli à dicto P. Riccio jam dudum ad fidem Chriſtianam converſi, qui Vir ſummi & perſpicaciſſimi ingenii, uti magnus erat Imperii *Colaus*, & ſummæ apud *Sinas* authoritatis, ita quoque Chriſtianam Religionem mirificè, quâ voce, quâ ſcriptis illuſtravit. Verùm cum horum vitam, rerumque geſtarum magnitudinem, *Hiſtorici Sinenſes* affatim deſcripſerint, ea non iteranda duxi; quare effigiem utriuſque ſub habitu Sinico hic appoſuiſſe ſufficiet.

Rex verò ſeu magnus Monarcha *Sinarum* ante *Tartarorum* irruptionem, cum olim in tribunal procedebat, è loco ſuperiore ad ingentem feneſtram, ceu numen quoddam ſe conſpiciendum præbebat; manu eburneam tabulam ad vultum contegendum geſtabat, nec non & aliam tabulam dimidio cubiti latam, integro longam ſupra Regium diadema frontemque, è qua tabula lapilli ſummi & inæſtimabilis pretii ita in fila inducti dependebant, ut frontem ac vultum omni ex parte tegerent, & intuentium oculis etiam præſentem, affectata quadam divinitatis ſpecie ſubducerent. Color Regis, cæteriſque omnibus interdictus flavus eſt, è quo veſtis ejus contexta eſt ex variis ex aureo filo draconibus; nec in veſte ſolummodò Regia dracones, ſed & in Palatio univerſo, vaſiſque argenteis aureiſque, & reliqua ſupellectile, vel cælati, vel depicti viſuntur, quin ipſa etiam tecta ac tegulæ flavum colorem & dracones ſpectandos exhibent, ne quid in Regio Palatio, quod regium colorem non præferat, appareat. Si quis eum colorem, aut dracones in proprios uſus adhiberet, is utique ceu perduellis pœnis ſubjaceret, niſi forte Regio ſanguine prognatus eſſet.

Ad fœminas Sinenſes quod attinet; habent *Sinæ* hanc conſuetudinem. Plebei ac tenues uxorem ſibi pretio quærunt, & quoties volunt, eam vendunt. Rex verò Regiſque proles in connubiis, poſthabitâ ſanguinis nobilitate, ſolam corporis venuſtatem ſpectat. Sed nec primates ad hujuſmodi aſpirant connubia; tum quod Regiæ conjuges & parum poſſunt, & incluſæ Palatio ſuorum conſpectu in perpetuum priventur: tum etiam quod delectu à connubialibus Magiſtratibus habito, è multis paucæ ad Regias nuptias evehantur. Regis Uxor una primaria eſt, quæ ſola legitima dici poteſt; præter hanc Rex & Regni hæres alias novem paulò inferiores ducit, & deinde alias triginta ſex, quæ omnes conjugali titulo gaudent. His accedunt numero majori pellices, quæ nec Reginæ, neque Conjuges appellantur; ſed ad vagam reſervantur libidinem. Primaria illa Conjunx, ſola menſæ cum marito aſſidet, reliquæ omnes, maximè extra Regios proquinquos, ancillæ ſunt patrisfamilias, & legitimæ Conjugis pediſſequæ, quibus in alterutrius præſentia ſtare, non ſedere permittitur; quarum filii non ſuam parentem, ſed primariam uxorem matrem ſuam vocant. Dici autem vix poteſt, quam arctè in univerſo Regno ex innata *Sinis* zelotypia cuſtodiantur fœminæ; non dicam in publico, ſed vel maximè in privatis ædibus; atque lege adeò inviolabili ad eam ſervandam obſtringunt, non ſolum eos, qui nulla ſanguinis affinitate ipſos tangunt, ſed & conſanguineos, imo vel ipſos filios; ut, ſi pater ira percitus filium adultum obnonnullum delictum commiſſum, ſolitâ pœna plectere attentet, is non aliud aſylum ſecurius, quam matris habitationem reperiat; ibi enim tutus, & ab omni paternæ juriſdictionis violentia immunis conſiſtere liberrimè poterit, aliàs niſi in hoc caſu nunquam. Sunt autem hujuſmodi fœminarum habitationes ita diſpoſitæ, ut neque videre alios, neque ab aliis videre queant; unde & non niſi raro illis exeundi poteſtas conceditur;

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




*P. Matthæus Riccius Macerat. è Soc. Jeſu prim.s Chriãnæ Fidei in Regno Sinarum propagator.*

*Lij Paulus Magnus Sinarum Colaus Legis Chriſtiana propagator.*

c c

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

tur; quam ſi quandoque ex occurrente neceſſitate obtineant; ita tamen, ad hoc data opera extructis ſedilibus iis includuntur, ut ne rima quidem, ad ſe manifeſtandas, relinquatur. Pulchritudinem earum *Sinæ* maximè tùm ex puſilla ſtatura, tum ex pedum parvitate æſtimant; adeoque quod nobis tortum, indecorum, monſtroſumque videri poſſit, id ii inter pulchritudinis argumenta reponant. Unde vel à prima ætate, vix natæ pedes faſciarum involucris adeo arctè conſtringunt, uſque dum vivunt, ut ſine gravi doloris ſenſu incedere vix queant, talibus tormentis detentæ. Si ratio hujus rei ab ipſis petatur, aliud reſpondere neſciunt, niſi quod hanc conſuetudinem ad ſe jam à bis mille & octingentis annis derivatam ſervent, exemplo *Tachæ* conjugis Imperatoris *Chei*, qui ante octingentos ſupra bis mille annos Imperium Sinicum moderabatur; quamque ob raram & incredibilem pulchritudinem, inter Deos relatam putant, eaque de cauſa Venerem Sinicam, jure dicere & æſtimare conſueverunt; & hujus quidem venuſtatem, non aliunde quam ex arcta pedum colligatione, & conſequenti eorum parvitate ortam fingunt. Alii verò dicunt hanc pedum coarctatationem, ex lege Sapientum inſtitutam fuiſſe, ut fœminæ, non per publica loca vagari, ſed domi ſedere diſcant, ſi non voluntariè, ſaltem pedum benificio impeditæ.

Habitus tamen earum modeſtiſſimus eſt, & gravitate plenus; quo ita obteguntur, ut præter faciem alia corporis pars nuda non compareat; quod utinam in nonnullis *Europæ* locis fœminæ ſectarentur, certè de pudicitia multarum rectius agi videremus. Caput variis faſciis, præſertim nobiliores, (& quæ in palatio Regio degunt) precioſo gemmarum ornatu implexis involutum, mirum capiti decorem conciliant; veſtes floribus, avibus, ſimilibuſque ornamentis contextæ, ad pedes uſque defluunt, ita tamen ut id, in quo maximam pulchritudinem conſiſtere putant, non tegant. Cæterum tempus fallendi gratiâ nunc catulis, modo avibus, ſimilibuſque delectamentis occupantur. Verùm ut Lector curioſus verum nobiliorum fœminarum habitum exactius concipiat, hic earum, quæ palatio Regio ſerviunt, fœminarum veſtitum, à P.P. N.N. mihi ex *China* aſportatum, eo quod ſequitur ſchemate exhibendum cenſui.

# CAPUT X.

## *De modo, quo in converſione* Sinenſium *N.N.P.P. procedere ſolent.*

SI ulla unquam in mundo Monarchia ſecundum politica principia rectæque rationis dictamen conſtituta fuit, illam ſanè *Sinarum* eſſe auſim dicere. In ea quippe omnia tanto ordine diſtributa, comperio; ut quemadmodum Literatorum ſeu Sapientum arbitrio & regimini ſubſtant omnia, ita quoque nihil pæne in univerſo Imperio tranſigitur, quod ab iis non dependeat; neque quiſpiam ad ullum dignitatis gradum aſpiret, qui literarum artiumque Sinicarum non fuerit quam locupletiſſimè inſtructus; quique per rigidum Literarii tribunalis examen ad aliquod dignitatis munus cum dignitate obeundum, (omni favoris & gratiæ parentum cognatorumque ſepoſito) prius non fuerit approbatus; tantoque quiſpiam majus digniuſque officium conſequatur, quanto in ſcientiarum notitia politiceſq; doctrina fuerit eminentior.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Atque tales ſunt, quorum humeris tota Imperii moles incumbit, quos vulgò *Mandarinos*, ſeu præfectos Urbium provinciarumque nuncupant; qui tamen eo omnes ordine diſtributi ſunt, ut nihil in univerſo Imperio accidat, quod per ſubordinatorum ſibi *Mandarinorum* literas Regi non innoteſcat; cum verò Regis reſponſa & dictamina apud omnes Legum vim obtineant, nemo eſt, qui ſupremi Dictatoris voluntatem ſub pœna privationis dignitatis & officii (quo *Sinenſibus* nil magis adverſum ſiniſtriuſque accidere poteſt) protinus non exequi nitatur; nihilque adeò minimum in tanta Regni vaſtitate, quod vel machinas exterorum vel fidem & ſollicitudinem, vel etiam *Mandarinorum* in iis invigilando negligentiam, aut denique reddituum rationem ſubditorumque oppreſſionem concernit, contingat, quod per hujuſmodi *Mandarinos Colais* primùm & per hoſce ſupremo Monarchæ propediem non innoteſcat; undè quiſque impoſitum ſibi munus, nullo reſpectu neque ad cognatos quidem cæteroſque amicos habito, incredibili ſollicitudine, nec non ſub conſtitutæ ipſis pœnæ formidine exequitur.

Rex quæcunque in Imperio accidunt propediem novit.

Cum verò inter cæteras leges iſta caput obtineat, quâ omnis exterorum in *Chinam* aditus intercluditur; quantum in ejus legis diſpenſatione multorum annorum curriculis à noſtris laboratum ſit, tum ex ſupra à nobis expoſitis, tum ex *Hiſtoria Sinenſi* à multis jam conſcripta patet; Quæ tamen Divini Numinis gratia non niſi incredibili multorum annorum labore obtenta, ſi non deſperatam ſaltem difficillimam Chriſtianæ Legis prædicationem, ob innumeros difficultatum ſcopulos reddebant; Linguæ videlicet omnium tam ad ſcribendum quàm loquendum difficillima imperitia, quâ non apprimè inſtructus extraneus nec latere poterit, nec in publico, ſine proditionis nota ob ſuſpicaciſſimæ gentis mores, ſine novo proſcriptionis aut tormentorum ſubeundorum evidenti periculo converſari; cum non ex pronuncatione Sinicæ loquelæ duntaxat, verùm & ex phyſionomica vultus totiuſque corporis *Europæi* conſtitutione, qua plurimum à *Sinis* diſtant, è veſtigio deprehendantur.

Lex prohibens exterorum in *Chinam* aditum ſuperatur.

Nullus *Europæus* in *China* facilè quin cognoſcatur latere poteſt.

Hiſce experimento comprobatis, mox conſtitutum fuit, ut nullis è noſtris in iſtiuſmodi expeditionem admittatur, qui prius Linguæ Sinicæ, ſi non ſummâ, ſaltem tolerabili peritiâ *Macai*, ubi data opera Magiſtri Neophyti conducti in hunc finem aluntur, fuerit inſtructus: & ubi jam ſufficienti linguæ peritiâ fuerint ingreſſi, nullum prorſus impenſi laboris fructum ſperent unquam, niſi primo rariſſimis ingenii ſpeciminibus majorum ſubſelliorum *Mandarinis*, ſpiritus Apoſtolici conſtantia unà ipſis juncta, ſibi devicerint: non hîc Metaphyſicarum ſpeculationum, quas non capiunt, non Scholaſticarum ſubtilitatum ſtudium, aut ſublimioris Theoriæ oſtentatio locum habet, ſed ſenſibilium rerum ipſis incognitarum tum ad admirationem concitandam, tum ad *Europæi* nominis exiſtimationem comparandam, inſtituta ſpecimina ex Mathematica palæſtra deprompta prodenda ſunt; deinde Moralis Philoſophiæ, cui ipſi deditiſſimi ſunt, documenta, non inanibus verborum ampullis, ſed optimæ, exquiſitæ, & innocentis vitæ, ab omnibus mundanarum prætenſionum deſideriis ſemotæ exemplo, ſicuti Apoſtolicos Divinæ Legis propagandæ operarios decet, comprobanda ſunt; ut tandem poſt præſcriptam ſibi ex doctrina exiſtimationem morumque integritatem, ad uberiores & propriè intentos animorum convertendorum fructus progrediantur. Et uti Chriſtianæ fidei dogmata ab ipſorum placitis toto cœlo differre videntur, ita dici non poteſt, quot labores exanthlandi, quot pericula ſubeunda, ut Sacroſanctæ Legis noſtræ ejuſque veritatis, dextrè expoſitæ capaces reddantur; hîc πολυθείας Vanitates, innumerorumque Deorum falſa & ficta numina confutan-

Nullus *Chinam* ingredi poteſt, niſi lingua primum probè inſtructus.

Primates rariſſimis ingenii ſpeciminibus divinci debent.

Vitæ innocentia prælucendum.

Quanti labores ſubeundi in perſuadenda *Sinenſibus* lege Chriſtiani.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

tanda; hîc πολυγαμίας ſive multarum uxorum conjugium, quo nil difficilius, argumentorum pondere deſtruendum; hîc incomprehenſa fidei noſtræ myſteria, ſumma cautela & dexteritate iis inculcanda; & ſiquidem in multorum animis admittantur, id non tam noſtrorum operæ & ſudori, quàm Divini Spiritus aſpiranti gratiæ cumprimis adſcribi poteſt & debet, adeoque tot mille millenarum ab 80. circiter hinc annis, animarum converſio, non humanæ induſtriæ, ſed dextræ Dei excelſi opus cenſeri debeat; quibus dum continuò inſudant expeditionibus, quanta patientia opus, quàm continua corporis caſtigatione deſudandum; quot calumniæ à Satanæ tantorum bonorum invidioſo aſtu machinantis ſint elidendæ, legat qui volet *Hiſtoriam* à *P. Daniele Bartoli* noviter Italico Idiomate editam, & videbit, quanto & quàm magno virtutum cumulo, quàm imperturbabili Spiritus Apoſtolici ardore ad tantorum malorum perpeſſiones pro Chriſti amore ſuſtinendas opus ſit, donec tandem deſideratis fructibus potiantur; atque adeò de hujuſmodi iſtud
2 Corinth. 4. Divi Pauli ſcitè accommodari queat. *Itaque in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicuti Dei Miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, uti ſeductores & veraces, ſicuti qui ignoti & cogniti, quaſi morientes & ſemper vivimus, ut caſtigati & non mortificati, ſemper mortificationem Domini noſtri JESU Chriſti in corpore noſtro circumferentes, ut vita JESU manifeſtetur in carne noſtra mortali.* Et quoniam Divinæ Legis prædicatio altas in Neophytorum cordibus radices agere ſine librorum editione non poterat, hoc loco ſanè veluti opportuno de iis agam; ut quantum operum ſuorum multitudine & varietate *Chinæ* profuerint, luculentiùs innoteſcat.

## *Catalagus Librorum à Patribus noſtris in Chinenſis Eccleſiæ incrementum conſcriptorum.*

Venerabilis *Pater Matthæus Riccius Maceratenſis* poſt S. Xaverium Chinenſis Expeditionis fundator, poſt innumeros labores, pericula, perſecutiones, ſequentes poſt ſe Libros in bonum Sinicæ Eccleſiæ reliquit: Et primò quidem ad Libros Sinenſes quod attinet, ut ſpecimen quoddam ſcientiarum ipſis incognitarum, ad devinciendos ſibi animos *Mandarinorum*, ederet.

1. *Mathematicam practicam P. Clavii* Sinici juris fecit, in quo & extractionis radicum methodum nunquam ab iis compertam docuit. Arithmetica Clavii in linguam Sinicam tranſlata.

2. *Sex Libros Euclidis cum brevibus commentariolis ex Patre Clavio decerptis*, magno cum applauſu à totius Regni curioſis receptos traduxit. Sex Libri Euclidis.

3. *Sphæræ, juxta præcepta à P. Clavio*, cujus diſcipulus fuerat, plenam expoſitionem, in lucem dedit, *unà cum tabula longitudinum & latitud. Stellarum.* Sphæra P Clavii.

4. *Geographiam in Mappa univerſali, duplici methodo ad Sinicum ingenium adaptatum, inviſam in illum uſque diem, unà cum hiſtorica Monarchiæ tam Eccleſiaſticæ, quàm politicæ Regum morumque gentium per totum terarum Orbem vigentium relatione*, ex quo primum *Chinam* non totum Orbem, ſed minimam orbis terræ particulam eſſe, non ſine rubore dicerunt, ob tantarum rerum inſcitiam ſibi ipſis ſuccenſentes. Geographia.

5. *Philoſophiæ Naturalis ſive Phyſicæ egregium tractatum; item alium de quadruplici meteororum geneſi.* Philoſophia Naturalis.

6. *Gnomonicam, ſive de horologiis ſolaribus conſtruendis methodum*, de quibus nihil in *China* adhuc innotuerat, Sinico ſermone illuſtratam. Gnomonica.

7. *Aſtrolabii doctrinam ejuſque conſtruendi modum* brevi & facili methodo expoſuit. Aſtrolabiographia.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Muſica. 8. *Muſicam & fabricam Clavicymbali Europæi.*

Philoſophia Moralis. 9. *Philoſophiam Moralem, in quo continetur tractatus de Amicitia, & 25 Concluſiones, quibus ſuccum totius moralis diſciplinæ, tum ad moderandas paſſiones, tum ad vivendum, juxta dictamen rationis regulaſque vitæ benè beatéque tranſigendæ, complectitur.*

10. *Opus decem paradoxorum, Liber* tota China celeberrimus, *quo* primò *de inutili temporis tranſactione;* Secundò, *de hujus tranſitoriæ vitæ miſeriis;* Tertiò, *de mortis infallibiliter omnibus imminentis memoria;* Quartò, *de utilitate hujus conſiderationis.* Quintò, *de utilitate opportunè tacendi & loquendi.* Sextò, *de tribus pœnitentiæ finibus, & rationes, quibus quiſpiam ad jejunandum obligatur.* Septimò, *de examine conſcientiæ quotidiè inſtituendo.* Octavò, *de Paradiſo & Inferno, quorum ille probis in præmium æternum, hic reprobis in pœnam cedit æternam.* Nonò, *de* De Divinatoriæ Artis vanitate. *divinatoriæ Artis*, qua in *China* nil uſitatius eſt, *vanitate & nocumento.* Decimò, *de malis, quæ ex divitiarum coacervatione avaritiæ ſtudio dediti incurrunt.* Hi omnes tractatus ob apodicticæ veritatis limam, quâ poliebantur, non tantum magno in pretio & admiratione fuerint habiti, ſed & commentariis ſummiſque laudum præconiis ab omnium Literatorum eruditiſſimis, Leone & Paulo Neophytis, ſummo totius *Chinæ* emolumento illuſtrati fuerunt.

Catechiſmus Bellarmini. 11. Sed quod maximo animarum fructu univerſum Sinicum Imperium illuſtravit, fuit *Catechiſmus*, qui quantos in cordibus *Sinenſium* ſanctæ compunctionis de præterita perfidè tranſacta vita motus concitaverit, non dico apud plebem, ſed cui tantoperè intereſt, apud maximos Monarchiæ Literatos, *Mandarinos, Colaos* & Regii Palatii Eunuchos, cæteroſque, vix explicari poteſt; ſiquidem fama Libri vulgata, cum exemplaria non ſuppeterent, in omnibus ferè Provinciis novis impreſſionibus liber ita longè latéque diffuſus fuit, ut non eſſet angulus, quo lux evulgata veritatis Chriſtianæ non pervaderet.

12. *Dictionarium Sinicum*, pro uſu noſtrorum, cujus exemplar apud me eſt, quod & libenter luci publicæ darem, ſi ſumptus in eo faciendi ſuppeterent. Dictionarium Sinicum.

13. Vertit prætereà ex Sinico ſermone in Latinum *Hiſtoriam veterum Sinenſium, qua doctrina antiquæ Philoſophorum Sinenſium dogmata tenebantur*, eo fine, ut quæ in iis abſurda, & à recto dictamine rationis aliena ſunt, facilius confutari poſſent. Hiſtoria Sinica.

14. *Hiſtoria univerſalis 27. annorum*, quæ videlicet totum illud tempus, quo ipſe in *China* moratus fuit, complectitur, quam poſteà P. Nicolaus Trigautius ex Italico in Latinum vertit, ac publici juris in *Europa* fecit anno 1620. P. Martinus Martinius auctam tandem publici juris fecit, quoad Reges ante Chriſti adventum. Hiſtoria univerſalis Regum *Chinæ*.

*Pater Nicolaus Trigautius Duacenſis Belga*, uti melioris notæ Linguæ Sinicæ, quam indefeſſo ſtudio ſibi compararat, peritiſſimus, ita quam optimè de *Sinenſium* Chriſtianiſmo meritus fuit. Venit is primus ex *China Romam* anno 1612, expeditionis Sinicæ procurator, magno ubique ab *Europæis* Magnatibus honore exceptus, illucque redux novitate & raritate rerum *Chinæ* inviſarum, quas ſecum tulerat, magnam *Europæo* nomini exiſtimationem contulit, ubi poſt dictam de Sinica expeditione hiſtoriam Latinæ editam, *Hiſtoriæ* quoque *Sinenſis* 120 *Voluminibus*, quæ incredibili ſtudio & labore evolverat, *comprehenſæ Epitomen, in qua Regum tum ante, tum poſt Chriſtum in Sinenſi Imperio geſta narrantur*, juris Latini fecit, quorum tamen quæ poſt Chriſtum acta ſunt hiſtoria utrum adhuc lucem viderit, ignoro. Leguntur hi Literarii ejus labores in quadam *Epiſtola ad Cardinalem Parmenſem* 1627. data; ubi prædictum opus præ manibus ſe habere jam omnibus numeris abſolutum præloq; deſti- P. Nicolaus Trigautius ejuſque libri.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Calendarium Romanum Sinico accommodatum.

deſtinatum aſſerit. In Lingua Sinica præterea impreſſit *opus, in quo Calendarium Romanum quoad feſta & ſolennitates Calendario Sinenſium per curſum Lunarem ſcitè ſanè, magno Chriſtianorum fructu accommodat.* Laboribus tandem in vinea Domini fractus, magno Chriſtianorum dolore & luctu, meritorum cumulo plenus fatis ceſſit.

P. Jacobus Rho, ejus libri.

Succeſſit hiſce *P. Jacobus Rho Mediolanenſis*, ubi & Cathedram Mathematicam ſummo honore, nec non cum ingenii laude multis annis cohoneſtaverat. In *Sinam* cum Trigautio ex *Europa* reduce profectus, tantos derepentè in Lingua Sinica progreſſus fecit, ut ſive ſcripturam ſive loquelam attendas, in *China* natus videretur; undè præter ingentes fructus, quos ex converſione infidelium in Regno Sinenſi protulit, complura quoque opera linguâ Sinicâ ad uſum Neophytorum conſcripſit.

Commentarius in Orationem Dominicam.

1. *Commentarium amplum & copioſum, ſupra Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, duobus libris comprehenſum.*

De Miſericordiæ operibus opus.

2. *Tres Libros de miſericordia, & piis fructuoſiſque operibus Orationis & Eleëmoſynæ.*

Admonitiones ſpirituales.

3. *Admonitiones Spirituales S. Matris Thereſæ*, ſtylo exquiſito conſcriptæ, nec minori apud omnes æſtimatione habitæ.

Diarium Aſceticum.

4. *Diarium ſive Ephemeridem, qua indies novam meditandi materiam fidelibus ſubminiſtrat, partim ex Sacra Scriptura, partim ex Sanctis Patribus depromptam.*

De mortificatione & jejunio.

5. *De mortificatione & jejunio.* Et uti individuus ſtudiorum ſocius erat P. Adami Schall, ita quoque tanto ſtudio in Reip. Sinenſis emolumento incumbebant, ut non ſolum ad ſtabiliendam in iſto Regno Religionem Spiritualibus in animarum ſalutem directis opuſculis, ſed & ſtudiis Mathematicis mirum in modum promoverent; dicuntur, uti ipſemet in quadam *Epiſtola* meminit, ultra *centum de hujuſmodi diſciplinis opuſcula* communi ſtudio concinaſſe. Et

Centum circiter opuſcula concinnata de variis materiis & argumentis.

Pater Rho quidem jam in pleno laborum potiſſimum Calendarii emendationis curſu, incognito morbi genere invaſus, intra paucos dies ad meliorem vitam, magno ejus, qui merita Viri norant, deſiderio poſt ſe relicto, obiit. Vir fuit Apoſtolico Spiritu plenus, incredibili in adverſis animi conſtantiâ, quemadmodum ex iis, quæ in Regno *Sciamſi*, cujus Eccleſiæ fundator jure dici poteſt, ſummo animarum lucro præſtitit, luculenter patet.

P. Alfonſus Vagnonius.

Sequitur modò *P. Alfonſus Vagnonius Taurinenſis* in ſuburbano loco, qui *Truffarello* dicitur, ſplendidæ familiæ Vagnoniæ natalibus ortus: hic repudiatis Mundi vanitatibus, ſimul ac in Societatem noſtram receptus, mox *Chinam* quoque impetravit, quam tandem anno 1605 ingreſſus, tantos in lingua peregrina progreſſus fecit, ut omnibus eſſet admirationi, tanto animarum lucro, ut qui in Provincia *Chianceu* non niſi 25 Chriſtianos repererat, poſt ejus à perfido Eunucho *Xin* intimatum exilium 8000 Chriſtianorum, & ex his ſummos quoſque Literatos & *Mandarinos* reliquerit: tantâ verò ſanctitate prælucebat omnibus, ut non ſolùm apud Neophytos, ſed & ipſos idololatras in ſumma veneratione eſſet; in Chriſtianæ charitatis obſequiis, omnibus omnia factus, donec poſt 35 annos in Sinica expeditione transactos tot laborum, periculorum, perſecutionum pro Chriſto toleratarum coronam gloriæ, uti piè credimus, meruit, in *Chianceu* 9. Aprilis 1640. Libros complures in Chinenſis Eccleſiæ bonum ſcripſit, & ſunt ſequentes.

Laus P. Vagnonii.

Libri quos edidit P. Vagnonius in lingua Sinica.

1. *Septem volumina de vita Sanctorum, & Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Anachoretarum, Virginum, Viduarumque.*

2. *De Myſteriis Incarnationis, Paſſionis, Mortis, Reſurrectionis Chriſti Domini Redemptoris noſtri.*

3. *Vita & Miracula Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.*

4. *De quatuor Noviſſimis.*

5. *Duo libri de liberis benè educandis.*

6. *De*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

6. *De amore virtutum Chriſtianarum.*

7. *De imitatione Sanctorum.*

8. *Decem conſolationes, oppoſitæ decem tribulationibus.*

9. *Tractatus de principio & fine Mundi.*

10. *De bono Regimine omnium ſtatuum juxta quinque ordines* Sinis *in Morali Philoſophia uſitatos.* Liber uti magno rationum pondere viget, ita in pretio paſſim habetur ab omnibus.

11. *Philoſophia Moralis, quæ civilem & œconomicam comprehendit, eximiis ſimilitudinibus & apophtegmatis illuſtrata.*

12. *Philoſophia naturalis de Mixtis imperfectis, id eſt, de Meteoris eorumque cauſis.*

13. *Sphæra Mundi egregia methodo tradita, & ad animarum utilitatem expoſita.*

14. *Dialogus de variis materiis, Phyſicis & Moralibus, amœna hiſtoriarum exemplorumque narratione illuſtratus.*

Omnium deindè operum præſtantiſſimum fuit vivum exemplar virtutum omnium, quibus in ſe expreſſis magna omnium ædificatione ſemper præluxit.

Sequuntur modò ii, qui & *Europæorum* curioſitati ſuis operibus præfuerunt, quorum primum fuit *Duplex P. Trigautii Hiſtoria univerſalis*; deindè *P. Joannis Terentii Plinius Indicus*, de quibus ſuprà actum fuit. Poſteà *P. Alvarus Semedus Luſitanus Hiſtoriam Sinenſem ſuorum temporum* curioſo ſcrutinio in lucem edidit. (Hiſtoria P. Alvari Semedi.)

Succeſſit huic *P. Philippus Marinus*, que & eruditè *Japoniæ, Chinæ, Tonchini, Lai, Conchinchinæ hiſtoricum opus* ultimò edidit. (P. Philippus Marinus, ejus Hiſtoria Tunchinenſis.)

*P. Michaël Boimus Polonus*, qui *Floram Sinenſem* Viennæ, id eſt, *plantarum, fructuum, florum & nonnullorum animalium hiſtoriam* inſigni imaginum apparatu luci *Europææ* dedit; Et unum de *pulſibus infirmorum, quibus Medici Sinenſes in morborum notitiam admirando ſanè artis ſpecimine deveniunt*; qui tamen utrum lucem adhuc viderit, nondum mihi innotuit. (Flora P. Michaëlis Boimi.) (De Doctrina pulſuum apud *Sinas* in uſu.)

Non dicam hîc de *Annalibus Sinenſibus, Literiſque ad diverſos ex* China *tum ad ſuperiores, tum ad amicos particulares de rebus Sinenſibus conſcriptis*, quorum non eſt numerus. (Annales Sinici. Literæ particularium.)

Quos tamen omnes longè ſuperavit *P. Martinus Martinius Tridentinus*, quem ſuprà laudavi, qui *Atlantem Sinicum*, opus magnum & admirabile, in quo uti nihil earum rerum, quæ ſive mira Naturæ artiſque opera, ſive morum Religioniſque rationem ſpectes, deſiderari poſſunt, omiſit, ita quoque magnam incognitarum rerum ubertatem in eo *Europæorum* curioſitati reliquit; à Joanne Blaeu Amſterodami, magnifico ſanè 16. Mapparum Geographicarum apparatu, quo univerſam Sinici Imperii Chorographiam ante oculos ponit, editum; cui adnexuit & *Hiſtoriam de Bello Tartarico*, in quo formidandos rerum ſucceſſus & inauditas revolutiones, veluti in ſpeculo quodam omnibus Regibus & Monarchis ob oculos poſito ſcitè deſcripſit. (P. Martinii Atlas Sinicus.) (De Bello Tartarico.)

Atque hæc ſunt opera, quibus *Chinam* Societatis noſtri Patres indefeſſi Legis Chriſti prædicatores innumerarum animarum lucro, non verbo tantùm & exemplo, ſed & pennâ illuſtrarunt; quæ ab omni conditione hominum tanta aviditate fuerunt acceptata, ut non ſolùm, deficientibus Exemplaribus, multoties ſubierint prælum, ſed & primi ordinis Literatorum, quà *Mandarinorum*, quà *Colaorum*, commentariis exquiſitiſſimo ſtylo conſcriptis, magnis Chriſtianæ fidei Encomiis in univerſi Imperii fines divulgata fuerint; ut hoc pacto, quorum præſenti inſtructione & Divini verbi prædicatione frui non licebat, illos ex fructuoſis operibus veluti præſentes attenderent, & traditæ doctrinæ cæleſtis documenta altiori cordis receſſu conderent; undè forſan, utrum plures ex hujuſmodi operum lectione, quàm præſentium Patrum inſtructione veri Dei notitiam conſecuti, Eccleſiæ ſe aggregarint, meritò quiſpiam dubitare poſſit? Hoc conſtat, multos ex lectione interio- (Commentarii in dictos libros à Doctoribus Sinenſibus concinnati.)

ri

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ri Divini Spiritus radio perculſos, ad eos quorum Libris tantoperè profecerant, cognoſcendos, tum dubiorum proponendorum cauſa ſeſe contuliſſe.

Numerus Librorum à PP. conſcriptorum.

Libri itaque, qui anno 1636. lingua Sinica à Patribus conſcripti fuerunt, ad 340 partim in Materia Religionis, partim circa Moralem, Naturalem & Mathematicam doctrinam editi numerantur.

Catechiſtarum inſtitutum.

Etenim cum creſcente fidelium multitudine, Patres tanto numero impares, omnibus ſatisfacere nequirent, hinc ſalubri ſanè conſilio prodiit Catechiſtarum inſtitutum. Sunt autem Catechiſtæ viri qui jam in Chriſtianæ Legis myſteriis multum exercitati, nec non Spiritus Apoſtolici fervore, zeloque animarum ardentes aliis viam ad ſalutem demonſtrare norint; nec facilè ad iſtiuſmodi muneris gradum admittuntur, niſi virtutis ſolidæ & ſanctioris vitæ ſpecimen jam à multo tempore præbuerint:

Officium Catechiſtarum.

Horum officium eſt, circumire vicos & plateas, ut ſi vel infantes alicubi projectos neglectoſque quacunque occaſione data, invenerint, ſacrâ lymphâ tingant, verbo & exemplo vitæ rudiores ad veri Dei cognitionem adducant, opuſcula Spiritualia non habentibus communicent; dubia occurrentia diſſolvant, & hoc pacto Chriſto lucrifaciant. Et cum in Eccleſiis noſtris Chriſtianæ fidei elementa in magnis tabulis pulchris characteribus expoſita, parietibus paſſim appenſa ſpectentur, Catechiſtarum eſt, certo diei tempore, quo Gentilium curioſitate allectorum confluxus fieri ſolet, in Eccleſia expectare; & cupidis inſcriptionum veritatem explicare, falſorum Deorum vanitates oſtendere; deinde ad ulteriorem inſtructionem domum invitare; quorum operâ dici vix poteſt, quantum animarum quotannis lucrum Eccleſiæ Dei accedat, obliganturque quotidiè Patribus, qui iis in locis ſuperiores agunt, eorum, quæ eo die præſtiterunt, rationem reddere.

Verùm ut modum & rationem videat Lector, quo primò tum noſtri, tum Catechiſtæ myſteria Fidei Gentilibus & Idololatris proponunt, hîc ex opuſculo, quod ipſi Divinæ Legis compendium vocant, principales fidei articulos, de Deo Uno & Vero, de præmio juſtorum, malorumque pœna conſcripto, ſubjungere viſum fuit.

Nota Lector, quod uti lingua Sinica toto ut ajunt cœlo à noſtra Latina differt in modo loquendi; ita quoque non miraberis Latinam interpretationem de verbo ad verbum factam ita tortam & inconcinnam eſſe.

## Sino-Latinum

### *Divinæ Legis compendium.*

Divinæ Legis compendium, quo primi Neophyti exerceri ſolent.

| Sinicè. | Latinè. |
| --- | --- |
| *Tiēn chù xiń xiaóĭŏ ĵen.* | *Divinæ Legis compendium.* |
| 1. *Hoĕ uén, Tiēn chu guéi hô? Tuí yuĕ. Tiēn chù fĭ tă, ciĕ sem̄ Tiēn, sem̄ ti', sem̄ xiñ, sem̄ giñ siû uán uŭ chí tá chù çāi yĕ.* | 1. Fortaſſis quis interrogat, DEUS quid dicitur? Reſpondet. DEUS non eſt aliud, niſi Gubernator omnium rerum, ſimul etiam omnium rerum magnus Gubernator & Dominus, qui fecit Cœlum, qui fecit Terram, qui fecit Spiritus, qui fecit homines. |



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

2. *Tiēn, tí, gin uŭ ĉiēn uû, ùlh heú yeù: çĕ tiēn tí gin, uŭ chì çiēn, pí yèu yĕ có chù çài ỳ sem chì.*

2. Cœlum, terra, homines, (omneſque) res antea nihil erant, & poſteà fuêre: ergo ante Cœlum, terram, homines, reſque omnes, anteà neceſſariò fuit aliquis Dominus, ut crearet illa.

3. *Kaí uán uŭ pŭ nem çú ĉhim kiaī yeu, sò ỳ ĉhim chī chĕ jû leû ĩaî fam uŭ pú nem çú kī, pí chîm iŭ cŭm ciām chī xeù;*

3. Quia omnes res non poſſunt ex ſe fieri, omnes habent id à ex quo ipſæ factæ ſunt, vel ſui factorem; ſicuti turres & domus non poſſunt erigi à ſeipſis, neceſſario perficiuntur artificis manu.

4. *Cĕ tieñ tí jin uŭ ngăn nêm cú cáo, cáo chī chĕ ciĕ sò guéi ĩieñ chù iĕ. jŏ xi chim puên cù, tèm gûei xiŏ cù*

4. Ergo Cœlum, terra, homines & creaturæ, quomodo poſſunt à ſeipſis creari? auctor rerum illarum igitur eſt, quem nos nominamus Deum. Si homines ſeculum nominant *Pûen cù*, alioſque ſimiles, & faciunt primum avum (parentem)

5. *Iĕ cái yèu tiēn tí chī heú, kiāi yèu fú mù sò sem ùlh ỳ kī gûei kaī hoèn tŭn sem tiēn tí jîm uû, chè tá ngá ỳ.*

5. Etiam iſti fuêre poſtquam fuit Cœlum & terra, omnes habuerunt Patrem matremque, à quibus progeniti ſunt, & de iſtis facere Creatorem Cœli & terræ, hominum, rerumque, eſt magnus error.

6. *Hoĕ yuĕ ĩieñ tí jînuŭ kí iûe ĩieñ chù ùlh sem càn uên: çù ĩieñ chù yeû xûi sem hŭ? Túi yuĕ, ĩieñ chù nài.*

6. Dicet quis. Cœlum, terra, homines, reſque quandoquidem dependent à Deo in ſui creatione, audeo quærere: iſte Deus, à quo dependet in ſua creatione?

7. *Vàn uŭ chī xeñ iuên jû yèu sò yeû sem; cĕ fī tiēn chù ỳ kái uú, hoĕ yèu xì chûm ju çaò mû niào xeú hoĕ yèu.*

8. *Xī ùlh uû chum jû tiēn tí xiñ kòe kiĕ jiñ chí lim hoên goê tiēn chù uû xi uú chum ùlh nêm xí chum uán uŭ chè.*

7. Reſpondetur. Deus eſt prima rerum radix & principium; ſi haberet dependentiam in ſui creatione, eo
8. ipſo non eſſet Deus: [ Etenim res vel habent principium & finem, ſicuti herbæ, arbores, volatilia reptiliaque, vel habent principium & non finem, ſicuti, cœlum, terra, Angeli, diaboli, & hominum intellectivæ animæ; ſolus Deus eſt ſine principio & fine, & poteſt dare principium & finem rebus omnibus.

9. *Vû tiēn chù cĕ uû uû ỳ pí jû yĕ cò xú kí hoē qúo chī yĕ kŏ can kiāi yéu keñ ùlh sem uû keñ cô kiaī uû nài.*

9. Si non eſſet Deus, non eſſent aliæ res creatæ. *Exemp. gratia.* Unius arboris flores, fructus, rami, folia & truncus, omnia ex radice generantur, ſi non ſit radix, eo ipſo reliqua non erunt; ſed.

10. *Chí xú chī xeñ, cú uû tā xem sò yeû sem yè. Tiēn chù kī xi uén uŭ chī keñ tì hô yeû sem hŭ?*

10. Perveniendo ad arboris radicem, omninò non eſt alia radix, ex qua naſcantur vel procedunt. Deus quandoquidem ſit radix & fundamentum rerum omnium, ex qua alia re poteſt ipſe prodere?

Deus

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

11. *Tiēn chù ċū sem̄ uán sieñ ċaī p̆ī tiēñ tí, hoá sem̄ uū liú chī chū cum̄ jên heú hoá sem̄ yĕ nân yĕ niù nân mîm iă tàm.*

12. *Niù mîm ngĕ uă ciĕ çù úlh jîn uû fú mù ùlh guêi uán mîn chī iuên, cù kī iú, pù kiū sieñ ſŏ p̂û sĕ kiāi yèu.*

13. *Fú mù sò sem̄ ulh pù mieǹ çào ĉhî hoái sùỳ Tiēǹ chù kí xùi tień tí gin uū chiñ chù, yeú sem̄ uan uū y*

14. *Guêi gîn iúm cĕ, ngù gîn ngài kîm tien̄ chu tam̄ gên chī lī iĕ, pú ngái kiḿ, pień tĕ tá siú. Pī xoām ċiñ sem̄ có lh*

15. *çù xĕ chī ỹ chī kiaó chī jŏ guêi çù chè pù chī xiḿ fú mù, piĕ guêi chī pú hiaó çù `lh tĕ tá çuī hoám tien̄.*

16. *Chù xí gin tá fú mù, `lh ċò pú ngái kiḿ chī hū, ċà uán uū chī chù kí miḿ cĕ, xí gin chī sú ý guêi kiài ỳ*

17. *Fû gin pùen yeù hoên p̆ĕ leàm tuoñ kī p̆ĕ suī hoái `lh sù, kī hôen chum̄ pú nèm miĕ, kaí xí xám chī hoêm yèu sān tem̀.*

18. *Hiá sèm yuĕ, sem̄ hoên ciĕ çaò mŭ chī hoên yĕ ċù hoên fû çào mŭ y cem̄ `lh chàm, çao mŭ, pí can tūon ċū cào.*

19. *Kī suí siāo miĕ yên chañ. tèm yuĕ kiŏ huên, ciĕ kiñ xeu chī hoên ċù hoin nêm fû kin xeú sem chàm lh yeú sù*

11. Deus cum primum res omnes creavit, initio diviſit Cœlum à Terra, creavit omnes ſpecies rerum, poſteà creavit maſculum & fœminam; maſculus vocatus eſt Adam,

12. Fœmina vocata eſt Eva, iſti nempè duo homines non habuerunt patrem & matrem, & ſunt primi parentes omnium populorum, reliqui omnes (uti *Fŏ kì*) ſine exceptione eorum quos faciunt, immortales omnes habent,

13. Patrem & matrem ex quibus nati ſunt, & non potuerunt evitare, quin citius aut tardius corrumperentur morerenturque. Deus quandoquidem eſt Cœli, Terræ, hominum, rerumque verus Dominus, ſimul etiam creavit omnia,

14. Ut eſſent ad hominum uſum, conſequenter nos homines omninò convenit amare & venerari Deum, non amando & venerando, ſtatim magnum ſcelus committitur. *Exemp. gr.* par parentum producunt filium,

15. Nutriunt illum, veſtiunt, erudiunt, ſi filius neſcit honorare patrem & matrem, certè dicitur inobediens, & graviſſimè peccat, quanto magis cum

16. Deus ſit ſummus hominum parens, non convenit non amare & revereri illum. Quandoquidem jam declaratum ſit, quod Deus Dominus rerum omnium facile eſt explicare res hominum hujus ſæculi.

17. Iſte homo naturaliter habet duas partes, animam & corpus, illius corpus etſi corrumpatur & moriatur, ejus anima uſque in æternum non poteſt extingui, etenim in hoc ſæculo animæ habent tres differentias.

18. Ordo infimus dicitur anima vegetativa, videlicet anima herbarum & arborum, iſta anima adjuvat herbas & arbores ad vivendum & creſcendum, herbæ & ligna præciſæ exſiccantur.

19. Eorum anima ſequitur extinguiturque. Medius ordo vocatur anima ſenſiva, anima videlicet volatilium & reptiliū, iſta anima dat facultatem volatilibus



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

20. *chī ỳ 'lh mú xí tīm, y kēù pí tán*
*hieū ỳ chī tí kiò tūm yàm tán pú*
*nèm luń, chí sù lh̄ hoēn*

20. tilibus & reptilibus vivendi & creſcendi, ſimulque facit, ut illa per aures & oculos audiant & videant, per guſtum & nares guſtent & olfaciant, per cætera corporis membra ſentiant dolorem & pruritum, ſed tamen non poſſunt diſcurrere & ratiocinari; & dum moriuntur, & anima extinguitur.

21. [ ỳ miĕ yên
*xám sèm yuĕ lìm hoên ciĕ gîn hoên*
*ỳe. çú kiēn hân sēm kiŏ lh̄ hoên*
*chī nêm, xí ỳ nèm fû gîn sem̄*
*cham̀. Kiĕ chī kiŏ, lh̄ yeu sù chī*
*nêm pién chúm lí, ỳ ým uán sú*
22. *kī xin̄ ſuī sù lh̄ çù lim̄, hoên yum̀*
*çún pú miĕ: kú xí kien̄ gîn sú pá*
*sù gîn, pú pá sù mèm xeù, chè yêu*
*gîn sím chī lîm nêm kiŏ gîn sù chī*
*héu, xán yeù ví sù.*

21. Supremus ordo dicitur Intellectiva anima, videlicet hominis anima. Iſta ſimul complectitur vegetativæ & ſenſitivæ duarum animarum facultatem; idèo poteſt dare facultatem homini vivendi & creſcendi:
22. ſimul etiam ſentiendi; inſuper dat illi facultatem diſcernendi omnem rationem ad diſcernendas omnes res, ejus corpus etſi moritur, tamen ejus anima perpetuò conſervatur nec extinguitur: Ideò hujus ſæculi homines tantum metuunt mortuos homines, & non metuunt mortua animalia. Oritur id ex naturali diſcurſu hominis, ut poſſit advertere poſt mortem hominum: Iuſuper hominis anima non mortua

23. *Chī hoên çái kŏ kiú lh̄ kīn xeú*
*hoên ciûen sàn uû kò kim̄ ngò yé.*
*Kí chīgin hoên pú miĕ, yeú pú*
*çò sińlün.*

23. Permanet, & ideò poteſt timere, anima autem reptilium totaliter diſſipatur, nec poteſt nobis terrorem incutere. Quandoquidem ſcimus, hominis animam non extingui, ſimul non convenit credere tranſmigrationis errorem; convenit ſcire

24. *Hoĕ lŏ táo chī miéu xuĕ im̄ chī*
*sem̄ ciên guêi xén iû gûei ngó kī*
*hôen có ỳ sù hoù fù tien̄ chù xiǹ*
*puen̄ tím yèn*

24. tempore vitæ facere bonum & malum; Hominum animæ ſingulæ poſt mortem eunt ad Dei judicium, ubi determinatum habent

25. *Chú fuēn chú sò, kī yĕ çái xám*
*lh̄ yèu uán fŏ, çiĕ sò gûei tien̄ tam̄,*
*xàm xên chí sò ỳe: kī lh çái hiâ,*
*lh̄ yèn.*

25. Suæ mercedis locum, unus locus eſt ſupra, & habet omnem felicitatem, ſcilicet qui dicitur Cœli aula, id eſt, remunerandi bonos locus; Secundus locus eſt infra, & habet

26. *Ván kù, ciĕ sò guei tí yŏ, fă*
*ngó chī sò yè; kai tien̄ chù chī*
*cūm, uû xeń pú xàm uû ngó pú fă:*
*gên hién xí.*

26. Omnem amaritudinem, videlicet qui dicitur terræ Carcer puniendi malos locus: etenim Dominus eſt ſummè æquus, nihil eſt boni, quod non remuneretur, nihil eſt mali quod non puniat: Nihilominus in præſenti ſæculo

Sunt

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

27. *Tĕ yèu gûei ngó lh fú quèi ngān ló; chè guêi xén lh pîn, cień cù nán chè, xĕ naì tieñ chù tái kì gîn chī sù gên.*

28. *Héu çiù xén hoên lh xim̃ tieñ tâm̃ xèu uû kiúm chī fŏ ciù ngó hoên lh chí tí iŏ, xeù uû hiúm chī him̃ ỳe sù uû*

29. *Tiĕn tâm tí iŏ chī xàm fā ỳ páo xí gin̂ sò guêi chī xeń ngó kì pú uàm leào xén gîn, piên ỳ leào ngó gîn, hô*

30. *Tĕ guéi tieñ chù chí cūm hū. hoĕ yuĕ: xeń ngó chī páo yĕ yeù hién xí? hô jû yuĕ xĕ lim̀ xèn ngó chī páo hiên.*

31. *Tái iū xim̃ heú, cĕ iù gīn pú chī xiñ héu chī ym̃, hó ỳ ieñ tieñ xám chī yèu chù; hū cú châm yèu fań ỳ chè*

32. *Yù çāi hŏ kieñ nán ỳ chîm kì ciên, lh kiái kì héu. xún ì chè múm kiĕ fū chī kiám, ỳ chêu iū uàm lh kiûen kì*

33. *Lâi yè yŏ yeù gûei xén chè lh pîn cién xû nán hoĕ nài yñ guéi, xén chī chum̃ yèu siào quó ngó kú tieñ chù ỳ xí*

34. *Hién páo chī chí sù heú cĕ jŭ çieûn fū chī yŭ yùm hiam̀ châm lô ý yeù gnêi chè lh fū quei ngân ló nài ỳn*

35. *Hîm ngó chī núi kiĕn yeù vì xén kú tieñ chù ỳ xí xàm chī kiĕ kì sù héu cĕ hién xīn ȳn chī; iŭ yùm xeú uán*

27. Sunt aliqui qui operantur malè, & ſunt divites, honorati, quieti & læti; ſunt qui operantur benè, & ſunt pauperes, contempti, calamitatibuſque oppreſſi, certum eſt Deum expectare ejus hominis mortem, &

28. Poſteà accipere boni animam, & aſſumere in Cœli aulam, ad fruendum perpetuâ felicitate & accipere mali animam illamque dimittere in terræ Carcerem, ad recipiendum ſine fine ſupplicium. Si concedamus non eſſe

29. Paradiſi & inferni præmia & ſupplicia, ad remunerandum ſæculi homines, qui faciunt bonum vel malum, quomodò non decipiuntur boni? & meliori ſorte fruuntur mali? &

30. quomodò poteſt dici Deus ſummè juſtus? Dicet aliquis: boni & mali merces eſtne etiam in præſenti ſæculo? quomodo ſe res habet? Reſpondetur, Supponamus eos qui recipiunt boni & mali remunerationem, om-

31. ninò expectant uſque poſt mortem, eo ipſo indocti homines ignorabunt eam quæ poſt mortem eſt remunerationem, & quomodo probabitur illis ſupra Cœlum eſſe Dominum; ideò frequenter qui violant juſtitiam,

32. Incurrunt in calamitates, pericula, & labores, ut emendent præterita (peccata) & caveant à futuris, Qui obediunt rationi, accipiunt benedictionem deſcendentem, ut reſpondeatur illorum præteritis bene-

33. factis & ſtimulentur ad futura. Si quis verò benefaciens ſit inops, inhonoratus, plenuſque laboribus & calamitatibus, fortè ideò contingit, quia inter bona opera habent modicum quid mali; Ideò Deus cum iſtis

34. In præſentia illum caſtigat: poſt mortem verò, introducit in perfectæ felicitatis locum ad perpetuâ fruendum felicitate. Si qui operantur malè, & tamen ſunt divites, ho-

35. norati & juxta ſæculum beati, hoc ideò contingit, quia inter malè operandum mixtum habent quid boni, ideò Deus iſtis præſentibus felicitatibus illos remunerat: Poſt mortem



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

36. *kù ỳ xì gîn yǒ miên hiá tí yǒ xeú uán x'ù, lh̀ tě xám tieñ tâm hiam̀ vań fǔ piě yáo sañ kień kì yě yáo.*

37. *Chì giń tieñ tâm chì chù ciě tieñ chù yè xí gîn hiě chú tā gîn chì uǒ, sieñ yáo gîn kì uǒ chī.*

38. *Chù fań cò jǒ [chú : hoám uí chì tieñ chù nēm xám jǔ uán fǒ chì sò kì lh̀ jáo hiào sě tieñ tâm chī lú ciě tieñ chù chì sáo.*

39. *Yè xì gîn pú chì sò yǒ ūàm chì lú cě pú sě chì lh̀ uí chì tieñ tam̂ chì lú çò chí chì fū kì sān piě*

40. *Yáo hiên sò ỳ chī kaí gîn suì ỳ chì sò yǒ uam̀ chì lú jǒ çái kiā hiên çó lh̀ pú çhǒ hîm kiuě pú sě taò.*

41. *Cě yǒ xám tieñ tâm uán fǒ chì chú piě siñ hîm tieñ chù xiḿ kiáo chì sú ỳ. Hoě yuě*

42. *Tien chù nài tieñ tí gîn [uǔ chì chù lh̀ kì táo guêi chim̄ táo piḿ guêi tieñ tâm chì lú. ỳ tě uên mîm kiñ yǒ çûm çù tieñ chù xiḿ kiáo jû.*

43. *Hô cě çò ? túi yuě yǒ çûm x'ím kiáo chè piě yeù leàm ý kì xań çaí iū chiḿ siñ fuḿ kiḿ tieñ chù guéi kì nài tieñ*

44. *Tí gîn uǒ chī cum̄ chù lh̀ sem̄ uań uǒ ỳ iam̀ ngù gîn chě kì çú çái iū cú puèn gîn chī lîm hoên, ỳ mieǹ hiá*

tem autem, deturbat profundiſſimè
obſcurum in carcerem, ut perpetuò
36. recipiant omnem Amaritudinem.
Hujus ſæculi homines ſi deſiderant
evitare ut non deſcendant in Infer-
num ad ferenda omnia tormenta, &
ut aſcendant in Cœlum ad fruen-
dum omni felicitate, omnino neceſ-
ſariæ ſunt tres res. Primum eſt neceſ-
37. ſarium, Cognoſcere Paradiſi Domi-
num, nempè Deum. Homines hujus
ſæculi ad habitandum in aliena do-
mo, prius neceſſe eſt, ut cognoſcant,
ejus domus Dominum, tunc poſſunt
38. intrare & morari: Quanto minus
neſciens quas Cœli Dominum, po-
terit aſcendere & intrare in univerſæ
felicitatis locum. Secundo neceſſa-
rium eſt, ſcire iter ad Cœlum, ni-
mirum Dei Legem.

39. Homines hujus ſæculi neſcientes
ad id quod tendunt iter, eo ipſo
non poſſunt eò pervenire, & neſcis ne
aliquis in Cœlum iter, poteritne illuc
pervenire?

40. Tertio omnino neceſſarium eſt,
incedere per illud quod jam ſciunt,
quia homo etſi ſciat iter quod ipſe
deſiderat tendere, ſi tamen domi
otioſus ſedeat, & non exeat ad pro-
grediendum, nullo modo poterit
pervenire.

41. Simili modo qui deſiderat aſcen-
dere in paradiſum omnis felicitatis
locum, omnino neceſſarium eſt, ut
faciat Divinæ Sanctæ Legis opera.
42. Dicet quis: Deus eſt Cœli, Ter-
ræ & hominum rerumque Dominus,
& ejus doctrina, ſimulque eſt ad
paradiſum iter: Jam hoc clarè au-
divi & intellexi: nunc deſiderio
ſequi hanc Dei Sancti doctrinam,
qui

43. Ergo id potero? Reſpondetur,
Qui deſiderat ſequi ſanctam Le-
gem, debet habere duas intentio-
nes: Prima intentio conſiſtit, ut cor-
de perfecto veneretur Deum, quia
ipſe eſt Cœli,

44. Terræ, hominum, rerumque uni-
verſalis Dominus, & creavit omnia
ut nos nutriret. Secunda conſiſtit in
providendo propriæ hominis animæ,
ut evitetur deſcenſus.

In

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

45. *Tí iŏ xéu uán çù lh nêm xám tiēn tam hiam uán fŏ gên yŏ sĕ çù ý piĕ yáo san sú kì yĕ yáo hìm tiēn chù.*

46. *Quĕi kiài kì lh yáo sín tiēn chù sú çìm kì sān yào lìm xím xùi tiĕ çien fì.*

*Tiēn Chù xĕ kiái.*

1. *Yĕ kin çûm yĕ tiēn chù uán uŏ chī xam.*
2. *Lh. uû hŭ tiēn chù xím mîm ỳ fă chái xí.*
3. *San. xìu chen lì chī jĕ.*
4. *Sú. Hiáo kím fú mù.*
5. *U`. uû xă gîn.*
6. *Lŏ. uû hîm ciê ŷn.*
7. *Ciĕ. uû teū táo.*
8. *Pă. uû vám chím.*
9. *Kièu. uû yûen tà gîn çĭ.*
10. *Xĕ. uû tán tà gîn çài uŏ.*

*Yéu xĕ kiái çùm quĕi lh chè lhỳ: ngái mú tiēn chù uán uŏ chī xám iù fū ngái gîn jù kì. çù çaí siĕ tiēn chù kiam iú, lìm pù xi çun xeù xún chĕ xim tiēn tam xeú fŏ. niĕ chĕ tó tí iŭ, kiāi kîm ỳ xám chū tuōn tĕ tá leŏ lh jû iŏ cin chi tiēn chù chī táo piĕ yáo sí quan tiēn chù xĕ ý chū xū kiĕ chí kiáo tâm tim sī lâi chuên kiáo sien sem kiàm kiài; fam çò leào ú uû ŷ, lh çū uí kò ỳ yên súi çin yên.*

45. In infernum ad recipiendum omnes amaritudines, & obtineatur aſcenſus in Cœlum ad fruendum omni felicitate. Qui deſiderat hoc obtinere, tria ſunt neceſſaria. Eorum primum eſt ſervare Dei præcepta.

46. Secundum eſt, Debet credere Dei res. Tertium eſt, Debet recipere S. Baptiſma, & lavare prætérita peccata.

## *Dei decem Præcepta.*

1. Honorare & venerari unum Deum ſuper omnia.
2. Non nominare Dei Sanctum nomen ad proferendum inane juramentum.
3. Obſervare feſtos dies.
4. Obedire & honorare patrem & matrem.
5. Non occidere homines.
6. Non operaberis fornicationem.
7. Non furaberis.
8. Non temerè teſtificaberis.
9. Non concupiſces alterius hominis uxorem.
10. Non concupiſces alterius hominis opes & res.

Decem præcepta quæ ſunt ad dextram, ſummatim ſumpta reducuntur ad duo tantum: Amare Deum ſuper omnia, & amare homines ſicut ſeipſum. Hoc eſt quod antiquitùs Deus è Cœlo docuit, & præcepit, ut per omnia ſæcula honorarentur ſervarenturque. Obedientes illis aſcendunt in paradiſum & accipiunt felicitatem. Contrariantes deſcendunt in infernum, ubi tormentis afficiuntur; Superiores Articuli tantum modò ſunt compendium. Si quis deſiderat abſolutam habere ſcientiam Legis Divinæ, neceſſarium eſt, ut ſtudioſè incumbat ſtudio omnium Librorum tractantium de vera lege Dei, & ire ad templum Chriſtianorum ad audiendos ex Occidente venientes Legis Magiſtros, diſputantes & explicantes; tunc poterunt intelligere ſine dubitatione, & iſtud non poteſt brevibus verbis abſolvi.

Vides

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Vides itaque Lector, quomodò primò cognitionem Dei Veri & Unius animabus Neophytorum implantare ſoleant, ſine qua fruſtra ad reliqua fidei noſtræ myſteria accedas. Hiſce deindè ritè expoſitis, ad Sacroſanctam Dei Unius Trinitatem exponendam ſe procingunt, deindè ad Filii Dei, Verbi æterni incarnationem; poſteà ad Sacramenta in peccatorum remedium ab ipſo inſtituta, & ſic de reliquis Fidei articulis à primò uſque ad ultimum, exponendis procedunt; Quibus ubi ritè imbuti fuerint, tum primum ad perfectiorem vitæ Chriſtianæ cultum erudiunt. Atque hic eſt modus Noſtrorum Patrum in converſione infidelium obſervari ſolitus.

ATHA-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ATHANASII KIRCHERI

# CHINÆ ILLUSTRATÆ

## PARS III.

# DE IDOLOLATRIA,

EX

## Occidente primum in *Perſidem*, *Indiam*, ac deindè in ultimas Orienti, *Tartariæ*, *Chinæ*, *Iaponiæ* Regiones ſucceſſivâ propagatione introducta.

### *PRÆFATIO.*

QVoties humanarum rerum conditionem paulò altius mecum expendo, toties veriſſimum illud Sapientiſſimi mortalium pronunciatum, *Nihil ſub Sole*, teſte Eccleſiaſte, *novum comperio*, Eccleſ. c. 1. v. 9. *Quid eſt quod fuit? Ipſum quod futurum eſt; Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.* Certè nihil aliud præteritarum rerum eventus fuiſſe videntur, niſi futurarum quædam veluti proſcenia καὶ ἔκτυπα. Gratis itaque perhorreſcimus ad præteritorum ſæculorum infelices multorum Regnorum, Monarchiarum & Rerumpublicarum ſortes & tragicos exitus, quos moderno tempore præſentes, alio tamen colore fucatos intuemur; Gratis miramur, dum veterum monumenta volventes cognoſcimus, eò Ægyptiorum Græcorumque gentem cæteroquin ſapientiſſimam, cæcitatis deveniſſe, ut nihil tam eſſet vile & abjectum, nihil tam propudioſum & abominabile, quod Divino Apotheoſeos honore non cohoneſtarent. Gratis, inquam, hæc miramur, cum majorem adhuc Orbis partem, etiam poſt Salutis humanæ adventum eâdem inſaniâ, iiſdem erroribus laborantem quotidiè percipientes indoleamus. Deſinamus itaque mirari; eadem cauſa manente, ut Phyſico more loquar, eundem effectum prodire neceſſe eſt. Inveteratus malorum iiſdem ſemper Orbem premit machinationibus, Gliſcit,

Humanarum rerum conditio inſtabilis.

Totus Mundus Idololatria involutus.

*Dæmonis ira premens, odiis & fraudibus Orbem*
*Implet, nec damnis hominum exſaturata quieſcit.*

Nullæ ſunt induciæ, pax nulla; ubi nec odii, nec invidiæ modus, aut finis ullus; hoſtis Dei ſuperbiâ aſcendit ſem-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

per, creſſit malitia, crudelitas invaleſcit; antiquus ſcelerum Architectus eadem ſemper molitur. Nihil inauſum ſinit, nihil intentatum relinquit, præcipuum omni ætate de eadem pharetra fuit illicium quàm curioſarum, tam ſuperſtitioſarum artium, quàm multa tam ſtulta dæmonum commenta mortalium animos dementantia, quæ omnia Magiæ nomen ambitu ſuo comprehendit. Nihil præteritis temporibus ab *Ægyptiis*, eorumque hæredibus Divino unquam honore cultum novimus, quod à *Barbaris* etiam moderno tempore, illo inſtigante, non coli videantur. Apud hos in *Fotoque*, & *Chamis*, *Oſiridis*, & *Iſidis* in Solem & Lunam transformatorum manifeſta reperias veſtigia. Videas *Bacchos*, *Veneres*, *Hercules*, *Æſculapios*, *Serapides*, *Anubides*, ſimiliaque *Ægyptiorum* monſtra promiſcuè paſſim, etſi ſub aliis & aliis nominibus adorari; *Molocho* per ignem filios immolari, ſanguine humano execranda peragi ſacrificia; obſcœnam illam hominis partem, quam *φάλλον Græci* vocant, ſingulari in honore ac veneratione haberi; omnigenas animantes Deorum loco teneri; verbo, *Ægyptiorum* exemplo cuncta Idolis repleri invenias, nihil Divinorum myſteriorum in Sacris Voluminibus contineri, quod in contemptum Dei animarumque perniciem Simia Dei diabolus de ſanctis venerandiſq; Prophetarum Oraculis aſſumptum ad contaminatiſſima furoris ſui ſcelera, uti olim, ita modò non transtulerit. Videas hìc Serpentis Moſaici in deſerto ad periturorum ſalutem erecti reliquias: *Noëmi* quoque mundum arcâ conſervantis, *Eliæ* curru igneo tranſlati intuearis imaginem, aliaque ſimilia, quæ in ſequentibus dicentur; omnibus proindè veterum myſteriis, ritibus, ac cærimoniis ſuperſtitionibuſque in noviſſimarum Gentium religione mentita, veluti in ſpeculo quodam eluceſcentibus. Hæc itaque cum cognoſcerem, ingens continuò animum meum inceſſit deſiderium, conquiſitis undique diverſarum gentium idolis, ritibus quoque ac cærimoniis, iis peragi ſolitis, hinc indè ex *Hiſpanicis*, *Luſitanicis*, *Italicis* & *Gallicis Epiſtolis* (quarum magna mihi copia hìc *Romæ*, utpotè in ſuprema Curia ex Archivio Societatis JESU ſuppetebat) collectis comparationem inſtituendi inter hæc & Veterum Religionem; ſperans futurum, ut ex hujuſmodi collatione, meis in hoc olim opuſculo moliminibus lumen non exiguum accederet, dum ex rituum, cærimoniarum ſimulachrorumque ſimilitudine & analogia, undè ea profluxerint, inveſtigare difficile non rebar futurum, atque unà monſtrare modum, quo Idololatræ Satanica cœcitate perculſi, ex falſorum Numinum cultu, feliciùs ad veram Unius Dei atque Chriſtianæ fidei notitiam adduci queant.

Dæmonis idem ſemper in decipiendis animabus modus.

Polythæia *Ægytiorum Græcorumque* in hunc uſque diem durat adhuc.

*Ζωολατρεία.*

CAPUT

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CAPUT I.

## De *Sinenſium* Idololatria.

TRes igitur *Sinarum* Libri Orbis terrarum ſectas numerant; ſic enim vocant Regnum ſuum unà cum vicinis adjacentibus locis, alias enim minimè nôrunt.

Tres Sectæ *Sinenſium.*

Prima eſt Literatorum; altera *Sciequia*; tertiam *Lançu* vocant. Ex his tribus aliquam *Sinæ* omnes & reliqui populi contermini, qui *Sinarum* characteres habent, profitentur; quales ſunt *Japones*, *Coriani*, *Tonchini* & *Cocincinenſes* populi, de quibus poſteà dicemus. Atque tres hæ ſectæ primò in omnibus propè reſpondent triplici hominum generi, quibus *Ægyptiorum* quondam Regnum conſtabat, Sacerdotibus videlicet Sapientibus, Hierogrammatiſtis ſeu hieroglyphis, & plebeis. Literatorum ſecta *Sinenſium* propria, & in hoc Regno antiquiſſima Rempublicam gubernat, pluribus libris abundat, & ſupra cæteros laudatur. Authorem ſeu Principem Philoſophorum *Confutium* agnoſcunt, non ſecus ac *Ægyptii* ſuum illum *Thoyt*, quem Græci ἑρμῆν vocant Τρισμέγιϛον; Et quemadmodum *Ægyptii* Sa-

Sectæ 3. triplici hominum ſtatui correſpon-

Primæ Sectæ Author *Confutius* Philoſophus moralis Hermes *Sinenſium.*




Pagodes *Indorum* Numen. Idolum *Menipe.*

Unum Numen quod Regem Cæ-

pientes unum Deum, quem *Hemepht* vocant, colebant; ita *Sinenſes* Literati idola juxta *Confutii* dictamina non colunt, ſed unum Numen, quod vocant

lorum vocant colunt *Literati.*

R 2 Regem

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Regem Cœlorum; de quo ſic Trigautius in Expeditione Chriſtiana ad Sinas: *Hinc aſſerunt Regi Cælorum ſacrificandi ejuſque colendi munus ſolum ad Regem ſpectare; in hunc finem Rex duo habet templa ſanè magnifica in utraque Regia*, Nanquinenſi *&* Pequinenſi; *Cælo dicatum eſt unum, Terræ alterum; in his olim ipſe per ſe litabat, nunc in ejus locum Magiſtratus graviſſimi ſucceſſere, Cæloque & Terræ (non ſecum ac Ægyptii Oſiridi) boves & oves magno numero mactant, alioſque multos ritus exhibent. Porrò proprium Literatorum fanum eſt ipſius* Confutii *Philoſophorum* Sinenſium *Principis; id ei per leges in qualibet urbe conſtruitur, eo in loco, quæ eſt ſuper ludum Literarum; id magno ſumptu conſurgit, & contiguum habet palatium ejus Magiſtratus, qui primum literarum gradum conſecutis præeſt. In celeberrimo fani loco ſtatua illius viſitur plena literis, aut ejus loco nomen cubitalibus literis aureis in pereleganti tabula deſcriptum, ad ejus latus ſtatuæ adſtant quorundam ejus diſcipulorum, quos* Sinæ *in Divos, ſed inferioris ordinis, retulère. In hoc fanum Novilunio ac Plenilunio quolibet conveniunt Magiſtratus omnes urbani, cum renunciatis Baccalaureis, Magiſtrum ſolitis inclinationibus, cereis etiam & ſuffitu veneraturi.* Ad eum ferè modum, quo *Ægyptii* primo die menſis *Thoth* ſuo Deo Mercurio ſolennia celebrant. Hujus Dei ſtatuæ variæ quoque ſunt, aliæ in templis prægrandes, aliæ parvæ, & quæ facili negotio ſecum circumferunt; cujuſmodi unum mihi R. P. Aſſiſtens *Portugalliæ* Societatis JESU, Nunnius Maſcarenias communicavit, cujus imaginem hîc adjungendam exiſtimavi. Vide pag. antecedentem.

*Trigautius, Exped. Sin.*

*Fanum Confutii.*

*Statua Confutii.*

*Secunda Secta Sinenſium quid contineat.*

Altera *Sinarum* Secta reſpondet Philoſophis *Ægyptiorum*, & *Siequia*, vel *Omyto*, vulgò *Amida* appellatur, apud *Japones* verò *Xaca*, *& Amidabu* nuncupatur; de quibus fuſiùs, cùm de *Japonum* Idolis agemus. Lex hæc ad *Sinas* pervenit ab Occaſu, portata è Regno cui *Threnio*, vel *Sciuro* nomen eſt, quæ Regna, teſte *P. Trigautio*, uno *Indoſtanis* nomine appellantur, inter flumina *Indum* & *Gangem* ſita. Quam quidem ſectam ſi diligenter diſcutiamus, ab iis Gymnoſophiſtis, *Brachmanibus*, *Perſis*, *Bactrianis*, qui hac *Indoſtanis* intercapedine olim continebantur, profectam, in *China* Colonias poſuiſſe, ex dogmatis eorum facilè patebit. Multitudinem enim Mundorum credit, Metempſychoſin, ſeu animarum in bruta tranſitum, omnem denique Pythagoræ philoſophiam profitetur. P. Martinius in ſuo Atlante de iis dicit: Xekiao *ſecta eſt, quam noſtri putant primò poſt Chriſtum in* China *introductam; Metempſychoſin admittit; duplex eſt, una interna, externa altera: hæc Idola colit; animarum transmigrationem dari poſt mortem in peccatorum pœnam docet; ab omni quod vixit perpetuò abſtinet. Ridicula lex, & ab ipſis ſequacibus ſacrificulis paſſim exploſa, neceſſaria tamen ab iis judicata, ad rudiorum à vitiis abſtractionem, & virtutum incitamentum. Interna Metempſychoſis præclaræ putant Philoſophiæ Moralis partem pulcherrimam, dum ſpectat paſſionum pravarumque affectionum omnimodam vacuitatem atque victoriam, hæc dum obtineatur, animalia prout illorum affectibus fuerunt obnoxii migrare perhibent; poſt mortem nil præmii, nil pœnæ agnoſcit, niſi vacuum, nil in hac vita veri eſſe vult, niſi prout à nobis apprehenditur, idemque bonum & malum eſſe reſpectu diverſorum.* Trigautius verò hiſce ſubſcribit: *Multiplices*, inquit, *cum Democrito & aliis Mundos fabricat; ſed maximè animarum tranſmigrationem è Pythagoræ diſciplina videntur mutuati, aliaque permulta commenta huic addidère ad fucum falſitatis. Hæc autem non ſolùm à Philoſophis noſtris, ſed etiam ex Euangelica luce videntur umbram quandam accepiſſe. Certum enim Triadis modum inducunt, quo tres Deos, in unum deinde* Nu-

Idololatria ex *India* in *Chinam* & *Japonem* tranſlata.

Metempſychoſeos dogma apud *Sinenſes*.

Metempſychoſis duplex, externa, interna.

Metempſychoſis & Mundorum multitudo.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Numen coaleſcere fabulantur.* Cujus *Epiſtolæ* quoque *Hiſpanicæ* mentionem faciunt hiſce verbis : „ Tuvieron noticia del Euangelio. „ Porque en la Provincia de *Paquin* „ entre los otros Idolos, que alli tie- „ nen, ay una figura del hombre, que „ tiene tres cabezas, y ſe miran la una à „ la otra, y dizen los *Chinas*, que ſi- „ gnifica aquello, que todos tres non „ tienen mas de un ſolo querer y vo- „ luntad. *Et paulò poſt* : Ay una „ otra imagen de bulto de una mu- „ ger, con un Ninno en ſus brazos. *P. Martinus Martinius* in Provincia *Fokien* imagines varias Chriſtianæ fidei olim introductæ veſtigia ſe vidiſſe recenſet, Cruces pervetuſtas, Beatæ Virginis filium ſuum benedictum inter brachia ſtringentis imagines detectas aſſerit, quæ & etiamnum in Eccleſia noſtra ſpectandæ exhibentur, tum ad confirmandos Neophytorum animos, tum ad devotionem concitandam opportunæ. Verùm hujuſmodi S. Thomæ Apoſtoli, aut poſterorum Euangelii propagatorum reliquias eſſe, piè credi poteſt, Idola verò veroſimiliùs à *Perſis*, *Medis*, aliiſque *Indorum* Philoſophis *Ægypti* hæredibus, quorum proprium erat, multiformes ſtatuas fabricari, ad effectus unius rei ſignificandos, profluxiſſe, ut paulò poſt, dum de *Japoniis* agemus, patefiet. Prætereà abſtinentiam ab animalium carnibus cum Pythagoræis ſibi indicunt, barbam & cæſariem continuò radunt, in montibus & ſpeluncis contemplationi vacant, templa eorum plena ſunt immanibus Idolorum monſtris, æreis, marmoreis, ligneis, luteis; adyta *Ægyptiorum* diceres.

Typus B. Virginis.

Mores Pythagoræorum in *China* vigent.

Tertia Secta Sinarum plebeia.

Tertium profanæ religionis dogma *Lanzu* appellatur, & reſpondet plebeis, & Magis *Ægyptiis*, à Philoſopho quodam, qui eodem cum *Confutio* tempore floruit, originem traxit; eum fingunt 80. annis in parentis alvo geſtatum, priuſquam naſceretur, qua ex cauſa *Lanzu*, id eſt, *Philoſophus ſenex* appellatur. Hoc dogma paradiſum ſpondet, ex anima & corpore conſtitutis, & in ſuis templis quorundam effigies exponunt, quos hac ratione ad cœlos evolaſſe fabulantur. Ad eam rem conſequendam exercitationes quaſdam præſcribunt, poſitas in vario ſedendi ritu, certiſque precationibus, imò etiam pharmacis, quibus ſpondent unà cum ſuorum Divorum favore vitam in mortali corpore longiorem. Hujus ſectæ ſacrificùlorum peculiare munus eſt, Dæmones impiis præcationibus exorcizatos domibus pellere, idque duobus modis tentare ſolent; nam horrenda Dæmonum monſtra in flava papyro atramento delineata, domorum parietibus affigenda tradunt; indè tam inconditis clamoribus domos complent, ut ipſa Dæmonia eſſe videantur. Aliud etiam munus ſibi arrogant; nam è ſicco Cœlo imbres elicere, aut nimios continere, alia quoque privata ſeu publica infortunia ſe poſſe avertere promittunt.

Dæmonolatria.

Atque hæc ſunt tria ferè gentilium ſectarum Capita; ſed neque in his humani generis ad decipiendum ſemper prompta calliditas conquieſcit, ſinguli enim fontes labentibus paulatim ſeculis à fraudum Magiſtris in tot mæandros derivati ſunt, ut numerari vix poſſe videantur, & ipſa incredibilis penè ſimulachrorum multitudo ſatis oſtendit; quæ non in fanis tantùm, ſæpè ad aliquod millia, colenda exponunt, ſed privatis etiam in ædibus ferè ſingulis loco ad eam rem deputato, in foro, vicis, in navigiis, palatiiſque publicis, hæc unà abominatio penè primò ſe ſpectandam præbet. In quo quidem *Ægyptios* Idolorum omnigenâ varietate infames imitari videntur. Sunt hujus rei tam certa & evidentia indicia, ut ſi nihil aliud, certè tria potiſſimum id convincere poſſe videantur. Primum eſt, quod non ſecus ac *Ægyptii* & *Græci* quoſdam univerſo præſidere credant; his templa myſtica condant; hos variis ritibus & cærimoniis *Ægyptiorum* mo-

Idolorum multitudo.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

more ſoleant aut placare iratos, aut faventes attrahere. Secundum argumentum Religionis *Sinicæ* ab *Ægytiis* mutuatæ, ita manifeſtum eſt, ut de eo dubitari nequaquam poſſit; eſt autem, quod in hunc diem templa ibi Marti, Veneri, Fortunæ, Paci, Oreadibus, aliiſque Diis *Græcis* & *Ægyptiis* communibus dicata reperiantur. Multis id poſſem ex diverſis Luſitanicis & Hiſpanicis annuis ſcriptis oſtendere, ſed erit inſtar omnium Metropolitanæ Urbis *Nanchini* in *China* Ichnographia non minùs eleganter, quàm cumprimis exactè ſerico Sinico impreſſa à Patribus noſtris, præterlapſis annis è *China Romam* miſſa, in qua, præter alia ſuperba ædificia, ac munimentorum moles, templa quoque Deorum ſingula ſingulis certis quæque locis deputata ſpectantur; videas in hac Delubra Marti, Fortunæ, Paci, Oreadibus & Nymphis, Genio aëris, avium, maris, fluminum, montium urbis præſidi, Draconi maris (quem *Ægyptii* Typhonem vocant) Jovi, Atlanti, aliiſque Diis *Græcis* & *Ægyptiis* dicata; quod cùm ſumma cum admiratione percepiſſem, non potui, quin ad Religionis Sinenſis cum Ægyptiaca, Græcaque affinitatem demonſtrandam, eam hîc ſumma fide decerptam adjungerem, omittere.

*Nanchini diverſorum Idolorum cultus.*

## *Templa Deorum* Chinenſium.

| | | |
|---|---|---|
| Templum Draconis maris, ſive Typhonis. | Templum grati animi. | Templum præſidi Sylv. vel Dianæ. |
| Templum Reginæ Cœli, id eſt, Lunæ dicatum. | Templum planetæ Marti dicatum. | Ara Cœli. |
| Templum Cœlo dicatum. | Templum Præſidi murorum dicatum. | Ara Terræ ſeu Cereris. |
| Templum Dæmonibus & Spiritibus dicatum. | Templum optimæ Paci dicatum. | Ara Dei Pluviæ. |
| Templum Montibus & fluminibus, id eſt, Oreadibus & Nereidibus dicatum. | Templum Spiritui Medicinæ Æſculapio vel Apollini dicatum. | Ara Regis avium. |

Atque hæc ſanè *Græcis* & *Ægyptiis* ita congruunt, ut tota eorum Idololatria in *Chinam* transmigraſſe videatur.

Tertium argumentum eſt, quod præter literas, quibus hieroglyphica *Ægyptiorum* proximè affectant, ut in *Secunda Oedipi parte* oſtendimus, ritus & cærimonias eaſdem penè habeant cum *Ægyptiis*.

Novimus *Ægyptios* pyramidum figuras ſemper divino quodam honore proſecutos eſſe; cujus cultus veſtigia in hunc diem in *China* remanent. Pyramides enim, quas *Chines* vocant, in tanto habent honore & veneratione, ut nemo aggredi quippiam audeat, niſi priùs certis ritibus haſce placaverit. Teſtem hujus rei adduco Petrum Jarricum, qui l. 5. Hiſtoriar. Indicarum Gallicè editarum, cap. 51. de iis hiſce verbis memorat:

*Petrus Jarricus.*




Ff 2

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

rat: *Outre ces idoles de bois il y en a d'autres, qu'ils appellent* Chines, *faictes en forme de Pyramides ouvragees, dans lequelles il y a certaine eſpece de fourmis blanches, qui ne ſe monſtrent pas de hors; mais ont leur petites loges au dedans, ſans qu'on ſcache de quoy elles ſe nourriſſent: & ruinent les loges, où ont les met, qui ſont faictes en forme d'Oratoire. Dont les Gentils ſont emerveillez. Car ils ſont grand' peur de ces* Chines; *tellement, que quand' ils achettent un eſclave, ils l'amenent premierement devant quelqu'une de ces Pyramides avec un offrande de vin, & autres choſes & le luy conſignent, comme entre les mains, prians l'idole, que ſi l'eſclave s'en fuit, il face en ſorte que les ſerpens, laizards & tigres le tuent, & le devorent. Ce que les pauvres eſclaves craignent ſi fort, qu'encor bien qu'ils ſoient mal tractés de leurs Maiſtres, ils n'oſent quaſi jamais les quiter & abandonner.* Ex quibus manifeſtè patet *Chinenſes* hæc omnia ab *Ægyptiis, Perſis* aliiſque deſumpſiſſe, quos lapidem ſeu faſtigiatum ſaxum in conum, aut pyramidem adaptatum loco Numinis coluiſſe, in *Oedipo* oſtenſum fuit. Conſtat ſiquidem ex Patrum noſtrorum relatione, hujuſmodi Novizonias Pyramides nobiliſſimis lapidibus extructas, paſſim non urbibus ſolùm, ſed & in altiſſimis montibus obvias per totum Imperium ſpectari. Sed audiamus hac de re P. Martinium, qui in ſuo Atlante eas hoc pacto deſcribit, fol. 57. de Provincia *Foquien. Multa habet ædificia non ſpernenda, fana non pauca; at turris, quæ extra mœnia eſt, omnia tum ſplendore, tum operis magnitudine ſuperat, figura octogona eſt, ab ipſo ſolo in altum novem contignationibus exſurgit, adeoque Novizonia eſt: perpendiculum illius à vertice ad fundamentum nongentorum eſt cubitorum, cui debita proportione reſpondet latitudo; totus paries exterior ex ſubtiliſſima porcellanæ argilla eſt ſuis figuris extantibus pictiſque ornata: interior variegato veſtitus marmore, quæ adeò plana lævitaque ſunt, ut adinſtar terſiſſimi ſpeculi, præſertim dum nigriora ſunt, vultum aſpicientis reddant; per ſcalam helicem, ſeu cochleam non in ipſo turris medio, ſed intra duplicatos parietes extructam aſcenditur: ex qua ad quamlibet contignationem patet aditus, & indè ad pulcherrima ex ſculpto marmore podia, deaurataſque ferreas crates, quibus podia turrim totam ambientia, undique armantur ornanturque. Ubique extra turrim ad ipſa podia, maximeque ad ſummitatem tintinnabula ac campanulæ ita ſuſpenſæ ſunt, ut a vento agitatæ ſuavem edant concentum. Ultima zona Idolum continet, cui dicata turris eſt, ex cupro fuſili ac deaurato. Circum ipſam turrim vicina aliqua viſuntur Idolorum fana, opere planè admirando, quæque molibus illis antiquis* Romanorum *facilè invidiam facere poſſint. Atque hæc una eſt ex illis turribus, quas ſuperſtitioſe exſtrui dixi à* Sinis, *omnem ab eo fortunam felicitatemque ſuam pendere ratis: brevibus hanc illic deſcripſi, quia ipſemet illam conſcendi, atque omnia meis oculis diligenter perluſtravi, quamvis & illâ multò pulchriores ſint apud* Sinas; *ex hac tamen velut ex ungue leonem cætera colliges, cum omnes ut plurimùm ſibi ſint ſimiles, eodemque architecturæ modo ac ordine ſtructæ.*

Pyramidum cultus.

Novizoniæ Turres.

Deſcriptio Turris Novizoniæ.

Præterea quemadmodum *Ægyptii* Dæmones in ſtatuas compingebant ad reſponſa danda, certaque templa iis dedicabant, ita *Chinenſes*; de quibus audi citatum Jarricum citato loco diſſerentem. *Il y a pareillement en chaſque Royaume un lieu dediè au Diable, là où on luy va faire les plus ſolemnels ſacrifices en une petite Iſle. On appelle l'Idole* Camaſſono; *& ceux qui paſſent par là, redoutent fort cet Idole, & de peur qu'il ne mette leurs navires à fond, ils luy offrent, quand ils ſont vis à vis de l'Iſle, ou duriz (qu'ils jettent en la mer) ou de l'huile, ou d'autre choſe qu'ils portent.* De Oraculis verò eorum ita Trigautius l. 1. c. 8. expedit: Sinenſes *nonnulli Da-*

Dæmonum in ſtatuas compulſio.

Idoli *Camaſſoni* deſcriptio.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Dmæones ipſos conſulunt , & familiares , ut vocant , ſpiritus , apud* Sinas *non pauci, eaſque res plus Numinis quàm Dæmonum fraudis vulgò habere creditur. Sed ad extremum omnes in fraudem inducunt. Eorum Oracula infantum vocibus, aut etiam brutorum excipiuntur ; præterita ipſi & abſentia more ſuo evulgant , ut non abſimilem vero faciant eam , quâ futura prænunciant falſitatem. Hæc porrò omnia cum noſtris etiam Ethnicis communia fuiſſe legimus. Unum eſt , quod* Sinarum *proprium dici poteſt ; mos in eligenda area ad ædes privatas & publicas exſtruendas , aut ad cadavera humanda, eamque aream conferunt cum capite , cauda , pedibus variorum Draconum , quos huic noſtro ſolo ſubſtratos vivere fabulantur , à quibus omnem adverſam proſperamque fortunam non familiarum ſolùm , ſed urbium , provinciarum , totius Regni credunt dependere. Et ideò in hac veluti recondita ſcientia verius Dæmoniaca , multi etiam viri primores occupantur , & procul cum opus eſt , evocantur ; maximè cum publicæ quædam turres , moleſve, aut machinæ in eum finem extruuntur , ut proſpera fortuna accerſatur , & infortunia publica exterminentur. Non ſecus enim atque Aſtrologi ex inſpectis ſideribus , ita hi Oreomantæ & Geologi ex Montium , quos omnes in toto Imperio numeratos habent , ex fluminum prætereà agrorumque ſitu Regionum fata metiuntur. Et ſanè nihil abſurdius inveniri poſſe dicas. Nam ex janua in hanc illamque partem obverſa ; ex feneſtra hac vel illa parte aperiri ſolita , ex eo quod è regione tectum ſit altius, æquè ſimilibus nugis familiæ ſalutem , opes , honores , omnemque fortunam dependere ſomniant. His Aſtrologis , Oreomantis , Geomantis, Auguribus , Conjectoribus , & uno verbo Impoſtoribus pleni ſunt vici , plenæ tabernæ, plena fora.* Atque hactenus Trigautius. Quis hîc non alteram *Ægyptii* faciem , qua omnia Auguriis & ominibus expediebantur, videat ? Tempus me deficeret, ſi omnia hæc hîc enarrare vellem. Quarè qui plura hujuſmodi ſcire deſiderat, conſulat *Citatos Authores* , nos ſatis eſſe arbitramur, ex paucis hiſce prolatis, magna ſanè mad *Ægyptiorum* myſteriorum affinitatem demonſtraſſe.

Fabula de Draconibus Subterraneis.

Oreomantia uſitata apud *Sinas.*

His itaque jam propoſitis, addam hoc loco Schemata nonnulla *Sinenſis* Idolomanias , qua Literati potiſſimùm dementati cernuntur. Ut enim quid altius præ plebe ſapere viderentur , Numina ſua falſa ſeu Deaſtros in tres veluti ordines, Cœleſtium, Terreſtrium & Infernorum ordines dividere ſolent. In Cœleſtibus Divinæ eſſentiæ veluti tres ponunt proprietates, quas ſub unius Dei nomine,quam *Puſſam* vocant , colunt ; haud ſecus ac Hebræi eſſentiam Divinam tribus proprietatibus , quæ ſunt כֶּתֶר חׇכְמָה בִּינָה id eſt, *Corona, Sapientia, Intelligentia*, queis infinitum illud & caliginoſum Divinæ eſſentiæ pelagus explicant, uti fusè in noſtro *de Hebræorum Cabala Syntagmate* , docuimus. Quos ſecuti *Græci* , tres Charites Jovis Throno aſſiſtentes finxerunt. Quemadmodum itaque hi, ita & *Sinæ* harum Deitatum ex ſupremo in infimum Deorum ordinem influxu regi & gubernari credunt omnia ; atque adeò ſub obſcura, neſcio qua allegoria Divinitatis ſimia Satanas Sanctiſſimam Triadem etſi innumeris involutam fabulis ad in retia ſua attrahendos malignitate ſibi inſita , infelices mortalium animas , in hunc uſque diem, exhibere non ceſſat. Verùm ut Lector luculentius Sathanica inventa cognoſcat, hic Deorum Dearumque ectypa, quæ ex prototypis Sinicis (quæ P. Gruberus ex *China*,non ita pridem allata in Muſæo noſtro perpetuò conſervari voluit ) deprompta , ſupponam.

Numina Cæleſtia, Terreſtria, & Subterreſtria.

Tres Deitates, quas ſub unius *Puſſæ* nomine colunt , in ſuperiori loco unà cum duabus pediſſequis ponuntur , quas infra Deaſtrorum Chorus , manibus brachiiſque in altum ſublatis, veluti fulcire videtur. In medio Deaſtrum , quem *Fe* aut *Fo* , quod *Salvatorem* ſignificat , ceu

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ceu alterum Jovem auguſta facie, & ſumma majeſtate fulgentem, ingenti Deorum Dearumque (quos ipſi priſcorum ſæculorum Heroes à Diis genitos vocant,) turbâ ſtipatum; cui ſupponuntur iterum inferiorum Naturæ Regnorum Semideorum Deorumque caterva, qui ad Magni *Fè* ſeu *Iovis Sinici* juſſa exequenda, veluti internuncii quidam inſignem cum veneratione promptitudinem exhibere videntur.

Alterum Ectypon adhuc exactius dicta demonſtrat, ubi vides, *Fè*, ſive *Iovem Sinicum*, eadem qua priùs majeſtate ſplendidum, armata ſuprà manu Deorum Martiorum, infrà Neptuniorum Numinum imperio ejus ſeſe ſubjicientium ſtipatum; ex quibus fabuloſæ antiquæ gentilitatis veſtigia eorum Deorum, quos *Græci* ſub nomine Jovis, Martis, Neptuni, Vulcani; *Ægyptii* ſub Oſiridis, Iſidis, Hori & Typhonis olim exhibuêre, luculenter apparent. Quæ quidem omnia in ſequentibus fuſiùs deſcribentur. Sed explicemus jam aſſumpti argumenti Schematiſmum.

Dividitur hæc Schematiſmus in tres Ordines, quorum primus continet A, id eſt, primum Numen, Cœli Dominum, quem & *Fe* aut *Fo* vocant, id eſt, Salvatorem, majeſtate venerandum, tectis manibus ad inviſibiles ejus in Orbe vires ſignificandas, corona pretioſis lapidibus intertexta ad majeſtatis augendum decus conſpicuum, diademate noſtrorum Sanctorum more radiantem; cui à dextris aſſiſtit B, celeberrimus ille inter Numina pariter relatus *Confutius*, à ſiniſtris. C. *Lauzu* alter, quem & Senem Philoſophum vocant, divino apotheoſeos honore ornatum, Sinicæ Religionis authorem: quorum ſcriptis magnum illud Cœli Numen *Fe Sinis* primùm innotuit; ſupra quos alii celebres ſcriptis Philoſophi D. Divinæ illuſtrationis, uti dicunt, participes ponuntur, quorum illi qui D. ſignantur libris ſcriptiſque, E verò magnus *Sinenſium* Archiſtrategus armis quoque defendit, toto Religioni ſubjecto imperio, quem & miraculoſo ex flore partu genitum dicunt. Secundi Ordinis ſunt Numina G & H. ſignata, quorum priores Martia proles, armis Orbem ſubjectaſſe dicunt, quorum illi, qui H. ſignantur, Martias leges præſcripſerunt, quam ob cauſam inter Numina relati. Tertii Ordinis Numina ſunt in infimo Schematiſmi loco, & ſunt Spiritus partim aquatici, partim Vulcanii, quorum omnia, quæ in elementari Mundo ſunt, adminiſtrantur. Atque hæc eſt *Sinenſium* de Deorum principalium adminiſtratione ſententia; in quibus apertiſſima latent Ægyptiacæ Græcæque Mythologiæ veſtigia. Quid enim aliud exhibet ſupremi Ordinis Numen *Fe*, cum aſſeclis B & C, quàm Jovem cum Apolline & Mercurio; quid intermedii Ordinis aliud gladiis haſtiſque, quàm Martem & Bacchum? Inferiores verò I. uti & L. M. igneis vultibus conſpicuos ſignant, quâm Neptunum & Vulcanum, quorum hic ignis ſubterranei, ille maris dominio potiri fingitur, dicunturque à *Sinis* Spiritus maris, montium, ignis. Videtur autem G G. Martius ſpiritus prælium minari Neptuniis Vulcaniiſque, queis luctam elementorum non ineptè *Græcos Ægyptioſque* ſecuti, juxta Naturæ proceſſum effingunt. Quamvis hæc à *Sinenſibus* innumeris fabulis intricata, vix *Græcis* conſentiant; Sub Numine *Fe* Draco volans, quem Spiritum aëris & montium dicunt, teſtudinis ſcuto tectus, conſpiciendum ſe exhibet, quam fabulam à *Brachmanibus* mutuati ajunt, Mundum Draconi ſeu Serpenti ex teſtudine nato, uti in ſequentibus fusè aperietur, inſiſtere, quæ omnia tot tantiſque fabulis differentibus involvunt, ut vix ipſi ſeſe indè extricare queant. Sed de Draconis hujus cultu in ſequentibus pluribus.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CAPUT II.

## Japoniorum & Tartarorum *Idololatria Sinicæ parallela.*

CUm *Japonii* omnem Religionis ſuæ Idolatricæ rationem à *Sinenſibus* acceperint, non minor inter illos, quàm *Sinarum* varietas ſectarum eſt atque differentia; quæ tamen ad duo potiſſimùm capita revocari poſſunt. Prima eorum eſt, qui alteram vitam negant, nec præmium, nec punitionem operibus bonis aut malis deſtinatum credunt; ſed vitam ducunt omninò Epicuræam. Vocatur hæc ſecta *Xenxus*. *Bontii* hujus ſectæ Miniſtri unà cum ſuis Idola quædam adorant, quæ *Chamis* appellant; His templa erigunt admodum ſuperba & ſumptuoſa; per illa jurant in gravibus, quæ ſe offerunt negotiis; aut cum homagium Regi præſtandum. His ſupplicant variarum rerum oblatione cùm ad nocumenta, ac infortunatos rerum eventus vitandos, tùm ad victoriam contra hoſtes impetrandam; verbo, ut præſenti felicitate perfruantur, qui unicus iſtius ſectæ ſcopus eſt. Alii, qui animæ immortalitatem, alteramque vitam ſectantur, magis in ritibus

Secta Epicuræa.




*Japoniorum* Numen Triceps. *Amida* Numen *Japoniorum*.

& cærimoniis ad Pythagoræorum *μετεμψύχωσιν* accedunt, quam & plerique *Sinenſium* ſapientum ſtultè ſectantur; quorum Idolum adorant nomine *Omyto*, ſeu vulgò *Amida*, de quo mille fabulas ſpargunt; quas,

μετεμψύχωσις Pythagoræa.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quas,quia ad inſtitutum noſtrum nihil faciunt, lubens omitto : Hoc unicum dicam, illos huic Idolo tantum tribuere, ut ad ſalvandum ſe nihil aliud requiri credant, niſi frequentem horum verborum repetitionem: NAMU, AMIDA, BUTH, hoc eſt, *Felix* Amida *ſalva nos*. Quæ verba identidem repetunt, roſaria ſua, ſeu coronas è globulis precatoriis confectas gerunt, quas *Japonii* communes habent cum Chriſtianis, & in Idolorum manibus ferè depinguntur, uti hîc imagine adjuncta vides, quæ imaginem *Amidæ* refert, & *Puſſæ Sinarum* Deaſtræ undequaque reſpondet, ut poſtea videbitur.

*Amida* Numen *Japoniorum Horo* Ægyptio Numini reſpondens.

Verùm nè quicquam meis verbis aſſerere videar, verba Authorum, ex quibus dicta deprompſi, adjungam; ita enim in Hiſpanicis relationibus P. Ludovicus Guſmanus de his loquitur.

*Ludovicus Guſman.*

*Aunque las ſectas de* Japon *ſon muchas, y muy differentes, peuden ſe reduzir à dos principios univerſales. El primero es, de los, que niegan aver otra vida, mas de las que perciben por los ſentidos exteriores, ni premio, ni caſtigo por las buenas o malas obras. Los que profeſſan eſta ſecta, ſe llaman* Xenxus. *Todos eſtos* Bonzios *y* Feligreſes *adoran a unos idolos, que llaman* Chamis, *los quales fueron Sennores de* Japon, *y muy ſennalados en la guerre. Tienen eſt* Chamis *templos muy ricos y ſumptuoſos, y por ellos juram en los negocios graves, que ſe offrecem. Tambien acuden à pedir les ſalud, y victoria contra ſus ennemigos. Entre los que confieſſan aver otra vida, ay dos ſectas principales, de las quales ſalieron otras muchas; La prima deſtas ſe llama de los* Xedoxius, *que quiere dezir, hombres del qual cuentan mil patrannas y mentiras, que fue hyo de un Rey de* Levante, *y tuvo dos hys, y que muerta ſu muger, hizo por ella, y por todos los, que le adoraſſen, grande penitencia, de manera, que por ſalvar ſe no tuvieſſen neceſsitad mas que repetir eſtas palabras:* Namu, Amdia, Buth, *que quieren dezir*, Bienaventurado Amida ſalva nos: *y aſsi las dizen con grande efficacia y devotion, paſſando las cuenta de ſus roſarios, que por eſto traen ſiempre en los manos.* Hæc Guſmannus. Modum autem inter orandū tranctandi roſaria, aliaque dicta confirmat Franciſcus Belleforeſtus libro 4. Hiſtor. univerſal. c. 6. Gallico ſermone conſcripto his verbis : *Les* Japonnois (*comme auſsi en uſent les* Indiens *Orientaux*) *portent des Paternoſtres de diverſe ſorte, ainſi que nous, ſur & avec leſquels ils content le nombre de leurs oraiſons plus longues beaucoup que les noſtres qu'on nous à commandé de dire, & les diſent cent & huit fois, à cauſe que leurs Docteurs &* Bonzes *tiennent, qu'ils y a autant de ſorte de pechez es-quels l'homme ſe peut ſouiller, & que contre chaſque de ces vices, il faut s'armer d'une de ces prieres. Tous les matins en ſe levant ils diſent neufs paroles, hauſſans les doigts de la main droicte, eſtimans que cela profite pour empeſcher, que le Diable ne leur porte uniſance aucune*, &c.

Idola *Chamis.*

Porrò alia quoque ſecta *Japoniorum* eſt, dicta *Foquexus*, à Libro hujus nominis, atque hæc adorat idolum *Xaca* vel *Jaca* dictum, de quo mille commenta quoque ſpargunt; Cum devotione quinque hæc verba dicere, *Namu, Mio, Foren, Qui, Quio*, ſufficere ad beatitudinen conſequendam credunt; etſi nemo hactenùs dictorum verborum, utpote ab *Indis* acceptorum, energiam intellexerit. Diſcipuli hujus *Xacæ* fuerunt *Cambadagi* & *Cacubao*, quorum utrumque ob excellentiam Divinis honoribus proſequuntur *Japonii*. *Cambadagi* Dæmonium veriùs quàm homo, ſi fides relationibus habenda, videtur fuiſſe; docuit ipſe primus ritus adorandi Dæmonem; prætereà modum Dæmonem certis verborum incantationibus in corpus cujuſvis compingendi, ſimiliaque Dæmonum propria oſtendit. Hanc ſectam ſequitur illa, quam *Samabugi*, hoc eſt, *Militem montium* appellant; Atquè hi proximè æmulantur *Sinenſium* ritus in conjurandis Spiritibus & Geniis in ſtatuas, Divinationibus omnis generis ſunt dediti; ſolitudinem & aſperos mon-

Secta *Foquexus adorat Xaca.*

*Chambadagi, Cacubao* primus Dæmonolatriam docuit.

*Samabugi* miles montium.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

montes amant, acproindè parùm in locis cultis & habitatis ſpectantur: de quibus ita Guſmannus: *Eſte miſmo* Bonzo Combadagi *tuvo otros dos diſcipulos, que fueren hermanos de patre y madre, los quales tomaron tambien la doctrina de ſu Maeſtro, que fundaron ellos por ſi otra nueva ſecta, y pejor que todas las paſſadas, cuya profeſſion es, offrecerſe de todo puncto al ſervitio del Demonio, y darſe por muy intimos ſiervos y familiares ſuyos. Laman ſe los que tienen eſta ſecta* Jamabugis, *que quiere dezir*, Soldados de la Sierra, *porque los mal dellos viven en unas muy aſpras montannas, y pocas vezes los veen en poblado. Otros ay que poſſan ſu vida con mil embuſtes y hechizerias, que uſan por el pacto, que tienen con el Demonio, como es deſcubrir algunos hurtos, dezir por la mano la buena o mala ventura, commo* Gitanos, *y adevinar algunas coſas futuras. Entre otras coſas que dexaron los fundadores d'eſta ſecta para los que la huvienſen de ſequir, fue una peregrination, que hazen dos vezes cada anno, para adorar el Demonio en cierte templo, que por ſer cosa tan particular y extraordinaria, la pondre aqui, como la conto d'eſtos* Bonzios, *que la avia andado ſiete vezes, y deſpues por la miſericordia de Dios noſtro Sennor fue Chriſtiano.* Hæc Guſmannus. Quæ confirmant *Epiſtolæ Luſitanicæ anno* 1565. *è* Japonia *&* China *miſſæ*, quas conſule: extant enim impreſſæ *Eboræ*. Multa rara omninò & admiranda hoc loco de ſimilibus Dæmonis machinationibus adducere poſſem; ſed quia ad inſtitutum noſtrum non ſunt, ad ea, quæ ad rem noſtram faciunt, calamum convertamus.

Guſman.



I1.

Idolum *Puſſæ* ſub alia forma.

Novi-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Typus Puſſæ ſeu Cybelis aut Iſidis Sinenſium.



*Characteres Sacri, quos Sinæ a Brachmanib9 acceperunt, ijsq; magna ſuæ Deaſtræ attributa exprimunt.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Amida* Numen *Japon:* parallelum *Harpocrati*.

Novimus ex *Jamblicho* & *Clemente Alexandrino* *Ægyptios* Deum flori lothi inſidentem myſticè depinxiſſe, quam ſacram pingendi rationem Gnoſtici ſectati poſtmodum *Harpocratem* eidem flori lothi variis ſymbolis inſtructum repræſentarunt. Videtur hic mos non in *Perſiam* tantùm, *Indiamque*, ſed & in ultimum Orientem quoque *Chinam* & *Japonem* penetraſſe. Depingunt illi Numen illud ſuum celebre *Amidam*, vel alio nomine *Fombum* Flori ſeu Roſæ, aut Nympheæ inſidentem, magno radiorum fulgore coruſcantem, cujus imaginem cùm R. P. Aſſiſtens *Portugalliæ* mihi communicaſſet, opportunè eam hìc adjungendam cenſui.

Hanc ſectam *Jenxiorum Fombum* nominant, quæ longè aliter de hac *Amida* ſentit, quàm *Xodoxiorum* ſecta, de qua paulò ante: dicunt enim eſſe inviſibilem ſubſtantiam, ſeparatam ab omni elementorum compoſitione, ante omnem creaturam exiſtentem, omnium fontem bonorum. Hinc eam myſticè pingunt ſupra Nympheæ florem, veriùs lothi ſedentem, ad reconditas hujus virtutes & perfectiones ſubobſcurè inſinuandas, quas & habitus, cui involuta cernitur, indicat.

Myſtica ſignificatio Numinis ſupra florem ſedentis.

## De *Cybele Sinica*, quam *Puſſam* vulgò vocant.

Deſcriptio *Puſſæ Cybeles Sinenſium πολυβραχίονος*.

Imago ſeu Idolum *Puſſæ* ſupra florem lothi aquaticæ ſedet, manibus mira digitorum contorſione, modeſtiam ſingularem unà junctam gravitati præ ſe fert, è cujus dextro octo brachia, ex ſiniſtro latere totidem prorumpunt, quorum manus ſingulæ neſcio quid myſticum, uti gladios; & quas hellabardas vocant, libros, fructus, plantas, rotam, ornamenta, pyxidem, ampullam geſtant. *Bonzii* ejus originem ſic deſcribunt: Ante generationes decem, ajunt, tres puellas ſive Nymphas è Cœlo in fluvium lavatum deſcendiſſe, quarum nomina erant, *Angela*, *Changela*, & *Fæcula*; quo tempore ſupra veſtem *Fæculæ* in ripa apparuiſſe demiſſam, neſcio unde allatam *Veſicariam* cum fructu ſuo corallino (quam ego veriùs *Heliocacabum* aut *Lotum aquaticum* puto) quem uti illa conſpexit, confeſtim arripuit & deglutiit; unde factum, ut aliis duabus Cœlum repetentibus, hæc ex eſu fructus gravida dimiſſa ſit, donec eniteretur filiolum, quem jam ablactatum, & in exigua inſula fluminis poſitum juſſit exſpectare educatorem, qui mox illuc piſcatum erat venturus, ſe interim unde venerat, reverſuram; ipſa ad cœlos abeunte protinus, prout dixerat, evenit: educatus quippe à piſcatore, in maximum virum evaſit, qui poſteà toti Imperio potitus leges præſcripſit, longè latéque dominatus. Hanc fabulam quoque in *Brachmanum* monumentis reperi, quamvis aliis fabularum monſtruoſis relationibus involutam. Literati, qui nonnihil altius præ plebe ſapere videntur, hanc *Puſſam* πολυβραχίονα nil aliud denotare ajunt, quàm Deorum omnium matrem, quam *Ægyptii* nunc πολύμαστον, id eſt, *multiplici uberum ſerie turgentem*, modò brachiorum multiplicitate ἱερογλύφως deſcriptam, *Iſidē*, *Græci* *Cybelen* dicunt, unde qui ex *Sinenſium* Sapientibus πολυθεΐαν rident, veteres ſapientes ſecuti hujus Deaſtræ Schemate nil aliud, quàm beneficæ Naturæ vires, robur, & potentiā in omnia denotare ſentiunt; quæ omnia per 16 brachiorum ſymbola denotantur; ſiquidem per ſedecim ſecula ſub hujus tutela Deaſtræ *Chinam* in ſumma pace, ſedecim aurea ſecula tranſegiſſe narrant. Loto autem inſidet, quia hæc planta aquis innatans fœcundo humiditatis affluxu perpetuò irrigata humidum rerum omnium principium innuit, quod & plerique ſenſatioris animi Literati *Sinæ* unà cum priſcis *Græcorum* Philoſophis ſentiunt; Naturæ verò moderatricem eſſe dicunt *Puſſam* illam, ſive, ut meliùs dicam, *Iſidem Sinicam*, aut *Cybelen*, cujus influxu omnia fœcundari conſervarique credebatur.

Fabula.

Quid herba Veſicaria.

Expoſitio Symbolorum *Puſſæ*.

Quæ omnia confirmantur ex Epiſtolis Luſitanicis anno 1565. ex *Iaponia* in *Europam* datis, in quarum



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Ludovicus Froës. epiſtola.*

una Ludovicus Froës ita de hac *Amida* ſcribit Luſitanicè: *Os ſeus moſteiros ſammuito ſumptuozos & tem grandes rendas. Naõ podem termolheres ſopena de os matarem.* Amida *eſta nos ſeus templos em hum altar nomeo domeſmo templo. Onulto he de ſyaon quaſi como molher com orelhas furadas e hũa claridade de rayòs, que ocerca aſſentado ſobre hũa roza de Paò, que ocercla muito fermoza.* Et in alio loco: *Na primeira queſtaon propòs que os* Jenxus *tinhaon haver hum ſer inviſivel ſeparado da natureza dos quatro elementos, à que chamavaon por outro Fonrai Come Mogui, e que os atributtos, que os litrados davaon à eſte ſer inviſivel, eraon os ſeguintes, convem à ſaber, que antes deſte Mundo, ceos e terra ſerem creados o Fombum ſemper fora enunca tivera principio, nem havia de ter fim, e que por elle foraon creadas todas as couzas, que ſeu ſer eſtava dentro na terra e nos ceos, e fora delles, por naon ſer limitado à lugar finito que non governo, e conſerva çaõ de todas as couzas, naon padecia movimento algum; nem tinha cor, nem accidente viſivel, poronde dos olhos corporais podeſſe ſer viſto, que os homẽs e todas as criaturas tinhaon, havia neſte Fombum em mais eminente graon de perfeiçaõ, per ſer fonte perenne de todo o bem.* Ex quibus patet, prudentiores è luminis naturalis præſcripto multò aliter de Diis ſuis ſentire; quàm rudiores. *Amidam* enim, quem rudes præter multa figmenta, eximium hominem fuiſſe aſſerunt, Doctiores fabulas de eo vulgò creditas, exemplo *Ægyptiorum* ad myſticos ſenſus detorquent.

*Rerum omnium ſempiternum & inviſibile principium credunt ſapientes Sinæ.*

Præterea Solem quoque & Lunam *Ægyptiorum* aliorumque Orientalium exemplo adorant, uti ex epiſtola Luſitanica conſtat. *Cren os mais delles em homẽs antiguos, os quaes (ſegunda tenho alcançado) eraon homẽs, que viveraon como philoſophos; muitos deſtes adoraon o Sol e outros à Luna.* Et confirmantur ex *epiſtola quadam S. Patris Noſtri Franciſci Xaverii anno* 1549. *quinta Novembris, ad Collegium Goanum data*, ubi multa alia quoque de hujus gentis ſuperſtitionibus invenies. Quod ſi pompas & feſtivitates, quas quotannis Diis ſuis exhibent, cum pompis & ſolennitatibus *Ægyptiis* quotannis peragi ſolitis comparaveris, eaſdem omninò paucis exceptis invenies.. Videtis in iis, non ſecus ac in *Komaſiis Ægyptiorum*, teſte *Clemente*, fieri ſolebat, portentoſas Deorum ſtatuas, varia pompa & ridiculis *Bonziorum* geſticulationibus circumferri; de quibus ita in epiſtola quadam Ludovicus Froës. *He coſtume antiquiſſimo de* Fiyenoijama, *todos os annos fazerem ali os* Bonzos *hũa ſumptuoſiſſima feſta à eſte Idolo, decendo de riba todos* Bonzos *armados, os qua es toma vaõ as coſtas ſete cadeiras muy grandes, que eſtaõ metidas em ſete templos. Acaba da eſta feſta de* Sacamoto *ſe fazia logo cà outra no* Micáo *à outro idolo ou* Cami, *que ſe chama* Gujon, *à mais ſolenne de todo o* Japaon, *à que parece que o Demonio quis contrafazer à fazer* de Corpus Chriſti, *porque ali fazem todos os caſtellos danças, jogos, perſonados, le vaon en as maõs, os idolos. Aeſtes ſe ſeguenoito ou des lanternas de maõ, as ilharguas, das quaes vaõ em roladas com beatilhas, delgadas, e eſcritto o nome de ſeu Pagòde e dentro huãs candeas accezas,* & cætera; quis hîc non Iſiacam pompam deſcribi vidit?

*Lud. Froës.*

Dæmon imitatur Sacra Chriſtianorum in Idololatricis feſtis.

Proceſſione peractâ templa ſua ingrediuntur, in quibus non ſecùs ac in *Ægyptiorum* adytis innumeram videas omniformium Deorum turbam, quorum multi capite bovino, canino, aliorumque animalium deformati, formidabile intuentibus præbent ſpectaculum; alii multis brachiis effigiati, monſtris quàm Diis ſimiliores ſunt.

*Polymorphoſis* Numinum Sinicorum Japoniorumque.

Meminit hujus Japonicæ Idololatriæ Secundum Volumen variarum navigationum & itinerum Italicè conſcriptorum fol. 51. *In queſta* Iſola *& in altre vicine tutti i loro idoli ſono fatti diverſamente, perche*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*che alcuni hanno teſte di Bovi, altri di Porci, altri di Canie di Becchi, & di diverſe altre maniere, e vene ſono alcuni, ch' hanno un capo e duoi volti, altri trè capi, cioè uno vel luogo debito, gl' altri due ſupra cada una delle ſpalle, altri c' hanno quattro mani, alcuni dieci, & altri cento; quelli che ne hanno più, ſi tiene che habbino più virtù & à quelli fanno maggior riverentia, & quando i Chriſtiani gli dimandono, perche fanno gli ſuoi Idoli così diverſi, riſpondono, così noſtri padri & predeceſſori gl' hanno laſciati.* Hæc ad verbum ex Marco Paulo Veneto deſumpta videntur: nam lib. 3. c. 6. ubi de *Inſula Zipangri*, quæ eadem eſt cum *Japonia*, loquitur, ita ſcribit: *Colunt Viri* Zipangrii *varia idola, quorum quædam habent bovis caput, quædam caput porci, & quædam caput canis, & aliorum diverſorum animalium; ſunt quædam quæ habent quatuor manus, alia viginti, & alia centum; & quod plures habuerit manus, majoris putatur virtutis. Sunt rurſus quædam quæ habent quatuor facies in uno capite, & alia tria capita, unum ſuper collum, & alia duo ſuper utrumque humerum. Et cum incolæ interrogantur, undè hanc habeant traditionem, reſpondere ſolent, ſe patres ſuos in hoc imitari, nec aliud credere debere, quàm quod ab illis acceperunt.*

M. Paulus Venetus.

Ægyptia Numina *Sinis* familiaria.

*Ægyptios* certè *Oſiridem* ſeu *Solem* bovino capite; *Anubidem* ſeu *Mercurium* canino; *Pana* Hircino; Arietino denique *Ammonem* expreſſiſſe, in præcedentibus paſſim monſtratum eſt; *Serapidis* quoque imaginem atque *Dianæ* tricipitem fuiſſe, Maro docet:

Simulacra *Ægyptiorum* πολυμόρφα.

*Tergeminamque Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.*

Quadrifrontis quoque Jani frequens apud *Mythologos* fit mentio, ſicuti & Centimani Briarei; quibus ſanè nihil aliud antiqui voluerunt, quàm multiplices Solis effectus; ac Janus quidem quadrifrons pleriſque locis informari ſolitus eſt ea de cauſa, quod illi rerum omnium principia, fineſque, introitus, exituſque dicati eſſent; quin & quæ illi templa erigebantur, quadrata ſpecie fiebant; vel etiam, ut per quatuor illos vultus, quatuor anni partes indicarent, quas *Græci*, *Latinique* Horas uſitatiſſimo vocabulo appellarunt; Centimanus autem *Briareus* idem quod Sol dicitur; Unde *Homerus* Solem ἑκαλόνχειρα nuncupavit, quorum ſignificata cum veluti hieroglyphica quædam interpretentur, non importunum fuerit hîc explicaſſe. *Interpretes Heoſidi* per *Briareum* Vernum tempus dici tradunt, ob herbarum, florum, & frondium copiam, quam affluenter adeò ſubminiſtrat. Per Gygem verò Hyemem & ipſum Centimanum ob ea multa, quæ jam dudum collecta congeſtaque in varios mox uſus diſtribuit, & negotiis quæque ſuis accommodat. Quod verò Sol Centimanus *Homero* ſit, multa & innumerabilia ejus officia, quæ magis aperta cognitaque ſunt, quam recenſere oporteat, effecerunt, quæ omnia ſuprà de *Puſſæ* Deaſtræ *Sinarum* πολυβραχίωνος Idolo luculenter patuerunt.

Quadrifrons Janus.

Centimanus Briareus.

Quid per Briarea *Græci* intellexerint.

Quæ cum ita ſint; annon hunc *Sinæ* & *Japones* varia illa Idolorum metamorphoſi reſpexerunt? Certè ſubſcribit hiſce Ludovicus Guſmannus in hiſtoria de *Japonia* l. 5. c. 9. ubi tradit, *Japonios* ſummo honore venerari ſolitos ſtatuam quandam tricipitem πολυβραχίωνα, quâ *Japonios* nihil aliud ſignificare dicit, niſi varias iſtius Numinis perfectiones; verba Hiſpanica ſubjungo. *En uno altar deſte templo avia uno idolo muy grande, cubierto de oro, contres cabezas, y mas de quarenta brazos y manos; dizen que con eſto ſe dan à entender las muchas perfectiones de ſu Dios; junto à eſte idolo, havia otros mil y quinientes, tambien dorados, repartidos en nueve ordenes, à manera de choros de Angeles, y ſera cada una de la eſtatura de un hombre.* Quis non videt, Diabolum hîc antiquorum ſuperſtitiones Chriſtianis myſteriis mixtas æmulatum eſſe? imaginem ex his unam, quam hîc *Romæ* videre contigit, paulò ante exhibuimus.

*Guſman.*

Præterea non πολυμόρφοσιν tantùm

Beſtiarum cultus.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

tùm *Ægyptiorum* in Diis effigiandis *Sinas* & *Japonios* æmulatos, ſed & beſtias quoque vivas *Ægyptiorum* more, veluti piſces, gallinos, cervos, lupos, canes, boves adoraſſe, poſt Paulum Marcum Venetum teſtatur Ludovicus Froës in epiſtola jam ſæpè citata. *A primeira he hũa alagoa de tiro de eſpingarda em comprimẽto e largura e ſaõ os peixes tantos, que naon tem conto andaõ huñs por cima dos outros, e por ſer dedicada à o Pagode, nen hũa peſſoa he onza da à tirar delle peixe algun, crendo que ſe o tirarem ſe tornaraõ leprozos.* Os Bonzos *naõ com em peixe, porque o tem em ſua lei por graviſſimo peccado, e matar hum homen, ou furtar, naõ o tem por peccado algun.*




*Japoniorum* Numen triceps. *Amida* Numen *Japoniorum*.

*Iaponiorum* Numen triceps & ἀκ66ογ-χίων.

*A terciera he, que ha grande numero de veados nacidade, que ſaõ do Pagode, e andaõ pellas ruas à maneira de cães em* Eſpanha. *Nen hũa peſſoa lhe toca, nem poem maõ, e ſe alguem da pencada em qualquer veado he prezo, e paga poriſſo grande pena, e ſe mata matáno pollo tal crime, e per de toda à fazenda, e ſe por ventura morre o veado em algua rua, ſenaõ ha prova certa, que morreo de doença, a tal rua he deſtruida, e as fazendas perdidas, e aſsi viven ſogeitos a o demonio, que naõ ſomente faz, que o adorem, mas fallos adorar beſtas, como em outro Reyno adoraõ lobos e lhes facem templos e pregaçoẽs; eſtando algun doente, di zemlhe que ſe con ſole que ſe tornara em lobo, riſponde, que naõ tem tanto merecimento, que alcance tanto bem.* Verùm hæc de *Iaponiorum* Diis dicta ſufficiant. In Tartarico Regno *Necbal*, P. Gruberus Idola πολυκέφαλα quoque in Fanis expoſita ſe obſervaſſe refert, hujus Figuræ ſequentis.

Ante-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Pagodes *Indorum* Numen. Idolum *Menipe*.

Antequam finem huic Capiti imponerem, in *Relationem* quandam Italicè ſcriptam incidi, quam *de rebus Chinenſibus Chriſtophorus Burrus* non ita pridem fecerat. Occurrerunt in ea relatione multa ſanè ad rem noſtram facientia; quæ, quia ad dicta confirmanda multum conferre poſſunt, adjungenda exiſtimavi. Nam præter dogmata, quæ cum *Sinenſibus* & *Iaponiis* communia habent, alia quoque propria & iſti genti particularia tenent; queis maximè ad Pythagoræorum doctrinam accedunt. Credunt illi immortalitatem animæ, *μετεμψύχωσιν, παλιγγενεσίαν*, animam Mundi, aliaque Platonicæ & Pythagoricæ philoſophiæ propria, prætereà Mundum credunt ovum quoddam fuiſſe, cujus cortice firmamentum, albugine æthereum ſpatium, vitello demum Terra conſtiterit; machinam quoque Mundi nihil aliud, niſi magnum quoddam animal eſſe, ſive hominem aſſerunt, cujus caput Cœlum; oculos, aſtra; pilos arbores, plantas, herbas; oſſa metalla eſſe, ſimiliaque, quæ de magno illo animali & megacoſmo dicti Philoſophi aſſeruerunt, profitentur. Verùm audiamus verba ipſius Authoris. *Die de queſto Filoſofo cognitione de la fabrica del Mondo con due metafore, una fù, che il Mondo era nato da un ovo, ilquale poi talmente ſi dilatò, che dalla ſcorza di quello ſi diſteſero gli cieli, dalla chiara formoſſi l'aria, e ſi ſparſero l'acque & il fuoco; e dal roſſo formaſſi la terra, e tutte l'altre coſe*

Μετεμψύχωσις Pythagorica.

Chriſtophorus Burrus in ſua Relatione de Concincina.

T terre-

*terreſtri. L'altra metafora preſe egli dal corpo de un certo huomo grandiſſimo detto da loro* Banio, *che noi chiamareſſimo Microcoſmos, dicendo che da queſto huomo gigante altiſſimo; era uſcita queſta machina del Mondo, ſtendendoſi il teſchio ne' cieli, i due occhi in Sole, e Luna, la carne, la terra, l'oſſa i monti, capelli in herbe & arbori, il ventre nel mare; & in tal guiſa adattando minutamente con operationi tutti i membri, & compoſitione del corpo humano, alla fabrica, & ornamento di queſto mondo, giunge à dire, che da i pedocchi di queſto gigante ſi erano formati gl' altri huomini tutti, che poi diſperſero per il Mondo.*

Fabula de Gygante magno.

Iterum cum cæteris vicinis gentibus aſſerunt, defunctos cibo & potu indigere, undè iis quotidiè ſplendida præparantur convivia. *Il terzo che l'anime de defunti hanno biſogno di ſuſtentamento & mantenimento corporale, onde alcune volte frà l'anno, ſecondo la loro uſanza, fanno li figli à padri defonti, i mariti alle moglie, gl' amici à gl' altri amici, ſpendide e lauti banehetti, aſpettano gran pezzo, che arrivi il defonto convitato, e ſeda à menſa per mangiare.* Quæ omnia ſuprà fuſiùs expoſita vide. In eodem errore *Tartari* ſunt; *Colunt* (inquit Paulus Marcus Venetus) *pro Deo Numen quoddam ab illis confictum, quod* Natagai *vocant, putantque illud Deum Terræ, atque gregibus pecorum placant. Hoc numen in maximo honore habent, nec eſt aliquis, qui in domo ſua illi non imaginem dedicaverit. Et quoniam credunt Numini* Natagai *uxorem eſſe, & liberos, collocant etiam ipſi juxta penates ſuos imagunculas quaſdam uxoris ac filiorum loco, uxoris quidem ſimulachrum ad ſiniſtram, & filiorum imagines ante faciem Idoli collocantes. His idolis magnam faciunt reverentiam, præſertim quandò vadunt ad prandium, vel ad cœnam, tunc etiam antequam ipſi comedunt, perungunt ora imaginum pinguedine carnis coctæ, & partem prandii, qui cœnæ extra domum in honorem illorum ponentes, credunt eos hinc cibari.*

Natagai Numen *Tartarorum.*

Sed nos ad *Cocincinenſes* revertamur, quorum proprium eſt, Reges ſanctitate vitæ illuſtres divinis honoribus, iis innumera idol[a] dedicando revereri: in ipſa autem Apotheoſeos ſolennitate *Ægyptios* omni ex parte imitantur. Modus Apotheoſeos ſequitur.

Virorum illuſtrium cultus.

In medio palatii ἀποθεουμένου (extructo magnificentiſſimo monumento unà cum altari multo & exquiſito labore adornato) arcam cadaveri deſtinatam non minoribus ſumptibus apparant, quam in altari dicto collocatam *Onſay* candidis induti veſtimentis, variis cærimoniis ac ſacrificiis conſecrant, vinum, boves, aliaque animalia magno numero offerentes; quibus ritè peractis omnem illam molem unà cum apparatu concremant, ſolo corpore defuncti ſibi reſervato, quod ſepelire fingentes per duodecim alias ſepulturas de una in alteram ſecretò, & cum aſtu traducunt, ut hac ratione ſuperſtitioſa plebs ſemper de loco ſepulturæ dubia maneat, & anceps, ac proindè ex hac incertitudine plus erga novum hoc Idolum devotio creſcat, & veneratio, dum in omnibus iis locis, in quibus oſſa condita eſſe, aut ea inveniri poſſe ſuſpicantur, ritus & ſacrificia cæteris idolis debita perficiunt. Sed audiamus verba Burri: *Finiti queſti giorni poſero fuoco à tutta quella machina, abbrugiando & il palazzo & il tempio con tutti gli addobbi & apparati, ſolo conſervando l'arca con il cadavero; quale fù poi ſepelito & transfugato per dodici ſepolture da una in un' altra ſegretamente & di naſcoſto, acciò reſtando il populo dubioſo ſempre in qual luogo fuſſe laſciato, con l'intercezza maggiormente creſceſſe la veneratione del novo idolo, adorandolo in tutti quelli luoghi, nelli quali poteſſero penſare, che ſi ritrovino quell' oſſa.* Ita Burrus; In quo quidem *Ægyptios* imitantur, qui ab Iſide inſtructi Oſiridi illi ſuo ſimili aſtu Divinitatem acquiſivere. De Iſide ita Plutarchus: *Oſiridis partes omnes diſperſas præter pudenda cum inveniſſet, cupiens incertum eſſe Viri ſepulchrum, ab Ægyptiis autem & ſingulis hominibus honori haberi, ex aromatibus, ac cera ſingulas eas partes in formam*

Oſiridis Arcana Sacra adhuc durant in *Indiis.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*mam hominis viro ſimilem compoſuit; convocatis deindè Sacerdotibus, ſingulis dedit Oſiridis imaginem, aſſerens eis ſolis corpus illius creditum, atque adjurans, ut nunquam apud ſeſe ſepulchrum Oſiridis ulli panderent, utque illum in abditis ſervatum, veluti Deum colerent; qua ex re nunc etiam quilibet Sacerdos teſtatur penes ſe Oſiridem ſepultum eſſe.* Et cætera quæ ſequuntur. Fuit hæc callidi Dæmonis inventio, quæ multum ad irretiendos ſuperſtitioſorum in falſo Deorum cultu animos valuit. Sed hæc de *Iaponiis* ſufficiant. Dæmonum fraus.

# Caput III.

## De *Indorum* Idololatria Sinicæ parallela.

Dividitur *India* in varias provincias, variaſque Inſulas adnexas habet, quæ omnes iiſdem propè in Deorum cultu cærimoniis utuntur: Nam præter innumeros alios particulares Deos, Solem cumprimis adorant, & ignem; huic varia per anni decurſum feſta, & ſolennitates inſtituunt, in quibus omnibus ita cum *Ægyptiis* & *Perſis* conveniunt, ut nihil propemodum in ipſorum ſacris, quod ab iis non deſumpſiſſe videantur, appareat.

Præter *Græcorum*, *Ægyptiorumque* imagines adhuc ibi reperiri, ſummâque veneratione coli, quotquot eas regiones peragrârunt, teſtantur. Præ cæteris autem cultus *Apidis* in figura Vaccæ, ſeu Bovis cornuti viget, quem nullis non templis, porticibus ac viis reperias. Retulit mihi Ludovicus Sachinus mercator Avenionenſis, in Regno *Mogorum* eo in loco, ubi collimat cum *Bengala*, in publica & regia via ingentem Bovem erectum, cujus oculorum cavitatibus duo prægrandes Carbunculi, ſeu Rubini inditi Idolum mirum in modum radiare faciant; retulit quoque neminem iter ſuum auſpicari, quin prius hoc Idolum vaccinum certis ſacrificiis placârit. Marcus Paulus Venetus dictis aſtipulatur, pleraſque enim inſulas *Bengalæ* vicinas hoc improbo Bovis cultu imbutas tradit; verba ejus ſubjungam: *Sunt habitatores Regni* Var *omnes idololatræ, multique eorum adorant Bovem, ut rem Sanctam, nec ullum occidunt, cum autem bos aliquis moritur, perungunt domos ſuas adipe ejus.* Et de *Meliapore* urbe S. Thomæ, c. 28. *Cum hi qui boves adorant, ad bellum procedunt, deferunt ſecum pilos bovis ſylveſtris, eoſque ligant ad crines equorum ſuorum, quibus inſident; pedites verò ad ſcuta, & crines ſuos pilis illis ligant, credentes ſe in bello tutos eſſe ab omni periculo; nam bovem ſylveſtrem magnæ ſanctitatis eſſe aſſerunt.* Et cap. 30. ejuſdem Libri: Laënſes *boves adorant, & cum magna reverentia perungunt ſe unguento, quod de oſſibus bovinis contritis faciunt.* Deorum quoque *Græcorum* præter *Ægyptios*, veſtigia extare, ex literis P. Joannis Lopez Soc. Jesu Procuratoris *Indiæ*, & *Inſularum Philippinarum*, cum quo & oretenus poſtmodum de hujuſmodi hîc *Romæ* tractavi, conſtat: *Secta* Philippinorum, inquit, *eſt idololatria eadem, quæ* Romanorum *&* Græcorum, *Iovem, alioſque Deos adhuc adorant; nomina dictorum Deorum habent ſed in ſua lingua: Verbi gratia, Iupiter vocatur* Maglente, *quaſi dicas, fulmina vibrans, à* lente, *quod fulmen, &* mag *quod vibrare ſignificat, deducto nomine. Atlas vocatur* Tomcon Langit, *hoc eſt, columna Cœli,* Langit *Cœlum*, Tomcon *columnam ſignificat, & ſic de cæteris: habent quoque ſuos Campos Elyſios, quos* Calongdan *vocant, id eſt, occaſum Solis.* Quod manifeſtum ſignum eſt idololatriam *Ægyptiorum*, & *Græcorum* in ultimum Orientem uſque perveniſſe; imò luculentiùs

Apidis cultus adhuc viget in Indiis.

Bovis cultus.

M. Paulus Venetus.

*Laënſes* bovem colunt.

*Inſularum Philippinarum* Idololatria.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

lentiùs id oſtendit Philoſtratus in vita Appollonii.

Θεῶν δὲ ἀγάλμασιν ἐντυχεῖν φασιν. Εἰ μὲν Ἰνδοῖς, ἢ Αἰγυπτίοις, θαῦμα οὐδέν. Τὰ δὲ γε ἀρχαιότατα τῶν παρ' Ἕλλησι, τό τε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος, καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου, καὶ τὸ τοῦ Διονύσου, καὶ τοῦ Ἀμυκλαίου, καὶ ὁπόσα ὧδε ἀρχαῖα. Ταῦτα ἱδρύεσθαί τε Ἰνδοὺς τούτους, καὶ νομίζειν Ἑλληνικοῖς ἤθεσι. Φασὶ δὲ οἰκεῖν τὰ μέσα τῆς Ἰνδικῆς, καὶ τὸν ὄχθον ὀμφαλὸν ποιοῦνται τοῦ λόφου τούτου. Πῦρ τε ἀπ' αὐτοῦ ὀργιάζουσιν, ὅ φασιν ἐκ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων αὐτὸ ἕλκειν. Τούτο δὲ τὸν ὕμνον ἡμέραν ἅπα ἐς μεσημβρίαν ἄδουσιν.

Apollonius Thyanæus apud *Heroſtratum.*

*Deorum quoque ſimulachra complura illic ſe vidiſſe tradit* Apollonius, *nihil quoque miratum eſſe, quod* Indorum, *aut* Ægyptiorum *Deorum illuc imagines viderit; ſtupuiſſe autem, quod eorum, qui ad* Græcos *antiquiſſimi habentur, aſpexerit ſimulachra ceu Minervæ Poliadis, & Apollinis Delii, præterea & Dionyſii, & Amyclei, & aliorum hujuſmodi; horum enim ſingulis* Indi *ſtatuam poſuère, Græcoque ritu iiſdem ſacrificant; Dicunt autem* Indiæ *medium ſeſe colere, eumque tumulum quaſi umbilicum eſſe, & ab eodem ſacrum ignem capiunt, quem ſeſe à Solis radiis accepiſſe gloriantur, atque ob ejus rei memoriam hymnum jugiter ad meridiem uſque decantant.*

*Brachmanum* inſtituta.

*Brachmanes* autem, & Gymnoſophiſtas, uti olim, ita in hunc diem Pythagoricam vitam ducere ex *Hiſtoria Indica Maffæi*, aliorumque conſtat, de quibus & Damis comes Apollonii multis agit apud Philoſtratum. *Dogmata Pythagoræ profitentur, divinationis apud eos præcipuum ſtudium, humi dormiunt, herbis tantùm victitant, Solem adorant, ignem Solaribus radiis conceptum ſummo ſtudio fovent; hunc variis ritibus & precationibus placant; comas nutriunt, Mythram geſtant, & Pagodes, ſeu Iſiacas ſtatuas, nudis pedibus ambulant, lineis induuntur veſtimentis, baculo fulciuntur;* Quæ quidem Ægyptiis Sacerdotibus ſolis competunt. Meminit horum quoque Nicolaus Contarenus Venetus in Libro, quem de itinere in Indias conſcripſit: *Per tutta* l'India *ſi adorano gli Idoli (cioè Pagodes) alli quali fanno le chieſe non diſſimili à quelle de* Egitto, *piene d'immagini omniformi depinti, e nelli giorni delle loro ſolennità le adornano con fiori & rami, gl' idoli ſono fatti ò di oro, ò di argentò, ò di pietra, ò di avorio, de' quali alcuni ſono ſeſſanta piedi di altezza; Il modo come gli ſacrificano è molto vario infra di loro, perche alcuni ſi lavano con acqua chiara, avantiche entrano nel tempio, una volta la mattina, & un' altra à veſpere: Altri con legno d'Aloe, ò ſimili altri odori fanno ſacrificio à i loro idoli.* Quæ in hunc uſque diem in Regno *Indoſtan* ſeu *Mogorum* conſtanter à *Brachmanis* ſervantur, dum quotidie ſe in ſacro flumine *Gange*, veluti altero *Nilo*, lavare ſolent, aquas verſus Solem ſpargere, ſimilibuſque eum ceremoniis venerari ſolent, uti non ſemel mihi narravit P. Henricus Rhoth. Ex quibus manifeſta *Ægyptiorum* morum, rituumque veſtigia cernuntur.

*Contarenus itinerario Indico.*

*Indoſtani* hodie adhuc ſectantur ritus veterum *Ægyptiorum.*

Dæmonum cultus.

Non deſunt ex *Indis*, qui *Ægyptiorum* quorundam Typhonem malignum dæmonem ſolenniſſimo ritu colentium exemplo, & ipſi humani generis hoſtem Diabolum adorent, ac variis hoſtiis placent; Deſcribit hujuſmodi cultum, ceremoniaſque in eo peragi ſolitas Ludovicus Barthema lib. 2. dell' India cap. 2. Verba ejus ſubjungam: *Il Rè di* Calicut *è gentile, & adora il Diavolo nel modo che intenderete. Loro confeſſano che uno Dio hà creato il cielo e la terra, e tutto il mondo, & è la prima cauſa di tutte le coſe, & dicono, che s'ei voleſſe giudicare voi & me & il terzo, e'l quarto, che non haveria placer alcun d'eſſer Signore, mà ch'egli hà mandato queſto mondo à for giuſtitia, & à chi fà bene, ci li fà bene, & à chi fà male, ei gli fà male. Eſſi lo chiamano il Deumo, & Dio lo chiamano* Tamerani, *& queſto Deumo il Rè di* Calicut *lo tiene nella ſua Capella in queſto modo. La ſua Capella è larga duoi paſſi per ogni quadro & alto quattro paſſi, con una porta di legno tutta intagliata di Diavoli di rilievo;*

*Lud. Barthema.*

Idolum in *Calicut.*

Sacellum Idoli regium.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*lievo; In mezzo di queſta Capella v'è un Diavolo fatto di metallo, qual ſiede in una ſedia pur di metallo; il detto Diavolo tiene una corona fatta à modo del Regno Papale con trè corone, e tiene ancora quattro corone, e quattro denti con una grandiſſima bocca aperta, con naſo brutto, & occhi terribiliſſimi, & che guardan crudelmente, & le mani ſono incurvate à modo d'un uncino; gli piedi à modo d'un gallo, di modo che a vederlo è una coſa molto ſpaventoſa. Intornò alla detta Capella le ſue pitture ſono tutte Diavole, & per ogni quadro d'eſſa u'è uno Satanas poſto a ſedere in una ſedia, laquale è poſta in una fiamma del fuoco, nel quale ſta una gran quantita d'anime lunge mezzo dito & uno dito della mano. Il detto Satanas con la mano dritta tiene una anima in bocca mangiandola, & con l'altra mano ne piglia una altra dalla banda di ſotto; ogni mattina gli* Brachmani, *cioè Sacerdoti vanno a lavar il detto idolo tutto quanto con acqua odorifera, e poi lo perfumano, e come l'hanno perfumato, l'adorano, & alcuna volta fra la ſettimana gli fanno ſacrificii in queſto modo. Hanno una certa tavoletta fatta & ornata in modo di uno Altare, alta da terta trè palmi, larga quattro, e lunga cinque, laqual tavola è molto bene ornata di roſe, fiori, & altre gentilezze odorifere: ſopra la quale mettono ſangue di grllo, & carboni acceſi in uno vaſe d'argento con molti perfumi di ſopra. Hanno poi un thuribulo, con quale incenſano intorno al detto altare, & una campanella d'argento, laquale ſonano molto ſpeſſo. Tegono in mano un coltello d'argento, col quale hanno amazzato il gallo, & quello intingono nel ſangue, & lo mettono alcuna volta ſopra il fuoco, & alcuna volta lo pigliano & fanno alcuni atti, come colui chi vuole givocare di ſcrimia, & finalmente abbrugiano tutto quel ſangue, ſtando continuamente candele di cera acceſe; Il Sacerdote chi vuole fare il ſacrificio, ſi mette alle braccia, alle mani, & a piedi, alcuni manigli d'argento gli quali fanno grandiſſimo rumore, come ſonaglie, & porta al collo un pentacolo, & quando ha fornito di fare il Sacrificio, piglia tutte due le mani piene di grano, e ſi parte dal altar, & va al indietro ſempre guardando all' altare, inſino che arrivi appreſſo a un certo arbore, & getta quel grano per ſopra la teſta alto tanto, quanto può ſopra del arbore, poi ritorna & lieva ogni coſa dell' altare.* Atque hactenus Ludovicus Barthema.

Cerimoniæ Idolo Dæmoniaco exhibitæ.

Præ cæteris verò ignem tanquam ſacrum animal adorant, huic filios immolant, in hunc ſeipſos conjicientes concremant, hoc facto venerationem erga eum monſtrantes: Quem quidem cultum aliundè non didicerunt, quàm à *Perſis*, eorumque vicinis *Chaldæis*; aſſervabant ipſi, ut ſuprà dictum eſt, in ædiculis pluribus veluti perennem, & veluti oraculum interrogabant de futuris. Cujus meminit Benjaminus in itinerario his verbis:

Ignis cultus.

*Benjamin in ſuo itinerario.*

לפני הבמה של בית תפלתם עמק
גדול ומדליקין כל ימי עולם שם אש
גדולה וקור אין אותה אלהותא ומעבירין
כח בנ יהם וגם דשלין בתוה האש;

*Ante aram Sacram ædium eſt ingens fovea, in qua continuatis ſeculis ardet ignis maximus, quem appellant divinitatem, per eum traducunt filios ſuos, mortuos verò prorſus illuc injiciunt.* Pergit Rabbinus & commemorat admirandam ſtultæ gentis devotionem, quod qui ſanctitatis affectent opinionem, ſe vivos in hunc ignem præcipitent, & magno ſpectantium applauſu voluntariam ſuſtineant mortem; quod me illius peregrini admonet in Luciano, qui ut aliis ludos exhiberet, ſibi cruciatus fecit in Olympica panegyri ſeipſum ſpontè comburendo, ſaltem ut nominis famam pararet. Pergit poſtea Benjamin:

Seipſos in Sacrificium offerunt Idololatriæ.

*Sunt inter illos de Magnatibus terræ, qui devovent ſemetipſos in vita, ut comburantur igni; cumque id ſuis familiaribus & propinquis denunciant: Ecce votum feci ſpontaneum, ut inſiliam in ignem vivus; reſpondent omnes & accla-*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*acclamant illi :* O te felicem & beatum! *quando autem appropinquat dies executionis, parant ei convivium lautum, ipſe verò vehitur caballo, ſi dives eſt, vel ſi pauperior, pedes incedit, uſque ad marginem foſſæ; ibi dum præceps ruit in flammas, omnes cognati ejus lætantur, tympana pulſantes, & agentes choream, donec totus conflagret.* Ut verò cognoſcas, quænam illa perſuaſio tam efficax eſſe poſſit, ut vitam ſic prodigere velint, imò gaudeant cruciari, percipe ulterius inſignem Diaboli actum, qua ratione tantâ crudelitate hominibus illudat:

*Appetente tertia die, veniunt bini Sacerdotes de primoribus in ædes combuſti, & dicunt hæredibus ejus: Parate domum; nam hodiè accedet vos Pater veſter, ut præcipiat vobis, quid faciendum ſit; accerſitis ergò ex urbe teſtibus, apparet Satanas illius habitu. Tunc uxor & liberi ſciſcitantur; En quomodo habeat in altero ſeculo? Reſpondet, veni quidem ad ſocios meos, ſed illi me noluerunt recipere, priùs quàm ſolverim univerſa debita familiaribus æquè, atque amicis; partitur itaque opes ſuas hæredibus, jubens diſſolvere quicquid ille debeat aliis, & exigere viciſſim, quod illi debeant ſibi. Has expenſas conſignant advocati teſtes, ut ille abeat viam ſuam; deinceps non cernunt eum ullatenus. Tali mendaciſſima faſcinatione, quam edunt magici Sacerdotes, confirmantur illi, ut dicant, ſimile quid non contingere in univerſa terra.* Hæc Benjaminus, quæ omnia à *Paulo Marco Veneto*, quomodò Benjaminus ea refert, tradita *Perſarum* ritibus omninò conſentiunt. Et in *India*, quam *Indoſtan* vocant, in hunc uſque diem barbaros hoſce ritus perſeverare, mihi ſæpè ſupramemorati Patres ex *Mogorum* Regno huc *Romam* Procuratores de mulieribus, ad defunctorum maritorum amorem conteſtandum, ſeipſas Vulcano conſecrantibus retulerunt, qui quo tempore *Agræ* metropoli *Mogorum* morabantur, hujuſmodi barbaras ſolennitates ſummâ admiratione ſpectarunt. Sed quia res digna fuit, quæ in conſiderationem profundæ harum gentium cæcitatis veniat, paucis impiam, & plenam inhumanitatis conſuetudinem exponam.

*Indoſtan igne ſe concremant.*

Mos eſt in *India*, cæteriſque adjacentibus Regnis, ut nonnullæ uxores poſt maritorum obitum ſive ob ulterioris vitæ faſtidium, ſive ad immortalitatis ſibi nomen comparandum, ſive etiam ea de cauſa, quod maritorum abſentiam ſuſtinere amplius neſciæ, ſpe melioris vitæ percitæ, eò ſe perventuras credant, ubi inter Deorum relatæ cœtus, unà cum marito perennibus perfruantur deliciis, ſeſe vivas concremant. Erat anno 1661. *Agræ* fœmina, non nobilitate duntaxat, ſed etiam divitiarum opulentia affluens; hæc poſt mariti obitum, ſtatim advocatis *Brachmanum* ſacrificulis ſuam ad vitam mariti amore Vulcano conſecrandam, intentionem aperuit, quæ de animi generoſitate, & fortitudine laudata, nihil morata, quod mente conceperat, in executionem deduxit. Uti ſequitur:

Hiſtoria mira.

Nobilis fœminæ ad voluntariam concremationem pompa.

Conſtituta itaque die ſolennitatis ipſa pretioſiſſimis, quas habebat, auro, argento, nec non omni pretioſorum lapidum genere, ex byſſo intextis veſtibus induta, equum candidum non abſimili ornamentorum apparatu onuſtum conſcendit, cui quicquid rarum, pretioſumque poſſidebat catenatim adnexum ſpectabatur: Ipſa verò plenum gaudii vultum præ ſe ferens, & veluti ſummo triumpho decorata, brachiis nunc elevatis, nunc depreſſis, jam in omnem partem agitatis, manu dextra cymbalum, altera pomum geſtans, miros & inuſitatos geſtus internæ lætitiæ indices, queis brevi ſe marito unitum iri ſperabat, exercebat. Feſtivos hoſce, ſeu potius ferales plauſus augebat ingens circumfuſæ multitudinis Sacrificulorum, præficarumque, quâ utrinque ſtipabatur, turba, quæ unà cum triumphatrice, ridiculâ geſticulatione, nec non inſolitâ corporis contorſione, inconditis vocibus identidem illud

Triumphus feralis.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

lud ſolitum illis epiphonema decantabat: *Ram Ram ſaltaè, Ram Ram ſaltaè.* Id eſt, *Deus Ram ſalva nos.* Atque hoc fanatico triumpho per celebriores urbis plateas circumvecta, tandem loco ubi pyra diverſis lignorum pretioſorum, aromatumque generibus inſtructa erat, ſiſtitur. Hæc vixdum equum deſcenderat, cum ecce inter confuſas ſacrificulorum voces, quibus ad ſpontaneum martyrii tormentum fortiter, conſtanterque ſuſtinendum animabatur, tympanorumqne ſtrepitus pyræ apicem conſcendit, ubi veluti in triumphali throno reſidens, more ſolito ſuas peragebat geſticulationes; Interim Sacrificuli ignem ex omni parte materiæ, ex aridiſſimis pretioſorum lignorum, viminumque priùs nobili reſina perlitorum facibus compactæ, ſuggerebant. Atque hoc pacto, inter jubilos & immenſos vociferantium ſtrepitus, fumo obſepta, atque tandem igne quoque unà cum omnibus ornamentis in cinerem redacta, infelicem animam non campis Elyſiis, ſed æternis cruciatibus deſtinatam efflabat.

Hunc eundem morem inter *Tartaros* vigere, apud *Marcum Paulum Venetum* legimus: Imperatore enim mortuo unà ſe cum cadavere Regio igni tradunt, quotquot aut Regem amaverunt, aut ab eodem inſignibus beneficiis fuerunt affecti, ea ſpe demeritati, credunt futurum, ut in altera vita Domino ſuo, uti prius, fideliter denuò ſerviant. Atque ſæpe contingit, ut ad 30 millia hominum tali opinione dementata, inter exequias Regis, pereant. *Tartarorum ſtultitia.*

# CAPUT IV.

## *De* Brachmanum *inſtitutis, & quomodo per* Brachmanes *ſuperſtitio* Ægyptiorum, *quâve occaſione in* Perſiam, Indiam, *& ultimum Orientis* Sinarum Japoniorumque *Regnum, ſucceſſu temporis propagata fuerit.*

*Ægyptus à Cambyſe ſubacta.* Conſtat ex *Herodoto*, *Plinio*, *Diodoro*, *Pauſania*, *Plutarcho*, *cæteriſque Hiſtoricis*, poſt Cambyſis Regis *Perſarum* in *Ægyptum* irruptionem (quæ regnante Numa Pompilio Secundo *Romanorum* Rege contigit) totam pænè *Ægyptiorum* ſapientiam, quæ jam à mille & ampliùs annis conſtiterat, in ultimam ruinam unà cum Nilotico Regno abiiſſe; ubi ſacra Deorum ſimulachra in pulverem contuſa, everſæ vaſtæ obeliſcorum moles, *Apin*, maximum *Ægyptiorum* Numen, ſive Bovem ſacrum in ſepto quodam enutriri ſolitum ab ipſo Cambyſe occiſum, omnem Sacerdotum, Hieromantumque turbam, partim trucidatam, partim hieroglyphicis monumentis omnibus igne conſuptis, in exilium actam fuiſſe: Sacerdotes itaque, & Hieromantæ in peregrinas terrarum oras profugi, cum terreſtrium itinerum ſemitæ, hoſtium refertæ catervis, haud tutum præberent tranſitum, per *Sinum Arabicum Ægypto* conterminum, iter tentantes tandem in *Indiam*, quam hodiè *Indoſtan* dicunt, penetraverint; quò & Hermetem, Bacchum, & Oſiridem, olim penetraſſe, cum ex ſuis monumentis, & unà ex vetuſtis ibidem civitatum ab iis conditarum reliquiis comperirent, ibidem leges Hieromanticas undequaque propagaſſe, cultumque Deorum in *Ægypto* per Cambyſem abolitum, in hoc veluti remoto Orbis loco renovaſſe, ex præcedentibus ſat ſuperque oſtenſum fuit. *Ægyptii Sacerdotes patria extorres per Sinum Arabicum in Indiam tranſmigrant.* Qui Deorum cultus adeò tenaciter ſimplicioribus mentibus inhæſit, ut nullo unquam ævo eradicari potuerit; nam uti olim, ita & in hunc uſque diem *Apidis*, ſive Vaccæ, cultus adeò increbuit, *Vaccæ cultus.*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

crebuit, ut nemo in futuro ſeculo ſalutem ſe conſecuturum credat, qui moriturus, caudâ vaccæ non ad extremum uſque halitum manibus apprehensâ, deceſſerit; prætereà Metempſychoſin, ſive tranſmigrationem animarum, de animali in animal, ab *Ægyptiis* primùm Mundo divulgatam, *Heroſtrato* teſte, *in vita Apollonii* adeò certam ſibi eſſe perſuaſerunt, ut *Brachmanes* ea de cauſa nullum animal vivens cujuſcunque tandem generis & ſpeciei ſit, nec quæ à vivis procedunt, uti ſunt, lac, caſeus, butyrum, ova in cibum aſſumunt, veriti, ne fortè magni alicujus Herois, aut Numinis unà cum nutrimento animam deglutiant, ita ut hujuſmodi propudioſa ſuperſtitio non ſolùm per univerſas *Indiæ* Regiones longè latéque propagata fuerit, ſed & *Cambojam*, *Tunchinum*, *Laum*, *Concincinam*, quin univerſam *Chinam*, *Iaponiamque*, unà cum innumerabili Deorum Dearumque fanatica turba, invaſerit. Sed jam ad paulò fuſiùs ſuperſtitionum in ultimum Orientem ex *India* introductarum origines ſcrutandas, nos accingamus.

Abſtinentia pythagorica.

Origo ſuperſtitionis propagatæ.

Primus fuit totius ſuperſtitionis faber & architectus, ſceleratiſſimus *Brachman*, qui imbutus Pythagoricis diſciplinis, ibidem ſparſis, non contentus, ſuperſtitiones ſuperſtitionibus addidit eo numero, ut vix ſit, qui eas, non dicam, enarrare, ſed ne calamo quidem ſufficienter deſcribere queat. Fuit hic ille toto Oriente impoſtor celeberrimus, quem *Indi Rama*, *Sinæ Xě Kian*, *Iapones Xaca*, *Tunckinenſes Chiaga* vocant; natum fertur hoc exitiale monſtrum primò in *Mediæ Indiæ* loco, quem uti *Sinenſes* narrant, *Tien Truc Gnoc* vocant, monſtruoſo prorſus partu; ajunt enim matrem ejus in ſomno elephantem album, ex ore primum deindè per latus ſiniſtrum emergentem vidiſſe; Unde fabula de Elephante albo tanti pretii apud Reges *Sian*, *Lai*, *Tunchini*, *Chinæ* orta, tantum potuit apud Reges, ut ne Regnum quidem tantum, quantum Elephantis candidi munus æſtimare videantur, ſeque perbeatos reputent, ſi quandoque Cæleſti munere illis hujuſmodi bellua offeratur. Sed de hujus Elephantis apotheoſi in ſequentibus plura. Natus itaque *Xaca*, primum, quod perpetraſſe dicitur, facinus fuit, occidiſſe matrem, deindè manu in cœlum extensâ, alterâ in terram demiſſâ clamaſſe fertur, præter ſe alium ſanctum, neque in Cœlo, neque in Terra exiſtere, deinde dum in occultiorem montis altiſſimi ſeceſſum ſe retrahit, ibidem ferunt execrandam illam Idolomaniam magiſtro Satana inſtituiſſe, qua poſteà totum Orientem peſtiferis ſuis dogmatis infecit. Scribunt *Annales Sinici*, in eodem Natali ſolo mox ac ex eremo receſſit, Divino, veriùs dicam, Satanico ſpiritu plenum, ſibi ad 80 millia diſcipulorum aggregaſſe, ex quibus tamen non niſi 500 primùm, deindè ex his 100, ac tandem iterum ex his decem, tanquam ad execranda ſua dogmata diſſeminanda aptiores, veluti intimos ſcelerum ſuorum conſiliarios, & aſſeclas ſelegiſſe, &, ut dogmata in controverſiam à nemine revocarentur, moriturus in teſtamento reliquit, ut in libris ſuis hoc Pythagoricum poneretur epiphonema, αὐτὸς ἔφα, ſive quod idem eſt, *ipſe dixit, ſeu ſic libri nos docent*, quibus infallibilem abſurdiſſimarum fabularum veritatem, in dubium revocare nefas eſſe innuebat, quàm autem horrenda, quàm execranda ſuis in libris reliquerit, non placita, ſed ſcelera, non doctrinas, ſed abominationes, non hiſtorias, ſed putidiſſimas fabulas, is legat, qui volet *Librum*, quem *de Brachmanum Theologia P. Robertus Nobilis* Societatis JESU, Miſſionis Madurenſis in *India Malabarica* fundator, nec non linguæ & Brachmanicæ genealogiæ conſultiſſimus, ſumma ſanè eruditione, nec minori cum animarum, tot errorum labyrinthis involutarum, fructu conſcripſit. De hoc memorant malè feriati *Brachmanum* Scriptores,

*Xaca* novæ Idololatriæ primus in *India* fundator.

Fabula de Elephante albo.

*Xaca* 80 millia diſcipulorum.

P. Robertus Nobilis Romanus.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Octuagies millies *Xaca* transmigravit.

res, *Xaxan* octuaginta mille tranſmigrationes in omnis generis aimalia ſuſtinuiſſe, quarum ultima fuerit in Elephantum candidum, quam *Lo han hoe Laenſes*, & *Tranluan*, id eſt, *Rotam* vocant; putant enim animas ex uno in aliud animal veluti rotatione quadam per ſex pœnas tranſmutari, donec tandem ſexta rotatione peracta, in ſtatum omnis mutationis expertem Deorum conſortio aggregentur, *Pagodes* facti.

Metemſychoſeos alia ſententia.

Alii ſtrictiùs Pythagoricæ Metamorphoſeos leges ſectantur, ita ut tranſmutatio animarum juxta virtutum vitiorumque merita aut demerita, in animalia vitiis virtutibuſque κατὰ τὴν ἀναλογίαν correſpondentia transformetur; hoc pacto dicunt, Tyrannos in Tygrides, in lupos proditores, in porcos luxurioſos, guloſos in canes; contrà in oves manſuetos, Reges in Elephantes &c. fuiſſe tranſmutatos: Quas metamorphoſes tanto numero adducunt, tot ac tam ridiculis inconcinniſque fabulis contextas, ut in Ovidiana Metamorphoſi nil tam exoticum, nil tam ſtolidum ac veſanum, quod illi Heroibus ſuis μετεμψυχωμένοις non attribuant; & quemadmodum unda undam trudens in innumerabilia tandem fluctuum divergit volumina, ita metempſychotica ſuperſtitio tantam poſt ſe traxit anilium deliramentorum multitudinem, ut ea inter animalia, quadrupedia, volatilia, natabilia, atque inſecta contineri neſcia, vegetabilis quoque naturæ regnum invaſerit; undè nata propudioſa illla δενδρομετεμψύχωσις, quâ non in animalia duntaxat, ſed & in plantas, Ovididianæ Daphnes exemplo tranſmutari dicantur; quibus tanquam rationali homine indignis, omiſſis, unum tantùm hîc adjungam, quod anno 1632, in *Concincina* accidiſſe refert in ſuo *de expeditione Japonica libro P. Philippus Marinus*. Ceciderat ventorum impetu in terram ingentis magnitudinis arbor, 80. cubitorum longitudinem habens, tanti ponderis, ut centeni homines eam loco dimovere nequirent, quæ adjurata dixiſſe fertur: Se Capitaneum Chinenſem fuiſſe, & centenis annis jam dilapſis, tandem in hunc truncum fuiſſe tranſmutatum; veniſſe autem ad intimandum *Concincinæ* bellum; cum verò non eſſet, qui aut arborem reſecare noſſet, fuiſſe ibidem relictum Solis imbriumque injuriis expoſitum, ea ſpe fretum, futurum, ut nulla elementorum vis contra duritiem ſoliditatemque corticis, quâ veluti lorica quadam muniebatur, prævalere poſſet; quæ ſeu fabula, ſeu Dæmonica illuſio tantum in animis gentilium potuit, ut dum arbores comperiunt magnitudine eximias, illi ſcutellam orizæ portione refertam, radicibus apponere ſoleant, veriti ne diuturno jejunio animæ Heroum in illis viventes tandem deficiant, tum ſtolida quadam eorum commiſeratione perculſi, tum ob umbræ quoque gratiſſimæ, ſubter quam æſtivo Solis ardore ſe recipiunt, ob receptum beneficium gratitudinis debitum hoc pacto perſolventes.

Δενδρομετεμψύχωσις.

Fabula ridicula.

Sanior philoſophandi ratio, ſed ridicula.

Qui verò ſublimiùs, (melius inſaniùs) philoſophari videntur, dicunt, hominem intellectu in id quod concipit, objectum tranſmutari realiter, ita ut ceſſante operatione nulla homini vita ſuperſit; quod non de intellectu tantummodo & voluntate, ſed & de potentia cognoſcitiva, appetitiva & phantaſtica intelligunt. Addunt, ubi homo tantum intellectu profecerit, ut quaſi extaticus & in immobilem ſtupiditatem redactus videri poſſit, tum tandem is ſummum id, quod deſiderari poteſt, ultimam videlicet felicitatem conſecutus dici poſſit, atque inter Numina relatum Pagodem effici; unde ſimiles Pagodes etſi nec videre, nec audire, nec ullius alterius miniſterio, utpote ex materialibus rebus fabricata, fungi videantur, audiunt tamen, uti ajunt, videntque ſuo modo; Numine videlicet, velut extaſi quadam & raptu in

Quando in Pagodes convertantur.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

in illis abſorpto. Atque hoc pacto illi ſat ridiculo ratiocinio vitam Idolorum Pagodumque contra eos, qui eos impugnant tueri ſolent. Addam hoc loco aliud quoddam hujus phanaticæ opinionis de Metempſychoſi *Sinarum* ſpecimen, quod *in vita B. Odorici Ord. Minorum S. Franciſci*, apud *P. Bollandum in magno illo Vitæ Sanctorum Opere tom. I. Jan. 15. c. 4.* legitur. Nam cum dictus Odoricus *Camſanam* Sinenſis Regni urbem tranſiret, à quodam *Sina* ad contuendum inſoiltum inauditumque omnibus ſeculis ſpectaculum vocaretur, benignæ invitantis humanitati annuit; Itaque introductus in Monaſterium quorumdam Religioſorum, quod *Bonziorum* ego Cœnobium fuiſſe interpretor, ubi nonnemo ex dictis Religioſis duas ingentes ſportas omni cibariorum genere onuſtas in viridarium quoddam Cœnobio junctum tranſportari juſſit; in quo & mons erat amœnis arboribus conſitus; Hoc itaque viridarium unà cum Odorico ingreſſus *Bonzius* campanulam quandam quam ſecum portare ſolebat, inſonare cœpit; & ecce mox ingens diverſorum animalium caterva, ex monte feſtino gradu, id eſt, Feles, Canes, Simiæ, Capræ, Porci, & ſimilia alia monſtruoſæ formæ complura, ad ter millena, ſeſe Nutritoris conſpectui ſtiterunt. Quibus ille cibos pro cujuſque natura porrigebat; prandioque brutali finito, ad campanulæ ſonitum mox ſingula ſeſe ad interiora montis latibula recepêre. Hic Odoricus ſtupore attonitus, indica, inquit, mihi Frater, quænam ſint & quidnam ſibi velint, brutorum hujuſmodi adeò ad obedientiæ ſignum promptorum congregatio? Reſpondit *Bonzius*, Iſtæ ſunt Nobilium virorum animæ, quas nos hic amore Dei paſcimus; reſumit Odoricus; Et quomodo hæc bruta animæ dici poſſunt; cum animæ humanæ omnis corporeæ molis expertes ſint. Reſpondit alter, In hæc quæ vides bruta ingreſſæ ſunt animæ defunctorum omnis ætatis & conditionis hominum, & quantò quiſpiam ſublimioris fuerit dignitatis, tantò nobilius quoque animal, quod inanimat, ſortitus eſt: contra tantò vilius, quantò vilioris conditionis fuerit. Quamque quidem ſuperſtitioſarum mentium cœcitatem Odoricus, magno argumentorum pondere convellere conatus fuit; ſed fruſtrà; cum nemo eſſet, qui à ſtulta hac Diabolici dogmatis perſuaſione, dimoveri poſſet. Ego ſanè hæc non animalia, ſed Dæmones in hujumodi bruta transformatos, ad miſeris hominibus illudendum, eorumque animos infatuandos, verius crediderim.

Mirum de Metempſychoſi exemplum.

# CAPUT V.

## *De ridicula* Brachmanum *Religione circa hominum originem.*

BRachmanes originem ſuam, Scriptores *Indi*, duxiſſe dicunt ex *Cechian*, ſive *Xaca*, de cujus origine in præcedente Capite egimus, quem & iidem appellant cum Arabibus هرمز *Hormoz*, eumque cum Hermete Triſmegiſto, alii cum Pythagora ob dogmatum ſimilitudinem immerita comparatione confundunt; Nam doctrina, quam tradidit, tam horrendis fabularum monſtris, tam fœdis inconnexarum rerum commentis apud eos confuſa legitur, ut in varias claſſes diviſi, vel ipſimet ſtolidæ doctrinæ ſectatores, quid ſentire, quid credere debeant, neſciant. Sed ſubnectamus nonnulla de Mundi creatione dogmata, quæ uti ab illis inter articulos fidei, ita à ſapientibus fanaticorum nugamentorum numero meritò adſcribuntur.

*Xaca* cum Mercurio Triſmegiſto confundunt.

Dii *Brachmanum* ſumma ſtoliditate ficti, ſunt: *Bruma*, *Veſne*, *Butzen*, & hi

*Brachmanum* Dii.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

33. Milliones Deitatum. *Bruma* magnum Numen hominum ex membris ſuis diverſis diverſorum genitor.

hi ſunt præcipui, quibus ſubordinantur 33. milliones Deitatum, quarum caput dicunt eſſe *Dimenderen*, *Feltan* & *Bruma*, ex hoc tanquam nobiliori omne hominum genus prodiiſſe narrant, ex totidem Mundis, membris humani corporis correſpondentibus: Mundum *Primum* Supercœleſtem ex cerebro; *Secundum* ex oculis; *Tertium* ex ore; *Quartum* ex ſiniſtra auricula; *Quintum* ex palato & lingua; *Sextum* ex corde; *Septimum* ex ventre; *Octavum* ex verendis; *Nonum* ex coxa ſiniſtra; *Decimum* ex genibus; *Undecimum* ex calcaneo; *Duodecimum* ex digitis pedis dextri; *Decimumtertium* ex planta pedis ſiniſtri; *Decimumquartum* ex ambiente eum æthere prodiiſſe fabulantur: è quibus Mundis pro partium humani corporis conditione nati ſunt primò homines intellectu & ſapientia conſpicui; ſecundò Prudentes in actionibus; tertiò Eloquentes & facundi; 4. Aſtuti & callidi; 5. Guloſi & commeſſationibus dediti; 6. Magnifici & ſplendidi, liberales; 7. Sordidi & obſcœnis moribus præditi; 8. Luxurioſi & carnalibus voluptatibus dediti; 9. Laborioſi, Artifices & Agricultores. 10. Hortulani, Ruſtici. 11. Vilibus operibus deſtinati, quos *pareàs* vocant. 12. Homicidæ, latrones, fures. 13. Oppreſſores pauperum. 14. Homines peculiari dote in omni genere rerum præditi. Atque hoc pacto deſcribunt magnum illum *Brumam* tot Mundorum hominumque diverſiſſimorum genitorem; quæ ſtolidiſſima gens adeò ſtrictè ad literam intelligit, ut eum in ſuis fanis uti ſequitur depictum ſervent, & cum hominem aſpexerint, ex ejus phyſionomia eum ex tali & tali *Brumæ* Mundo natum eſſe, certa ſe notitia determinare poſſe ſibi perſuadeant; ſed nondum ſat ineptiarum; ſiquidem in Mundo ponunt ſeptem maria; *Primum* Aqueum; *Secundum* Lacteum; *Tertium* Ex coagulo lactis; *Quartum* Butyraceum; *Quintum* Salinum; *Sextum* Saccareum; *Septimum* Vinoſum. In Aqueo ponunt quinque Paradiſos: In Lacteo Religioſos & Sacrificulos, quos *Jogues* vocant, quæ gloria *Siven* dicitur. In tertio, quam gloriam *Divenderen* dicunt, voluptatibus corporeis deditos; In quarto quæ eſt gloria *Brumæ* felicis ſortis; In quinto quæ eſt gloria *Viſnu*, miſericordes; In ſexto, quæ gloria *Cailaſan* dicitur, Eleemoſynarios; In ſeptimo, quæ gloria *Vajacandam* dicitur, omni bono affluentes.

7. Maria. 1. Aqueum. 2. Lacteum. 3. E coagulo lactis. 4. Butyraceum. 5. Salinum. 6. Saccareum. 7. Vinoſum.

In omnibus, præter primum, corporearum voluptatum abundantiam, juxta analogiam liquorum, ex quibus conſtant, admittunt. Dixi præter primum, quia uti illud prorſus intellectuali luce pollet, ita quoque dicunt, in eo primum voluptatis gradum eſſe, gratiam Dei ſupremi, cum quo per eandem unum & idem efficiantur, & conſiſtere dicunt in Harmonica quadam proportione, quâ anima Deo miſcetur, & θεομόρφωσις dicitur, quam doctrinam paſſim ab *Ægyptiis* hauſiſſe, tametſi infinitis ſuperſtitionibus contaminatam, haud vero abſimile ei videri poteſt, ſi quæ de θεομορφώσει *Ægyptiorum* in *noſtro Oedipo* expoſuimus, quæque ex *Saracenis* aut *Mahumetanis* (quo in eorundem Cabala nil ſeptem hujuſmodi Mundis voluptuariis tritius eſt,) adducta, ritè inter ſe contulerit.

7. Mundi voluptatum apud *Mahumedanos.*

Præterea quod Cabala *Saracenorum* de globo Terræ in cornu bovis firmata, *Brachmanes* de Serpente χιλιακεφάλῳ, id eſt, *mille Capitibus monſtruoſo* dicunt; & quoniam Serpentem ſeu hydram hanc phantaſticam ſuſtinendo globo Terræ inſufficientem videbant, octo illi Elephantes, quorum robore ſuſtineatur, ſuppoſuerunt; quia verò nec hi ſine ſuſtentamento & ſubſterniculo ſubſiſtere poterant, illis immenſæ aquaticæ teſtudinis dorſum, ſupra quod firmarentur, ſubſtituerunt, quæ in infinito mari natans totam hanc monſtrorum congeriem ſuſtineat.

Cabala *Saracenorum* ex *Brachmanum* diſciplina deſumpt.

Fabulæ.

Alii de Mundi Origine ſic ſentiunt, placito ſanè cęteris non minus ridiculo; Ara-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Araneus eſt origo Mundi apud *Brachmanes.*

Araneum ſingunt eſſe primam rerum cauſam, qui ex ventre ſuo continua filorum evolutione elementa primùm, deinde Cœlorum globos efformarit, opuſque ſuum continua aſſidentia gubernet, uſque ad Mundi interitum, quem cauſari dicunt; ex filorum mundanorum, quos evolverat, intra ſe retractione, undè rerum omnium evaneſcentia. Quæ ideò hoc loco apponenda duxi, ut nos cœcæ gentilitatis dogmatis adeò abſurdis & inconcinnis, quibus humanum ingenium magis abſona concipere non poſſet, cognitis, DEO Opt: Max: & Chriſto Servatori noſtro debitas perſolveremus gratias, quod nos è tantis tenebris ereptos, infallibili veritatis ſuæ luce, præ innumeris aliis, miſericorditer imbuere non ſit dedignatus.

# CAPUT VI.

## *De alia fabuloſa doctrina* Brachmanum, *& eſt, de decem Incarnationibus Dei, quas Gentiles* Indiani *extra & intra* Gangem *credunt.*

Apollonius Thyanæus.

B*Rachmanas*, quos & *Gymnoſophiſtas* vocant, olim Aſtrologia & magicis artibus celebres fuiſſe ex *Heroſtrato in vita Apollonii Thyanæi* patet, quorum fama permotus & ipſe ſuſceptis magnorum itinerum ambagibus tandem eorum addiſcendorum dogmatum cauſa per *Perſidem* in *Indiam* uſque contendit; Regem *Jarcham* ſapientiâ conſpicuum adiit; ubi & ſeptem Planetarum ſigillis, magnæ, ut ipſe putabat, virtutis in lapidibus pretioſis inciſis donatus; Satanica dogmata, quibus ipſe jam dudum imbutus favebat, ſatis deprædicare non ceſſat; quorum quidem inſtituta ſi cum modernis compares, haud abſimilia eſſe reperies. Sunt autem duæ claſſes *Brachmanum*; primæ ſunt ii qui ſapientes dici volunt, & civilem vitam ſectantur; alii *Jogues* vocantur, & in ſolitudinibus priſcorum *Gymnoſophiſtarum* more nudi ſunt, divinationibus cæteriſque magicis artibus deditiſſimi; vitam quidem, ſi externam attendas, auſteram & laboribus plenam, ſed revera internam ſub affectata hypocriſi omnibus ſceleribus refertam ducunt.

Variæ *Brachmanum* Sectæ.

Non ſatis itaque fuit callidiſſimo Satanæ, perverſis hujuſmodi dogmatis priſcorum gentilium propriis, mortalium animas ſolitis ſibi artibus dementare, ſed & ſacra profanis ad majorem Divini Numinis atque Euangelicæ Legis contemptum, miſcere auſus, adeò ſimpliciores Paganorum animos Satanico *Brachmanum* miniſterio infecit, ut Divini Verbi Incarnatio in putidisſimas fabulas traducta, atque abſurdiſſimis Metempſychoſeos commentis mixta, ſucceſſu temporum partum produceret tàm abſurditate celebrem, quàm fabuloſa narratione monſtruoſum, cujuſmodi ſunt decem Dei Incarnationes, quas præter complura hujus farinæ figmenta mihi hîc *Romæ* communicavit jam ſæpè laudatus P. Henricus Roth Auguſtanus Patriâ, Mogoricæ Miſſionis indefeſſus operarius, qui uti Brachmanicæ linguæ eſt peritiſſimus, ita quoque ex ipſorum arcanioribus libris præcipua extraxit dogmata, ea intentione, ut noſtris inter *Brachmanes* verſantibus modum, quo tantas abſurditates facilius confutare poſſent, traderet. Verùm quia res conſideratione haud indigna mihi viſa fuit, hîc brevem eorundem enarrationem, ipſis ſupradicti Patris Rothii verbis ſubjungendam cenſui.

10. Incarnationes Dei.

Decem

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Decem fabuloſæ Incarnationes Dei, *Quas credunt Gentiles* Indiani extra & intra Gangem, *ex interpretatione P. Henrici Roth.*

*De ſecundæ Perſonæ SS. Trinitatis Incarnatione*

Univerſim dicunt, ſecundam perſonam ex Trinitate novies jam incarnatam fuiſſe, & adhuc ſemel incarnatum iri.

*Brachmanum ſententia.*

Perſonæ Trinitatis apud illos ſunt: *Brahma, Bexno, Mahex.* Has dicunt eſſe unum quid in natura, quam vocant variis nominibus: v. gr. *Achar* (immobilis) *Paramanand* (quietus) *Paramexuar* (ſupremus Dominus) *On* (Ens) & aliis ſexcentis nominibus, quæ Entis illius attributa inſinuant.

*Fides Brachmanum abſurdiſſima.*

Tres ſupradictas perſonas dupliciter explicant: Primum *Brahma* dicunt eſſe naturam ſeu eſſentiam illius Entis Supremi ſive Dei: *Bexno* dicunt eſſe ejuſdem appetitum concupiſcibilem, *Mahex* verò appetitum iraſcibilem. Secundum *Brahma* eſt Inexiſtens omnibus rebus. *Bexno* Conſervator rerum. *Mahex* deſtructor (hinc fingunt mortem & corruptionem eſſe ſervos hujus.) Tandem in compendio dicunt, totam rerum univerſitatem conſiſtere in *Samext* & *Beaxt*, id eſt, in *Univerſali & Particulari.* Univerſale dicunt eſſe Naturam illam Entis Supremi in ſe. Particulare eſt Natura illa jam per particulas diviſa in rerum varietate.

Undè deducunt, nullam eſſe nec genericam, nec ſpecificam diſtinctionem in rebus creatis, ſed omnia eſſe unum idemque Ens, ſeu naturam univerſalem individuatam per particulas, quarum unaquæque aſſumit vel figuram hominis, vel lapidis, vel arboris.

Materiam his particulis divinis ſuperveſtitam dicunt nihil aliud eſſe, quam deceptionem; unde eandem naturam divinam vocant *Ram*, id eſt, *Ludentem.*

Deum vel potius naturam illam Incarnatam explicant ſic: Particula ſcilicet major aſſumit, ſeu veſtit ſe materia (quam dicunt componi ex quinque elementis) & per illam velut per inſtrumentum ſuum manifeſtat attributa ſua, pluſquam in alio ente ordinario, cui ineſt particula minor. Longis eſſet opus commentariis ad explicanda ſeu narranda ſolùm figmenta Gentilium.

*Explico nunc Incarnationes in particulari.*

Prima eſt *Naraen*, id eſt, *Virorum Princeps.* Secunda *Ramchandra.* Tertia *Machautar*, id eſt, *Piſcis.* Quarta *Barahautar*, ſeu *Porcus.* Quinta *Narſeng*, *homo leo.* Sexta *Dahſer*, *decem capita.* Septima *Jagarnath*, *Mundi Dominus.* Octava *Crexno*, *niger.* Nona *Bhavani.* Decima *Har.*




Primus *Naraen* filius fuit *Jagexuar* quod linguâ noſtrâ idem eſt, ac *Dominus* I. Naraen.

„ *nus Mundi.*) De hoc *Naraen* dicunt, quod tam fortis fuerit, ut enſe, „ quem in manu habet, unico ictu „ mille Elephantes occiderit. Præſens „ erat ubicunque à devotis ſuis colebatur. Hujus Idoli figura ſic exprimitur in eorum libris. „

locum Nativitatis, & aër vocibus ſpirituum ſuaviſſimis reſonabat. Liberavit tandem Mundum à Gygantibus, quos per fratrem ſuum occidebat. Vides hîc ſub obſcura quædam Chriſti in Mundum venientis veſtigia, Figuram ejus ſic exprimunt. „







II. Ramtxander. „ Secundus *Ramtxandar* filius *Bal* (*Fortitudo, robur*) frater ipſius *Laxtman* miles erat tam fortis, ut unicâ „ ſagittâ uno ictu mille homines occideret. Ipſe *Ramtxandar* pacificus erat, neque gladio utebatur, ſed quidquid volebat unico verbo effectui „ tradebat. Venit in Mundum, ut „ hunc à gygantum tyrannide liberaret. Media nocte natus eſt, tunc temporis Cœlum flores demittebat ſupra „

III. Matxautar. „ Tertius *Matxautar*. De hoc fingunt ſequentia: Cum Dea *Bhavani* iret ad balneum cum quatuor ancillis, Gygas unus, nomine *Bhenſaſer*, illam inſecutus rapere voluit, tunc Deus formam piſcis aſſumens ex aqua prodiit, „ & Gygantis caput amputavit; Undè „ figuram ejus ſic exprimunt. „

A. Ἰχθυομόρφωσις.
B. *Bhavani* τετρακέφαλος; καὶ τετραβραχίων.
C. Caput *Bhavani* reciſum, in bovis ἀνθρωπομόρφου caput abiit.
D. Cultus ſeu Cerimoniæ.

Quar-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

IV. Barhautar.

Quartus *Barhautar*. Antequam iſte in Mundo appareret, Gygas unus




nomine *Harnacaß* toti Mundo dominabatur, caput habebat cervi, ſolo halitu mactabat homines, & montes poſt ſe trahebat. Tandem Deus figuram Porci Sylveſtris aſſumens, duodecim annis cum dicto Gygante certavit, & tandem mactavit.

A. *Barchautar.*
C. A Deo in Porcum tranſmutato occiditur.

V. Narſeng.

Quintus *Narſeng*. Hic ortus dicitur ob Mundi impietatem in Superos corrigendam; Cum enim Reguli cujuſdam filius ſemper diu noctuque nomen Dei (*Ram*, *Ram*) ore proferret, pater ejus irâ commotus acriter illum corripuit, eumque ad columnam ligatum caſtigavit. Tunc ex illa ipſa columna Deus, aſſumptâ leonis & hominis figura prodiit, & Reguli illius ventrem aperuit, & occiſo illo, Mundum docuit, non eſſe reprehendendos, qui Superos colunt. Figura ſequitur:

A. *Narſeng.*
B. Regis filius occiditur ventre aperto.

VI. Dahaſar.

Sextus *Dahaſar*. Hujus capita decem humana non vivebant. Hic Mortem in domo ſua ligatam ſervabat, ventus ipſi ſerviebat; Erat Dominus *Zailani*, ubi aureum fortalitium extruxerat. Tandem *Latxman* frater *Ramtxandar* ad illum occi-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

occidendum ſe accinxit, & ſecum ſimiam illam celebrem *Hanuant* nomine, adduxit, ut ſi fortè erraret, *Hanuant* illum ſaxo occideret. Tandem ipſe *Latxman* ſagittâ in caput illius aſininum jactâ occidit. Uti Figura oſtendit.

deinde Canis, Ibidis, & Draconis formâ, toti Mundo dominatus eſt.




A. *Jagarnath.*
B. Mater filium C ex ovo generat.
D. Mare inter Inſulam *Zeilan* & *Indiam*
E. F. G. Ibin, Canem, Draconem, quorum formam aſſumpſerat.

VII. *Jagarnath.* Septimus *Jagarnath.* Iſte totum Mundum cum incolis omnibus capiti imponens aliò ferre voluit, ſed pondere tanti oneris, pedes & brachia illius fracta tandem computruerunt. Jam colitur à Gentilibus illis, pictus ſine manibus & pedibus, quos amore Mundi amiſiſſe dicitur. Hic dicitur filium ſucceſſorem ſuum à matre B ex ovo genitum, per mare in Inſulam tranſportaſſe; qui aſſumptis

VIII. *Krexno* Paſtor vaccarum. Octavus *Krexno.* Hujus ſupremus titulus eſt: Paſtor vaccarum, habebat ſedecim millia paſtoriſſarum, vocatur vulneratus in pectore. Ipſius ſeptem fratres à Gygante quodam occiſi fuerunt; nomen illius Gygantis *Kans.* Quandò mater *Jeſſodha* in utero geſtabat dictum *Krexno*, tunc Gygas ille dictam *Jeſſodham* cepit, & in carcerem conjectam cuſtodiri ab aliis Gygantibus juſſit, circumducto carceri ſerpente; intentum ipſius

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ipſius erat, & hunc octavum filium occidere. Sed quandò hîc media




nocte natus eſt, Gygantes vigiles obdormierunt, ſicque mater cum filio aufugit, qui filius tandem Gygantem occidit.

Hic dicitur ſepties in Equum; ſemel in Elephantem & Taurum transmutatus. B. C. D. E. Gygantes, qui 7 Fratres *Krexno* in Equos L. mutatos interemerunt, iiſque obdormiſcentibus *Krexno* evaſit.

IX. *Bhavani.* Nonus *Bhavani.* Quam dicunt eſſe *Xacte* ſeu *Potentiam* hujus maritum dicunt *Xacteunt*, id eſt, *Potentem.* Omnia, quæ de hac Dea & marito ejus dicuntur, ſunt myſterioſa, & ſignificant materiam, & cauſas rerum. Quæcunque in præcedentibus de *Puſſa* & *Harpocrate Sigalione* dicta ſunt, huic attribui




poſſunt. In Lotum enim transformatum volunt, & deinde univerſo dominatur; Cum enim Lotus aquatica planta humidi ſymbolum ſit; omnia autem, quæ in Mundo ſunt, humido animari, & conſervari *Ægyptiorum* more velint, facile Lector originem hujus fabulæ videbit. 4. Brachia quadruplicem elementorum virtutem denotant.

X Deci-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©



Decimus *Har*, adventu ſuo omnes Mahumetanæ Legis Sectatores creditur interempturus, & ita eum pingunt: In pavones primò, deinde in Equum aligerum tranſmutandus. X. *Har.*

Quæcunque de Gygantibus hîc dicuntur fabulæ, illæ utique originem ſuam nactæ ſunt, aut ex *Geneſ.* 6. etſi Sapientes per Gygantes hujuſmodi Satanæ Regnum intelligant; per Debellatores verò Satanæ Deitatem deciès μετεμψυχωτικῶς incarnatam; Ubi & complura veritatis Chriſtianæ veſtigia cognoſcuntur, etſi miris variiſque figmentis & monſtruoſis allegoriis contaminata, quod proprium humani generis hoſti eſt, Sacra profanis ita miſcere, ut & ſimpliciores animas hujuſmodi ſuperſtitioſis imaginibus, veluti nonnullis horrendarum formarum alliciis involvat, & unà in contemptum Dei ſimiam agat, ambitæ jamdudum, vel à Mundi primordio Divinitatis. Quomodò verò hæc ſuperſtitioſa dogmata ex *India* in *Chinam* uſque, & ultimam *Iaponiam* deducta fuerit, paulò poſt exponetur.

# CAPUT VII.

## *De Literis* Brachmanum.

VTuntut *Brachmanes* nonnullis literis, quas arcanas vocant, nullique tradere ſolent, niſi quos ex ſua Secta judicant eſſe ad eas diſcendas aptiores; Verùm uti ſuprà dixi, cum P. Henricus Roth iis ad veram Salutis ſemitam deducendis totus intentus, ſine lingua & literatura eorum, id, veluti ἀδύνατον. Videret, per quendam *Brachmanem* ſummâ benevolentiâ ſibi devinctum, & jam ad Chriſti fidem ſuſcipiendam inclinatum, totam & linguæ & literaturæ, philoſophandique rationem literis hiſce conditam, ſex annorum impenſo ſtudio, conſecutus eſt. Verùm nè quicquam curioſarum rerum omiſiſſe videar, hîc elementa eorum, manu Patris Rothii eleganter diſcripta adnectam.

Sunt hujuſmodi Characteres in tanta apud dictos *Brachmanes* veneratione, ut eos non ab hominibus inventos, ſed à Divinoris alicujus Numinis magiſterio inſtitutos, dictatoſque arbitrentur, tanto ſtudio propagatos; ut quod ſanè mirum eſt, vel ipſos *Sinas* ad Deorum ſuorum ſimulacra iis, veluti myſticis, & neſcio

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# Elementa Linguæ Hanscret

a i u re lre ha ia ua ra la nja ndda na nga ma

अ इ उ ऋ ऌ // ह य व र ल // ञ ण न ङ म //

dha ddha dha gha bha ja dda da ga ba kha pha txha ttha tha

झ ढ ध घ भ // ज ड द ग ब // ख फ छ ठ थ //

txa tta ta ka pa xa kha sa

च ट त क प // श ष स //

a i u re lre

Vocales ſunt quinqȝ अ इ उ ऋ ऌ quarum ultima vix eſt in uſu. Hæ vocales ut ſint Longæ vel Breves ita diſtinguunt

Vocalis Longæ आ ई ऊ ॠ ॡ Breves अ इ उ ऋ ऌ

e ei o ou

Ex Vocalibus naſcuntur Diphtongi quatuor ए ऐ ओ औ e naſcitur ex a et i. Ex a et e naſcitur ei. Ex a et u naſcitur o. Ex a et o ſit o:

Conſonantibus conjungunt vocales hoc modo v.g. ſit littera क cum Vocali Brevi.

kă kĭ kŭ kre klre — kâ kî kû krê klrê

क कि कु कृ कॢ Cum Longis hoc modo का की कू कॄ कॣ

Et ſic de aliis conſonantibus ex quarum uno facilè colligi poteſt quomodo vocales prædictæ copulentur ſingulis

ke kei ko kou

Diphtongis ſic copulantur के कै को कौ

Conſonantes itidem copulantur inter ſe quandoqȝ, nulla intercedente vocali: Illam enim, quæ Vocali privatur ſecundum Regulas, vocant Claudicantem, cùmqȝ ſolam non ponunt ſed alteri ſequenti copulatam

Sit pro Exemplo ब् Claudicans

bra bla bma bja bka bxa bsa bna

ब्र ब्ल ब्म ब्य ब्क ब्श ब्स ब्न Et ſic de reliquis. Interdum contigit duas privari vocali, et ſic ambæ copulandæ erunt cum tertia ſequenti Sic

ktra stra tkma

क्त्र स्त्र त्क्म Et ſic de aliis

Sunt alia quatuor Litteræ quas copulatas vocant ſed in copulatione perdunt ſuam figuram

kſa guia dha xtta

क्ष ज्ञ द्ध ष्ट

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# Elementa Linguæ Hanſcret ſeu Brachmanicæ in India Orientali Literæ ſunt ſequentes

a i u re lre e ei o ou ha ia ua ra la nja ndda na nga ma

अ इ उ ऋ ऌ // ए ऐ ओ औ // ह य व र ल // ञ ण न ङ म //

jha ddha dha gha bha ja dda da ga ba Kha pha chha ttha tha xa Kha sa

झ ढ ध घ भ // ज ड द ग ब // ख फ छ ठ थ // श ष स //

chha guca dha xtta

त्र ज्ञ ह्न क्ष //

Prima quinq; literæ ſunt Vocales. Secundæ quatuor Diphtongi. Reliquæ omnes sunt Conſonantes. Vocales prout ibi ponuntur ſunt Breves ut in Longas tranſeant, ſic formantur

a i u re

आ ई ऊ ॠ ॡ

Vocales nunquam ſeparatim ponuntur niſi initio dictionis alias ſemper mutata figura præcedenti Conſonanti combinantur.

Combinatio vocalis Brevis अ cum conſonantibus eſt ſequens.

a

अ Breve.

ha ia ua ra la nja ndda na nga ma jha ddha dha gha bha ja dda da ga ba

ह य व र ल // ञ ण न ङ म // झ ढ ध घ भ // ज ड द ग ब //

Kha pha chha ttha tha xa Ka sa txha gea dha xtta

ख फ छ ठ थ // श ष स // त्र ज्ञ ह्न क्ष

a

आ Longum ſic combinatur.

हा या वा रा ला // ञा णा ना ङा मा // झा ढा धा घा भा // जा डा दा गा बा //

खा फा छा ठा था // शा षा सा // त्रा ज्ञा ह्ना क्षा //

i

इ Breve ſic combinatur cum conſonantibus.

hi ii ui ri li nji nddi ni ngi mi jhi ddhi dhi ghi bhi ji ddi di

हि यि वि रि लि // ञि णि नि ङि मि // झि ढि धि घि भि // जि डि दि

gi bi Khi phi chhi tthi thi xi Khi si txhi gui dhi xtti

गि बि // खि फि छि ठि थि // शि षि सि // त्रि ज्ञि ह्नि क्षि //

i

ई Longum

ही यी वी री ली // ञी णी नी ङी मी झी ढी धी घी भी // जी डी दी

गी बी // शी षी सी // त्री ज्ञी ह्नी क्षी //

## Combinatio diphtongorum cum Conſonantibus. :

### ए E

..e ue re le nje ndde ne nge me jhe ddhe dhe ghe bhe je dde de ge be

ये वे रे ले // ञे णे ने ङे मे // झे ढे धे घे भे // जे डे दे गे बे //

..he phe txe tthe the xe khe se txhe gue dhe xtte

खे फे छे टे थे // शे षे से // चे ज्ञे हे क्षे

### ऐ Ei

यै वै रै लै // ञै णै नै ङै मै // झै ढै धै घै भै // जै डै दै गै बै //

खै फै छै टै थै // शै षै सै // चै ज्ञै है क्षै

### ओ O

..io uo ro lo njo nddo no ngo mo jho ddho dho gho bho jo ddo do go

यो वो रो लो // ञो णो नो ङो मो // झो ढो धो घो भो // जो डो दो गो

..h kho pho txo ttho tho xo kho ſo txho guo dho xtto

बो // खो फो छो टो थो // शो षो सो // चो ज्ञो हो क्षो

### औ Ou

यौ वौ रौ लौ // ञौ णौ नौ ङौ मौ // झौ ढौ धौ घौ भौ // जौ डौ दौ गौ

बौ // खौ फौ छौ टौ थौ // शौ षौ सौ // चौ ज्ञौ हौ क्षौ

### उ Breve adjunctum Conſonantibus

..iu uu ru lu nju nddu nu ngu mu jhu ddhu dhu ghu bhu ju ddu

यु वु रु लु // ञु णु नु ङु मु // झु ढु धु घु भु // जु डु

..u gu bu xu ku ſu txu guiu dbu xttu

दु गु बु // शु षु सु // चु ज्ञु हु क्षु

### ऊ Longum.

यू वू रू लू // ञू णू नू ङू मू // झू ढू धू घू भू // जू डू दू गू बू

शू षू सू // चू ज्ञू हू क्षू

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

## re ऋ Breve

ire ure lre // njre nddre nre mre ngre // jhre ddhre dhre ghre bhre

यृ वृ लृ // ञृ णृ नृ मृ ङृ // झृ ढृ धृ घृ भृ

ddre dre gre bre // xre kre sre // txre gure dhre xttre

डृ दृ गृ बृ // क्षृ षृ सृ // ज्ञृ // 

## re ॠ Longum.

यॄ वॄ लॄ // ञॄ णॄ नॄ मॄ ङॄ // झॄ ढॄ धॄ घॄ भॄ // डॄ दॄ

गॄ बॄ क्षॄ षॄ सॄ // ज्ञॄ //

Tam Breve quam Longum rariſſimè eſt in uſu, quando tamen com[bi]natur cum conſonante, non mutat figuram, ſed prout eſt in Alphabet[o] ita ad pedem conſonantis affigitur v. G. कृ कॄ

[Con]ſonantes mutæ in hac Lingua vocantur Claudicantes, eo quod care[nt] ſua vocali cui inniti deberent. Nulla earum ſola ponitur. niſi in fine, ſed cum ſequenti conſonante combinatur. Pauca tamen ſunt quæ in iſta combinatione figuram mutant. Aliæ item ſunt quæ nunq: claudicantes cum alys concurrunt. quarum combinationem cum his fruſtraneum eſſet monſtrare.

## ह् e Claudicans combinatum cum aliquibus

hha hba hra hla // iaia iaua iara iala // uua uia bra ula

ह्ह ह्ब ह्र ह्ल // य्य य्व य्र य्ल // व्व व्य ब्र व्ल

rra rha iara rla

र्र र्ह र्य र्ल //

Littera ण quando duplicitur ſic fit ण्ण Littera र (ra) in combi[n]atione ſæpe mutat non nihil figuram v. G. ब्र bra त्र tra, in hac combinatione particulari त et र figuram mutant

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

## Pro Exercitio huius Linguæ ponam hic Pater noſter Literis Indicis ſcriptum.

ater noſter qui es in cælis Sanctificetur
पातिर् नोस्तिर् की एस् इन् सेलिस् सन्क्तीफीसतुर्

omen tuum adveniat regnum tuum fiat voluntas
नोमिन् तूवम् अद्वेन्यत् रेग्नुम् तूवम् फीअत् वोलुन्तास्

ua ſicut in coelo et in terra panem noſtrum
तू सीकुत् इन् सेलु एत् इन् तेर्र पानिम् नोस्त्रुम्

quotidianum da nobis hodie et demitte nobis
कुतीदिअनुम् दा नोविस् होदीए एत् दीमिते नोविस्

ebita noſtra ſicut et nos dimittimus debitoribus
देविता नुस्त्रा सीकुत् एत् नोस् दीमित्तिमुस् देवितोरिवुस्

oſtris et ne nos inducas in tentationem ſed
नुस्त्रिस् एत् ने नोस् इन्दूकस् इन् तेन्ततीओनिम् सेद्

ibera nos à malo Amen.
लीविरा नास् आ मालु आमिन्

## Ave Maria

Ave Maria gratia plena Dominus tecum benedicta
आवे मारीआ ग्रसीअ प्लेना दोमिनुस् तेकुस् वेनेदिक्त

tu in mulieribus et benedictus fructus ventris
तू इन् मूलीएरीवुस् एत् वेनिदिक्तुस् फ्रुक्तुस् विन्त्रिस्

tui Jeſus Sancta Maria mater Dei ora
तूई जीएसुस् साक्ता मारीआ मातिर् देई ओरा

pro nobis peccatoribus nunc et in hora
प्रो नोविस् पेकातोरिवुस् नुङ्क् एत् इन् होरा

mortis noſtra Amen.
मोर्तीस् नोस्त्रे आमिन्



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

neſcio quid Divinum ſub ſe continentibus notis, adornanda impulerint, uti in *Sinenſium* Idolorum deſcriptione patuit: Egò verò eorundem anatomiâ factâ, nil ſivè apicum rationem, ſive eorundem in unam literam contractionis ſtructuram ſpectes, quod aut ingenio polleat, aut myſticum quidpiam tibi promittat, nihil unquam indagare potui; Undè ſemper credidi, eos ab *Hebræis* & *Saracenis* inſtructos (quos grandia ſub eorum literis ex Cabala deductis myſteria effutire audierant) eadem deindè & ſuis characteribus ad altiores ſuperſtitionis radices in animis ſuæ doctrinæ Sectatorum fundandas attribuiſſe. Vix enim monumentum reperias, quod ſuis hiſce fanaticis Characteribus non defœdent. Scripſit olim ad me P. Antonius Ceſchius Tridentinus, eximius in Mogorica Chriſti vinea multorum annorum Operarius, in *Bazaino Indiæ* urbe montem ſe reperiſſe, quem *Pagodes Bazaini* vocant, cujus rupes pænè tota hujuſmodi Characteribus inciſis exornabatur, quorum & copiam mihi ſua manu decerptam ad ejus interpretationem eruendam tranſmiſit; Verùm cum nec literarum inuſitatos ductus, neque linguam noſſem, eos in ſuo chao relinquendos conſultius duxi, quàm vano labore iis enodandis, magno temporis diſpendio oleum, operamque perdere. Atque hæc de *Indorum* dogmatis dixiſſe ſufficiat.

*P. Antonius Ceſchius.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# ATHANASII KIRCHERI

# CHINÆ ILLUSTRATÆ

## PARS IV.

# CHINA

## Curioſis Naturæ, & Artis miraculis illuſtrata.

### PRÆFATIO.

*CUm in Patrum Noſtrorum Operibus admiranda quædam, quæ tum in* Indicis *Regnis, tum in* Sinarum *Imperio occurrunt, Artis, & Naturæ miracula, à nonnullis Criticaſtris veluti confiɛta, falſa, & nulla fide digna carpantur; ea hoc loco opportuno, ad eorum ſinceræ fidei integritatem conteſtandam, denuo ad incudem reducenda duxi; ut verum à falſo, certum ab incerto ſejunctum, rerum perperam intellectarum veritas, ſublato fuco, innoteſcat; Omnibuſque luculenter conſtet, nil in iis adeò inſolitum atque* ἐξωλικώτερον *ſpectari; quod tum in* Europâ, *tum cæteris Mundi partibus non reperiatur.*

### CAPUT I.

## *De mirabili ſitu* Chinæ, *ejuſque Politica vivendi ratione.*

CHINA mirificè à Natura & Arte munita.

QUemadmodum Imperium *Sinarum* omnium opulentiſſimum, nec non quindecies partitâ Regnorum diſtributione potentiſſimum, abſolutæ Monarchiæ rationem, hodierna die præ omnibus Mundi Regnis obtinet, ita quoque tum Naturæ, tum ingenii politici artibus ita inſtructum eſt, ut à reliquo Orbe prorſus ſeparatum, abſolutum μικρόκοσμον à nullo altero dependentem conſtituere videatur. Natura, ne ulli ad illud aditus concederetur, à Septentrione, & Syrophænice, præter trecentarum leucarum murum, vaſto, & intermino arenoſi maris repagulo ſepſit; ab Ortu & Meridie, tum vaſtiſſimis, & incognitis adhuc Orientalis, Auſtrinique Oceani receſſibus, tum abditis ſcopulis, infidiſque ſtationibus ita munivit, ut ſine manifeſto naufragio vix ad littora, tum ob ventorum ſævitiem, vehementiamque, tum ob vehementiſſimas æſtûs marini reciprocationes, appulſus detur. Ne verò ab

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ab Occaſu nonnullus concederetur aditus, ecce Natura ejus vias ſemitaſque præruptis, inacceſſis, & impenetratis adhuc montium clauſtris obſtruxit, tot immanium belluarum, ſerpentumque exitialium ibidem ſtabulantium, veluti præſidiorum quodam agmine ita armavit, ut ex hac parte tranſitus nemini ſperare liceat, ac proinde *China* non ſine ratione linguâ patriâ paſſim vocetur *Cunghoa*, modò *Cungque*, quorum hoc *medium Regnum*, eò quod in medio Orbis loco, ab omnibus aliis ſeparato conſtitutos ſeſe eſſe, credant; illud verò *medium hortum*, ſive *floridum* notat, ob rerum omnium vitæ humanæ neceſſariarum ubertatem, & affluentiam: Siquidem totum Imperium, tum vaſtiſſimis ex occiduis montium hydrophylaciis, undique erumpentibus amnibus, tum mediterraneis montium continuatorum, veluti aquarum quibuſdam promis-condis, modò lacuum, modò novorum fluminum diffuſione ita fœcundatur, ut vix campus ſit, qui iis non irrigetur, nulla pœnè urbs, quæ cum aliis per fluvios, foſſaſque ingenti mercatorum, viatorumque emolumento navibus correſpondere non queat: Quos inter maximè conſpicui ſunt; *Kiang*, quem & ob vaſtitatem *M*[illegible]*is filium*, & alius *Hoang*, quem *Croceum* ab aquarum flavedine vocant, qui univerſam *Chinam*, è finitimis *Indiæ* montibus orditi, univerſum Imperium bipartitis juribus dividunt, atque innumeris aliis intra ſe receptis tandem in Oceanum Orientalem magna aquarum mole ſeſe exonerant, uti ex Mappa patet. Eſt & hoc in Sinico Orbe admiratione digniſſimum, & quod nulli alteri Monarchæ accidit, quod hodierno die univerſum Imperium *Tartarico-Sinicum*, ex Auſtro in Boream ita conſtitutum ſit, ut non contentum propriis Zonæ temperatæ beneficiis, inſuper & torridam, frigidamque ſuis ſubjecerit juriſdictionibus; Nam à decimo octavo gradu torridæ initium ducens, rectâ per Zonam temperatam progreſſum, uſque ad glacialis Tartarici maris ſeptuageſimum ferè altitudinis gradum extenſum intra Zonam frigidam comperiatur, quod ſpacium conficit 32 gradus, quos ſi in 15 duxeris, efficiuntur 780 milliaria Aſtronomica, quorum quindecim unum gradum, & Italica 3120, quorum 60 unum gradum conſtituunt.

*Hoang* & *Kiang* principales *Chinæ* Fluvii.

Magnitudo & vaſtitas Imperii Sinici.

Ex quibus ſequitur, omnis generis fructus, aromata, ligna, fruges peregrinas, tum arbores, tum animalia, uni imperio ita eſſe communia, quemadmodum ſingula illa unicuique Zonæ, aut Climati propria, atque adeò quod alicubi ſparſim continetur, hîc copioſo proventu in unum collectum habeatur. Cui unquam Monarchæ conceſſum fuit, quotidiè non Æſtate tantùm, ſed quovis tempore, Hyeme, Autumno, Vere, recentibus *Indiæque* propriis in menſa ſua ex Zona torrida allatis frui fructibus, deindè pyris, pomiſque omnis generis, præter domeſtica, cydoniis, punicis, aureis, citrinis, perſicis, ingentique prunorum, ceraſorum, aliorumque fructuum, quæ Zonæ temperatæ proprii ſunt, varietate deliciari? Quod idem de frugibus, animalibus, ſive in cibum, ſive ad Regis magnificentiam, mentiſque relaxationem deſtinatis, intelligendum eſt; Huic enim quicquid vaſta *Tartaria*, terra, marique rarum, delicatum, mirum, ſive volucrum, ſive natatilium, quadrupedumve œconomiam ſpectes; quicquid Auſtralis *Chinæ* tractus peregrinarum rerum continet, præter ingentem lapidum pretioſorum, unionum, aromatum, lignorumque pretioſorum congeriem, ad uſum, delitiaſque Regi ſiſtitur; ut proindè non infrequenter miratus ſim, infinitæ Divinæ bonitatis abundantiam, quâ Regno tam profundæ gentilitatis caligini immerſo, & nefandis luxuriæ contaminationibus obnoxio, de tanta tamen bonorum ubertate, & opulentia providere ſibi complacuerit; Verùm cum abdita ſint Divinorum judiciorum conſilia, nobis non tam inveſtigare, quàm

Summæ Regis *Sinarum* deliciæ in fructibus ſuæ menſæ recentibus, ex tribus Mundi Zonis allatis.

Cur Deus tot bonis infidelem ſibi *Chinam* beaverit.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quàm admirari, convenit ineffabilem Divinæ bonitatis altitudinem, quæ ſicuti Solem ſuum oriri fecit ſupra bonos & malos, ita quoque forſan æternas pœnas, quas Indigenas ſubituras prævidebat, ob moralis vitæ optimè conſtitutam, quam colunt, amantque diſciplinam, bonorum temporalium affluentia compenſare voluiſſe, piè cogitare poſſumus.

# CAPUT II.

## *De Politica diſciplina* Sinarum.

CUm in præcedentibus pluribus de Politico *Sinarum* Imperio egerimus, hîc nonnulla conſideratione magis digna ſubjungere viſum fuit, ut ſingula Lectori curioſo innoteſcant. Rex itaque Monarchiæ totius abſolutiſſimum & Caput & Dominus eſt, totumque Imperium ita ab Imperatore regitur, ut nulli quid ipſo inconſulto liceat. Monarchia à parente in filios, vel ubi hi deſunt, ad propinquitate vicinos transfertur; reliqui omnes ſive fratres, ſive ſanguine juncti Regum titulo honorantur, aſſignatâ cuique provinciâ, quam adminiſtrent, eâ tamen authoritatis limitatione, ut certis ipſis redditibus aſſignatis, cæteri omnes Regis ærario importentur. Prætereà ſex tribunalia optima ſanè ratione conſtituta ſunt, ad quæ totius Regni cauſæ, lites, controverſiæ revocantur, & ſunt veluti Magiſtratuum, Reddituum, Rituum, Militiæ, Ædificiorum publicorum; Criminum curiæ quædam, quibus præſunt totidem præfecti cum ſuis ſubordinatis officialibus, atque horum operâ omnia negotia conficiuntur. Habet & Rex ſui conſilii Aſſeſſores, quos *Colaos* vocant, hi uti conſummata politices ſcientia inſtructi ſunt, ita quoque primo poſt Regem loco habentur; Habet & variorum graduum præfectos, quos *Mandarinos* vocant, omnes literis & ſcientiâ conſpicuos, quibus urbium, publicorumque negotiorum curæ & negotia commiſſa ſunt, ita ut totum Regnum eo ferè modo, quo Platonica Reſpub. à ſolis Literatis adminiſtretur, adeóque Platonis votum in *Sinenſi Monarchia* completum videatur, felix nimirum Regnum id futurum, in quo vel Rex philoſopharetur, vel Philoſophus imperitaret. Teſtatur id innumerabilis hominum multitudo, quam tamen Rex non minori difficultate, quàm Paterfamilias domum ſuam, adminiſtrat; teſtatur urbium magnitudo, ſplendor & magnificentia incredibilis; pontium ubique obviorum frequentia, quorum ſtructura, ſive longitudinem, ſive architectonicas leges ſpectes, quotquot eos viderunt, ſatis mirari nequeunt, uti poſteà dicetur; adhæc viarum publicarum commoditas, continuus navium undique & undique ſine numero confluentium ad Metropolitanas urbes affluxus: Agricolarum indefeſſus in colendis agris labor, & induſtria; ſumma militum in omnibus urbibus vigilantia, & indefeſſa cuſtodia; ſummus Judicum in ſceleratis puniendis rigor, & ſeveritas: quæ quidem in tanto Imperio originem ſuam non habent, niſi ex optimis legibus ad pacem, & tranquillitatem Regni conſervandam, ſtabilitis.

Monarchia *Chinici Imperii.*

Sex Tribunalia.

Regnum *Chinæ* à Literatis & Philoſophis regitur.

Urbium ſplendor & magnificentia.

Ad redditus annuos Regis quod attinet, etſi ii non ſemper pro temporum viciſſitudine ſint ſtabiles, ut plurimum tamen pacis temporibus ad 150000000. juxta *libros Computiſticos Sinenſium*, quibus teſte *P. Martino* non ſolum hominum in ſingulis provinciis & urbibus, numerum, ſed & reddituum quotannis computum exactiſſimè deſcriptos habeant, facilè pertingunt. Sub Impera-

Numerus Imperium inhabitantium.

Redditus annuus totius Imperii.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

peratore *Van lie*, numerum hominum in Imperio, quaſi ad 200 milliones perveniſſe, exceptis Regiis Miniſtris, Eunuchis, Mulieribus & pueris. Reditus verò annuos 150000000 milliones aureorum noſtratum publica æſtimatione, pertigiſſe; hodierno verò *Tartarorum* Imperio computatis unà redituum ex *Tartaricis Regnis* proventibus multò etiam excedere certum eſt. Verùm ne quicquam, quod aut fidei contradicat, aſſeruiſſe videar, hoc loco Tabulam omninm redituum annuorum cujuſvis ex quindecim Regnis *Sinici Imperii* Regiæ Cameræ, quotannis ſolutorum,unà cum hominum, ſeu virorum (exceptis tamen, uti paulò ante dixi, Regiis Miniſtris, Eunuchis, mulieribus & pueris) numero, quot nempè unumquodque Regnum tempore *Van lie* continebat, ſubjungendam cenſui, in qua Reditus ex Oriza, Serico, Faſcibus fœni pro jumentis, Sale (exceptis iis, quæ ex teloniis proveniunt, & muneribus, quæ Regi ex pretioſis lapidibus, unionibus, lignis offerri conſueverunt) ex *P, Martinii Atlante* depromptos contemplare.

## *Catalogus Familiarum Virorum, exceptis parvulis & Mulieribus, Regiiſque Miniſtris, & unà tributorum per univerſum Imperium Regi, quotannis perſolvi ſolitorum, exceptis, quæ ex teloniis comparantur*, ex Libro Computûs Sinarum, *anno quo Imperium florebat, extractis*, â P. Martini Martinii *aliorumque interpretatione.*

| | | Familiæ. | Homines. *Viri.* | Orizæ. *Sacci.* | Sericum. *Libræ.* | Fœnum pro equis. *Faſces.* | Sal. *Libræ.24. Unciar.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | *Pechinck Peckali*, *Cambalù* Metropol. & 135 Civitates ſub ipſis. | 418989 | 3452254 | 2274022 | 45135 | 8737284 | 180870 |
| 2. | *Xanſi* Regnum Habet ſub ſe 5 Metrop., quibus parent Civitates 92. | 589939 | 5084015 | 1929057 | 4770 | 3544850 | 420000 |
| 3. | *Xenſi* Regnum. | 831051 | 3934176 | 2812119 | 9218 | 1514749 | |
| 4. | *Xantung*, Sub ſe habet Metropol. ſex, & ſub his Civitates 92. | 770555 | 6759675 | 2414477 | 54990 | 3824290 | |
| 5. | *Honan* Regnum Octo Metropoles habet, quibus parent 100 Civitates. | 519296 | 5106270 | 6106660 | 9959 | 2288744 | |
| 6. | *Suchuen* Provincia. | 464129 | 2204170 | 2167559 | 6339 | | 149177 |
| 7. | *Hucqueng* 15 Urbes habent Metropol. | 531686 | 4833590 | 1616600 | 17977 | | |
| 8. | *Kiamſi* 13 Metropol. ſub ſe habet, & ſub his Civitates 62. | 1363629 | 6549800 | 5995034 | 11516 | | |

*Nankin*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

| | | Familiæ. | Viri. | Oriza. | Sericum. | Fœnum. | Sal. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 9. | *Nankin Quiang* Metropol. 14. ſub his 110 Civitates. | 1969816 | 9967429 | 2510299 | 28452 | 5804217 | 5804217 |
| 10. | *Chekian* 11 Ingentibus Urbibus pollet, & his 62 Civitates; Serico abundat. | 1242135 | 4525470 | 883115 | 2574 | 8704491 | 444763 |
| 11. | *Fokien* Ipſi 8. Metropoles pariunt, & his 48 Civitates. | 509200 | 1802677 | 1017772 | 600 | | |
| 12. | *Quantung* *Canton* vulgò, habet 10 Metropoles, quibus parent 73 Civitates. | 483360 | 1978022 | 1017772 | | | 37380 |
| 13. | *Quemgſi* Sub ſe habet 12 Metrop. ſub his Civitates, & his ultra centum aliæ. | 186719 | 1054760 | 431359 | | | |
| 14. | *Queicheu* Huic octo parent Metropoles & hiſce 10 aliæ. | 45305 | 231365 | 47658 | | | |
| 15. | *Iunnan* Sub hoc 12 Metropoles, & ſub his 84 Civitates. | 132958 | 1433110 | 1400568 | | | 56965 |

# CAPUT III.

## *De Urbibus* Chinæ, *Incolarumque moribus.*

NArrant oculati teſtes *P. Martinus*, *Samedus*, *Trigautius*, *Gruberus*, adeò univerſum *Sinarum* Regnum habitationibus refertum eſſe, ut ſi muro illo Tartarico ad mare uſque Auſtrale circumdaretur, una meritò Civitas tota Monarchia muro ſuo clauſa dici poſſit, quarum quas Metropolitanas, & diverſarum Provinciarum capita vocant, 150; Inferioris verò ordinis 1226. omnes muris, foſſiſque munitæ, præter præſidiarias arces, propugnacula, municipia, oppida, pagos, villas, quorum non eſt numerus, adeò ut vix ad milliare procedatur, quin novæ ſemper, novæque habitationes occurrant, omnes tamen ferè urbes eodem modo, videlicet ſub quadrati figura conſtructæ viſuntur, domus plerumque ligneæ, unâ potiſſimum contiguatione conſtant, extrà rudes, intus magno ſplendore radiant. Tenentur autem ſingulæ domus, *Samedo* & *Martinio* teſtibus affigere unum ſcutum ſupra portam, qua numerus incolarum, & cujuſnam quiſque conditionis ſit, deſcriptus contineatur, eo fine, ut quotnam una quæpiam Civitas homines contineat, *Mandarinis*, quorum

Multitudo Urbium.

Quot homines una domus contineat, ex præfixa domui tabula conſtat. & conſequenter quot in urbe homines.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quorum officium eſt, id ſcire, tum ad ſeditiones evitandas, tum ad redditus exigendos, miro ſanè politici aſtus conſilio, innoteſcat. Omnium maximæ urbes, quæ non dicam in *China*, ſed in toto Orbe reperiuntur, maximæ ſunt *Nanquinum*, *Pekinum* & *Hamcheu*, quam & ſuprà Pauli Marci Veneti *Quinſai* ex P. Martinio oſtendimus; de quarum magnitudine cum in præcedentibus actum ſit, ea reiteranda non cenſui. Undè mirum nemini videri debet exteros, ſi ſubinde quacunque tandem ratione *Chinam* penetrent, ſtatim detegi, hoſpitibus ad eos manifeſtandos ſub gravi pœna obligatis. Mechanicæ artes ſummo apud eos in pretio ſunt, tantaque eas induſtria tractant, ut nihil pænè etiam viliſſima quævis uſque ad ipſas ſordes perire ſinant, quin eas in uſum aliquem lucrumque convertant. Literati aliam ſcientiam non ſectantur, niſi politico-moralem; de Scholaſticis & Speculativis diſciplinis, ne quid nominis ſint, norunt; quod in Natione ingenioſis hominibus pollente mirum eſt. Medici tamen per traditiones docti inſigni præditi ſunt pulſuum notitiâ, qua origines & affectiones, morborumque ſymptomata mirâ induſtriâ explorant, & deinde congruam iis aptant medicinam; Liberalioris verò diſciplinæ in Architectonicis Sculpturis, Texturis ſi proportionum Opticæque notitiam excipias, ſolertiâ Europæis non cedunt; De reliquis artibus in præcedentibus actum vide. Aſtuti ſunt, verſipelles & ſimulatoriæ artis peritiſſimi; ex nimia & innata ſuperbia plerumque exteros omnes præ ſe contemnunt, ſeipſos omnibus Mundi populis tum ingenio, tum ſcientiarum notitia præferentes, donec ad Noſtrorum Patrum in *Chinam* adventum, depoſitâ pavoneâ caudâ, tantò ſe rerum omnium notitia, inventionumque novitate iis inferiores deprehenderunt, quantò priùs ſeſe aliis ſuperiores, vanius jactaverant; Unde ex rerum allatarum novitate & præſtantia eos non ex communi hominum proſapia, ſed veluti Cœlo delapſos genios ſatis mirari non potuerunt; ex qua quidem æſtimatione ortus fuit deinde felix ille in Chriſtiana Lege per univerſum Regnum propaganda, quem ſuprà expoſuimus, progreſſus. Sed hæc de moribus *Sinenſium* paucis dicta ſufficiant; qui plura deſiderat, is ſupra citatos Authores adeat.

Maximæ Urbes totius Mundi.

Artes Mechanicæ.

Speculativarum ſcientiarum nullus uſus.

Medicorum peritia.

# DISQUISITIONES PHYSICÆ

## De rarioribus Naturæ Spectaculis, quæ in *China* reperiuntur.

## CAPUT IV.

### *De Montibus* Chinæ *ſtupendiſque Naturæ, quæ in iis obſervantur, Prodigiis.*

QUamvis *Sinenſe Regnum* innumeris montibus ſit inſtructum, grandiores tamen vaſtioreſque tanta apud ipſos in veneratione ſunt, ut nullo pœnè ſtudio tantopere, quam vana montium obſervatione diſtineantur; Nam quod apud nos in Cœli contemplatione præſtant Aſtrologi, id Oreologi *Sinæ* in montium obſervatione faciunt, dum quàm diligentiſſime primò eorum ſitum, deinde figuram, poſteà vertices, cryptas, flumina, fontes, lacus



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

in iis exiſtentes explorant, ex quibus deindè, ut ipſi ſtolidè ſibi perſuadent veriſſimas Oreomantiæ regulas componunt; Verùm cum ea ſcitè ſanè à P. Martinio deſcribantur, hîc verba ejus apponam. *Poſt urbium deſcriptiones, montes haud procul diſſitos ab eis enumero. In his notandis deligendiſque non minus curioſi, quàm ſuperſtitioſi ſunt* Sinæ, *in illis conſiſtere ſuam felicitatem ac fortunam omnem rati, idque ob Draconis, quem felicitatis putant principem, in illis habitationem. Unde pro ſepulchris ſtruendis montis figuras diligenter examinant, venas omnes ac viſcera rimantur, ſumptibus nullis aut laboribus parcunt, ut felicem ſcilicet terram obtineant, caput puta, vel caudam, vel cor Draconis; Nam indè pro ſepulti poſteris felicia omnia, & ex voto fluxura exiſtimant. Multi hujus artis periti per totam hanc extremam* Aſiam *vagantur, qui montium figuras venaſque obſervant, non aliter atque Aſtrologi ſiderum conjunctiones & aſpectus, & Chiromantici manuum, ac Phyſiognomi (cui ſtudio admodum dediti* Sinæ*) totius corporis habitum & lineamenta. Mira ſuperſtitio, in qua tamen ad inſaniam uſque delirant. Inventum id credo fuiſſe Philoſophi cujusdam, ut ita virorum in demortuos augeret pietatem & obſequium: montes autem* Sinenſes *plerumque à magnis pagis occupantur; pulcherrimis ſepulchris, ſaltibus ac lucis amœni ſunt; utque induſtria* Sinarum *nihil incultum ſquallere ſinit, in planitiem & æquor orizæ inibi ſerenda montes deducunt: ad hæc ubi arrident nemora ac ſylvæ amœnique proſpectus, in iis collocantur Idolorum fana magnitudine & ſplendore præcipua: illic ſacrificulorum adſunt monaſteria; in denſioribus vepretis inculta adhuc gens, necdumque ipſis* Sinis *ſubjecta degit.*

*Sinæ* in obſervatione montium ſuperſtitioſi.

In Dracone variæ obſervantiæ.

Multa ſanè in hujuſmodi montibus obſervantur, quæ ſi vera ſunt, certè inter Naturæ miracula meritò computari poſſunt. Sunt nonnulli ob immenſam altitudinem perpetua ſerenitate ſtabiles, alii perpetua nebularum ambientium caligine tecti; Sunt quidam, qui ſalutiferis ſolummodò herbis, omni virulentarum plantarum propagine proſcriptâ, triumphant. In Monte *Queyu* lapides tam minuti, quàm grandes ſub quadrata ſeu cubica figura reperiuntur: quod Naturæ miraculum in uno quoque ex *Calabriæ* montibus ſpectatur, de quibus in *Mundo noſtro Subterraneo*, quem conſule. *Paoki* Mons in Provincia *Xenſi* ſub galli gallinacei figura ſpectatur, tempeſtate imminente tanta murmura ſtrepitus, boatuſque edit, ut ad 30. ſtadia exaudiantur; ratio in ſequentibus aperietur: & *Olaus Magnus* in *Hiſtoria ſua Sept.* ſimilia ſonorum monſtra in Botnici maris montibus contingere refert.

Miræ nonnullorum montium proprietates.

In Monte *Queyu* omnes lapides ſub cubica forma ſpectantur.

*Paoki* Mons figuram refert galli, ingentes ſtrepitus edit.

Admiratione dignum eſt, quod de monte *Cio* referunt *Orioſcopi Sinenſes*, eſſe in ejus vertice lapidem quinque perticarum altitudinis, & in Regno *Fokien* alterum, qui quoties tempeſtas imminet, omninò titubet, & hinc indè adinſtar Cypreſſi vento agitatæ moveatur.

Scopulus imminente tempeſtate mobilis.

Quæritur hujus rei ratio? Suppoſita rei veritate; Reſpondeo id contingere ex ventorum intra concava montis viſcera ſævientium flatibus, quibus primò pes lapidis intra concava montis protenſus, impetitur, & uti non ſtrictè cum reliquo ſcopuloſo montis tractu nectitur, ita quoque veluti libratione quadam, ex ſubterraneorum ventorum impulſu facilè in motum agitabitur. Quod verò tantum ingruente tempeſtate moveatur, cauſa eſt, quod uti ventorum flatus ingentem ex ſubterraneis montium ſpecubus vaporum halituumque copiam arguunt, ita quoque ii per poros, rimas, fiſſuraſque montium tandem erumpentes, mox ubi frigidiorem auram nacti fuerint, in copioſos imbres reſoluti dictas tempeſtates efficiant, qui vapores ſi ſulphuris admixtam habuerint materiam, etiam tonitribus, fulmine & fulgore ſæviunt. Obſervantur & in *Europa* hujuſmodi Naturæ ludibria, de quibus vide pluribus

Cauſa exponitur.

Cauſa tempeſtatum.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

pluribus actum in *Mundo noſtro Subterrane*, & in *Itineraio Hetruſco*.

Mons perpetuò rigidus ejuſque rei cauſa.

Eſt & alius mons perpetuo rigens frigore, cujus rei cauſam ego conjecturo eſſe nitroſos ſpiritus, quos mons undique unà cum hydrophylaciorum ibidem conditorum vaporibus expirat; hi verò uti naturâ ſuâ frigidiſſimi ſunt, ita quoque frigus tum in aqua, tum in ambiente intendunt; accedit, quod mons hujuſmodi ab omni pyrophylacio remontiſſimus ſit; quod non fit iis montibus *Chinæ*, è quorum verticibus flammarum globuli perpetuò evomi ſpectantur; hi enim procul dubio aut pyrophylacium, aut ejus veluti cuniculos quoſdam ſubditos habent, uti in *Mundo Subterraneo* oſtenſum fuit. Sunt præterea montes nonnulli, qui exoticarum plantarum radicum, fructuum, lignorum, terrarum lapidumque alibi non viſorum proventu ſingulari Naturæ privilegio gaudent, de quibus in ſequentibus. Sed proſequamur jam montes ſingulari aliqua & myſterioſa figura præditos.

Montes flammivomi.




Eſt in provincia *Kiamſi* mons in duos vertices divaricatur, quorum ſuperior Draconem exprimens, in inferiorem, quam Tigridem dicunt, veluti impetu quodam ſe præcipitare videtur, undè à Dracone & Tigride nomen habet; Quam ob rem Sacrificuli multas ex ſimilibus, ridiculas divinationis leges condunt. Vide Figuram.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Ddd

Eſt & alius Mons, qui ſeptem apicibus ſuis Urſæ Majoris figuram, id eſt, Stellarum in Urſa Majori diſpoſitionem exprimit; quod ita intelligendum cenſeo, uti verticum apices, quo unus alterum magis ac minus eminet, eo ordine conſtitutos cenſeamus, ut ex certo & determinato loco ſeptem Urſæ Majoris Stellarum ſchema ſpectari videatur, ut in Figura apparet.

Admirationem omnem ſuperat Mons in Idolum efformatus juxta civitatem *Tunchuen* Provinciæ *Fokien*, de quo ita ſcribit P. Martinius in ſuo Atlante fol. 69. *Primus hujus Provinciæ Mons admiratione dignus eſt in ripa* Feu *fluminis; Nam ex Monte Idolum non monſtruoſum, ut ita dicam, ſed & montoſum efformarunt.* Fe *vocant, decuſſatus ſedet pedibus, manus ſibi invicem ſuperimpoſitas in ſinu complicat; ejus magnitudinem vel inde collige, quod oculi, aures, nares ac os, ad duo & plura noſtratia conſpiciantur milliaria: Undè minimè mirum noſtris antiquariis videri debet, quod olim Dinoſtratus celeberrimus ille Architectus, uti refert* Vitruvius, *pollicitus ſit, Magno illi Alexandro ſtatuam ex monte* Atho, *quæ una manu urbem maximam, altera fluvium contineret aut lacum, cujus aquarum copia abundè ad incolarum uſus ſufficeret, cum hujus Idoli vel caput ſolum ad utrumque ſufficiat* Hæc P. Martinius. Utrum verò Mons ille Artificis manu exſculptus, an Naturæ induſtria ita effigiatus ſit, meritò quiſpiam dubitare poſſet. Ego ſanè nullum non lapidem movi, ut id ex Patribus no-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




ſtris intelligerem, qui omnes aſſeruerunt, nil horum ſeſe in *Sinenſium hiſtoria* reperiſſe, cum tamen tantum opus, quod ſeptem Mundi miræcula multis, ut ajunt, paraſangis ſuperaret, non debebant ſilentio ſuppreſſiſſe, cum multas alias nullius ferè momenti res tam diligenter & exactè in *Geologia ſua* deſcripſerunt. Unde ego judico, montem hunc non arte factum opus, ſed ſcopulis & variis eminentiis ita conſtitutum eſſe, ut remotè & eminùs eum aſpicientibus Idolum *Fe* repræſentare videatur; quemadmodum & in multis *Europæ* Provinciis montium figuræ nunc in hanc, modò in illam figuram transfiguratæ comparent; Et *Panormitanæ* Urbis mons in *Sicilia* id luculenter docet, in cujus medio ſcopuli numiſmatis veteris unà cum Cæſaris figura ectypon tam pulchrè exhibent, ut in ſaxo periti Artificis manu inſculptum quis jurare poſſet. Rurſus, ad *Meſſanæ* portum ambulantibus *Scyllæum* promontorium 12 millibus paſſuum inde diſſitum ſub humani capitis figura ſe conſpiciendum præbet, quod nonſemel, cum ibidem degerem, admiratus ſum. Innumera hoc loco ſimilia adducere poſſem, ſi eorum paſſim in Operibus meis mentionem non feciſſem; eſt enim phantaſia noſtra adeò lubrica, ut facilè ſibi rem fingat formetque, quæ tamen non eſt, undè montem Sinicum quoque non tam artis quàm imaginatricis facultatis ludibrium eſſe, cenſere debemus, atque


adeo

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

adeò innumera paſſim itinerantibus hujuſmodi formarum phantaſtica ſpectacula in montium aſpectu occurrere ſoleant; Niſi forſan dicere velimus non totum ſupradictum montem, ſed unam aliquam rupem ejus in memorati Idoli figuram ab inſigni artifice transformatam fuiſſe, cui minimè contradixerim, cum Coloſſæarum ſtatuarum capita, brachia, pedes cæteraque membra ingentis molis, id haud ἀδύνατον eſſe *Romæ* in Capitolio adhuc reliqua fragmenta luculenter doceant. Tradit *Olaus Magnus* in *Septentrionali ſua hiſtoria* ad *Norvegiæ* littora in medio maris ſcopulum immenſum ſpectari, qui Monachi formam habitumque à longe eum conſpicientibus referat.

Mons tempeſtates excitans ſi in eo tympana pulſentur.

In monte *Taipe* Provinciæ *Xenſi* ab *Oreoſcopis* ſummè celebrato fertur, pulſata in eo tympana, fulgura & fulmina ingentes excitare tempeſtates; undè cautum eſt quàm ſeveriſſimè, nec ulli omninò licitum eſt, ibi tympanis pulſandis admovere manum; quæ res ſi à Naturæ principiis dependet, effectus ejus cauſa à diſpoſitione montis inveſtiganda eſt, quam cum Author non deſcribat, ita quoque meum interponere judicium non fuit viſum, quamvis etiam ſubindè hujuſmodi effectus ex pacto explicito, quod Magus quiſpiam ad hujus loci immunitatem cum Satana iniit, dependeat, & non paucæ hujus ſuppetant hiſtoriæ de montibus Dæmonum illuſionibus infeſtis.

Mons ſuperſtitioſus.

Referunt & *Oreologi* montem eſſe in Provincia *Uquang*, qui juris ſui adeo tenax eſt, ut ſi quiſpiam ex ejus ſive lignis, ſive fructibus aliiſque ſimilibus furtivè abſtulerit, indè nunquam ſeſe, veluti labyrintho quodam perpetuo incluſus expedire queat; qui verò religioſè ab hujuſmodi criminibus abſtinuerit, eum nullo negotio exitum quantocyùs reperire. Sed hoc *Bonziorum* fabulis & ſuperſtitioſis vetularum enarratiunculis relinquamus.

Montes *Æolii*, ſeu ventorum flatibus turgentes.

Reperiuntur & montes *Æolii* in *China* non ſecus ac in *Europa*; Nam in Provincia *Huquang* mons eſt *Fang* dictus, cujus eam naturam eſſe *Atlas* refert, ut Vere & Autumno nullus in eo omninò ventus percipiatur, Æſtate verò è cavernis ventum aſſiduò emittat, Hyberno verò tempore ventus contrario modo non extra, ſed ab extra intus attractus impellatur, quæ omnia multis in *Europa* montibus communia ſunt, uti in *Italia* de Monte *Æolio Cæſiorum* & *Alverniæ* Divi Franciſci ſtigmatis ſacro Monte, in *Itinerario Hetruſco* docuimus, ubi veras quoque & legitimas horum effectuum cauſas detectas videat Lector.

Caſus inſularum prodigioſus, & cauſa.

Lacus *Peli* dictus in provincia *Huquang* olim in 99 Inſulas diſcretus fertur, hodiè una tantum ſub eodem ſpatio, quod haud dubiè accidiſſe putem, quod aqua paulatim deficiente reliquarum inſularum intermedia partim herbis radicibuſque, partim arena, limo, viminibuſque oppleta tandem ſucceſſu temporis in unam coaluerint. Vide quæ de hiſce fuſius egimus in *Itinerario noſtro Hetruſco, Cap. de Inſulis natantibus*.

# CAPUT V.

## *De Lacuum, Fluminum, Fontium admirandis.*

Lacus ferrum in cuprum vertens.

LAcus *Sinenſium* non minoribus quàm montes proprietatibus à natura dotati comperiuntur. Eſt in provincia *Fokien* Lacus, qui ferrum in cuprum vertit, totus viridi colore imbutus, cujus quidem rei ratio alia non eſt, niſi quod aqua tota vitrioli conſtet corpuſculis; & color viridis ejus manifeſtum indicium eſt, cujuſmodi in *Europæ* quoque nulli non occurrunt, in iis potiſſimum

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

tiſſimum locis, ubi copioſum è montibus cuprum extrahitur. Vide *Mundum Subterraneum Lib.* 10. *de Fodinis Cupri.*

Prodigioſus campanæ ſonitus in palatio ad lacum *Chung* ſito.

Alter Lacus *Chung* dictus in Provincia *Fokien*, majorem habet admirationem; ferunt enim ad ripam ejus palatium extructum eſſe in decem aulas diſpertitum, in quo quoties pluvia aut tempeſtas imminet, toties ſonus veluti campanæ exaudiatur.

Quæritur hujus rei ratio? Reſpondeo, Suppoſito ſemper id verum eſſe, hunc ſonum aliundè non provenire, niſi ex ſubterranea crypta, ſupra quam palatium extructum eſt; Lacus enim aquæ vaporibus halitibuſque ſubterraneis tumefactæ, uti perabditos terræ meandros intra dictum antrum violentius impelluntur, ita quoque ex varia incluſi aëris agitatione & tinnulæ rupis proprietate ſonum æris campani ſimillimum edere neceſſe eſt; Vapores verò ex commotione lacus altiùs in aërem aſſurgentes, facile in imbres & tempeſtates reſolvuntur; Sonus itaque temſtatem ut præcedat, neceſſe eſt.

Rivus Autumno cæruleo tinctus colore, reliquis menſibus limpidus viſitur.

In monte *Talao* Provinciæ *Quantung* rivus eſſe dicitur, qui toto anno limpidiſſimus eſt, præter autumnale tempus, quo cæruleas aquas vehit tinctrices etiam pannorum; Cujus ſi cauſam quæras; Dico eſſe cryptam ibidem propè abſconditam, vitriolo Cyprio refertam, id eſt cæruleo, quâ aqua intra ſuum lebetem tingitur: Accidit autem poſt imbres & pluvias hanc cryptam confluxu aquarum tum primùm repleri; exundans itaque ſe huic rivo miſcet, unde cæruleus apparet, detumeſcente verò aquarum tumore intra cryptam, rivus ab hac miſcella liber, limpidus more ſolito ſpectatur. Vide *Mundi Subterranei Librum V. de Prodigioſis Fluminum effectibus.* Quoniam verò in *China* complures fontes æſtum maris ſubeuntes reperiuntur, Lector *citatum librum* adeat, ubi omnium cauſas expoſitas comperiet.

Lacus, cui ſi quidpiam injectum fuerit, tempeſtates ciet.

Eſt propè *Sining* mons *Tenlu* dictus Provinciæ *Quantung*, cavernoſus atque aſpectu horridus, in eo teſte *P. Martino* ſtagnum eſſe ferebant, cui ſi ex alto lapis injiciatur, ſtatim boatus atque ſtrepitus audiatur tonitrui inſtar, ac mox cœlo turbido imbres copioſi fundantur; hujus naturæ lacus cum non in Pyrenæis duntaxat, ſed & Rheticis Alpibus reperiantur in *Europa*, cauſas *citato libro* detectas vide: Cavernæ enim multiplici injecti lapidis reflexione ſonum vehementem efficiunt, fundus verò lacus poroſus à lapide deterſo limo poris apertis exitum præbent vaporibus, quibus qua data porta ruentibus, aërem implent, & reſoluti in imbres decidunt.

In *Junnam* Provincia viſitur lacus ille Geographorum mentione celeberrimus, & paſſim in Mappis depictus, *Chin* dicitur, de quo referunt *Sinarum hiſtoriæ*, ex ingentis Urbis terræ motu abſorptæ ruina, ob nefanda incolarum ſcelera, lacum ſucceſſiſſe, neminemque præter puerum ligno evectum evaſiſſe; Vocatur & hic lacus mare ſtellatum, ob herbas ut equidem puto aquaticas, quarum folia in ſuperficie lacus ſub ſtellarum figura expanſæ cernuntur, uti in noſtris lacubus, نوفر *Nuphaz*, ſeu Nymphæa, aut quas ſtratiotas vocant, herbæ præſtant. Cujus Lacus Figuram ſequenti pagina exhibemus.

CAPUT

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




# CAPUT VI.

## *De Exoticis* Chinæ *Plantis.*

UTi *Sinarum* Imperium ex continuato terrarum tractu cum *India*, maribus torridæ Zonæ ſubjectis, exoticas rerum proprietates participat, ita quoque peregrina plantarum genera, miris facultatibus prædita non poteſt non producere. Sed jam nonnullas recenſeamus. Quarum prima eſt

Roſa bis ſingulis diebus colorem mutans.

I. Roſa Sinica arboribus innata, quæ diebus ſingulis bis colorem mutat, purpureaque modò tota, modò rurſus omninò candida evadit, omnis tamen odoris expers. Cujus ſi cauſam quæras, ego quantum conjecturare auſim, aliam eſſe non reperio, niſi temperamentum floris ejuſque nutrimentum, atque aliam aliamque ambientis conſtitutionem; Cum itaque Roſa humidum temperamentum ſortitia ſit, hinc fit, ut noctu in naturali ſuo ſtatu candeſcat, interdiu verò planta ardentiſſimo Solis æſtu perculſa ſubtiliſſimi ſalis armoniaci ſpiritum in extremas floris partes ſuſcitet, cujus vapore & halitu tincta protinus purpuraſcit; verùm prævalente Solis calore ſpiritu

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſpirituque paulatim exhalante, planta ad priſtini ſplendoris candorem reduci neſcia, donec novo attracto dicti ſalis ſpiritu, denuò purpureo imbuatur colore, & tandem deficiente calore Solis, uti ſpiritus non elicitur amplius, ita quoque candori ſuo reſtituitur; Cujus quidem rei experimentum ſi quiſpiam facere deſiderat, is accipiat violam aut roſam, quam Damaſcenam vocant, eamque ſale ammoniaco ſuffumiget, & cum admiratione videbit, roſam candidam in purpuream tranſmutari, & tandem in flavam & candidam: contrà ſulphure ut viola & roſa rubea ſuffumigata, in candidum colorem tranſmutantur; quod experimentum uti ſæpiùs à nobis exhibitum fuit, ita quoque cauſam detexit hujus, quam ſcribimus, roſæ Sinicæ χρωματομέρφωσιν. Neque in *China* ſolum hujuſmodi Naturæ prodigia reperiri putes; habet hîc *Romæ* nobilis Botanicus Franciſcus Corvinus in ſuo horto, omni quæ deſiderari poſſunt, plantarum genere inſtructiſſimo plantam, quam violam nocturnam vocat, qui diverſos pro Solis aſcenſu aut deſcenſu colores ad ſenſum mutat, & quæ interdiu nullo odore pollet, illa noctù nobiliſſimum gratiſſimumque odorem exſpirat; de quibus vide fuſiùs actum in *noſtra Philoſophia lib.* XII. *Mundi Subterranei* inſerta.

Experimentum.

Herba ἀνεμοδείκτος ventos & tempeſtates demonſtrans.

II. Naſcitur & in provincia *Quantung* planta, quam *Chiſung* dicunt, quod idem eſt, ac herba ventum demonſtrans; ſiquidem Nautæ, uti *P. Martinius* refert, ex illa quo menſe, quot toto anno futuræ ſint tempeſtates, colligere ſe poſſe autumant, idque ex geniculis ipſius, quò enim nodi pauciores ſunt, eò tempeſtates eo anno futuræ ſint pauciores, atque adeò ut ex multitudine geniculorum paucitas aut copia ventorum tempeſtatumque innoteſcat; uti ex diſtantia nodorum à radice, quo menſe accidere debeant. Verùm uti hæc nullo Naturæ fundamento nituntur, ita quoque phantaſticis Nautarum ludibriis adſcripta relinquamus. Quomodò enim futuræ & nondum exiſtentes tempeſtates in hac planta influxum imprimere queant, multò minus quomodò ex paucitate aut copia internodiorum hujus plantæ paucitas aut multitudo tempeſtatum futurarum colligi poſſit, nemo Philoſophorum concipiet? Cum nulla inter hujuſmodi agentia naturalia dependentia ſit, illaque tota fortuita ſit, tum in planta, tum in tempeſtatibus, quæ dum ex alia & alia ventorum conſtitutione vaporumque ſubterraneorum halitu dependent, certè illis nec ullum tempus, nec menſis dieſve præſcribi poteſt, cum vix in Oceano plaga occurrat, quæ repentinis tempeſtatibus non ſit obnoxia.

Objectio.

Sed dicent forſan, quemadmodum ex nonnullis animalibus piſcibuſque futuræ aëris mariſque tempeſtates prædici poſſunt, ita quoque ex hujus herbæ conſtitutione. Dico, aliud dici poſſe de materia jam ad tempeſtates diſpoſita, quam animalia nonnulla inſtinctu naturali præſentiunt, aliud de tempeſtatibus totius anni decurſu futuris, uti de herba *Chiſung* ſibi imaginantur ſuperſtitioſi Nautæ, cum in planta hac nulla diſpoſitio prævia, nullum tempeſtatum toto anno exoriturarum indicium concipi poſſit; unde hæc inter fabulas ſolitas recenſenda ſunt. Si verò Sinenſes Phytologi dixiſſent, plantam eſſe, quæ illuc undè ventus ſpirat, continuò ſe vertat, ventumque actu ſpirantem ſympathico ſuo motu demonſtret, illius forſan haud difficulter rationem aſſignare poſſemus, quemadmodum de piſce marino aligero quem *hirundinem* vocant, in *Arte Magnetica* docuimus, & in hunc uſque diem Muſæum noſtrum viſitantibus ſimilis Naturæ prodigium jam ab annis quindecim exhibemus.

Arbor farinacea.

III. Naſcitur in provincia *Quamſi* arbor, quam *Quanlang* vocant, quæ loco medullæ pulpam obtinet molliſſimam farinæ ſimillimam, unde & arbor farinacea vocatur; hanc farinaceam pulpam exemptam indigenæ in uſum panum conficiendorum convertunt; dicitur enim farina

Z ſaporis

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſaporis haud ingrati & ad omnes eſculentorum uſus peridonea; harum arborum mentionem quoque facit Paulus Marcus Venetus l. 3. c. 19. *Sunt in Regione* Fanfur *arbores quædam craſſæ, quæ habent delicatum corticem, ſub quo invenitur farina quædam optima, ex qua delicata præparant cibaria, quæ aliquoties non ſine voluptate comedi.* De quo quod dicam, non habeo, cum Naturæ benignitas nunquam ad hominum neceſſitati ſuccurrendum in operibus ſuis deficiat, adeóque nobis non tam hujuſmodi cauſas explorare, quâm paternam Divinæ providentiæ dipoſitionem in omnibus admirari liceat.

*M. Paul. Venetus.*

IV. Dicitur Lacus ad urbem *Vuting* in provincia *Hunnam* eſſe *Hocintao* dictus, id eſt, *generans aves*, undique arboribus pulchrè ſeptus; quarundum harum arborum hanc proprietatem eſſe ajunt, ut folia in eum prolapſa continuò, in nigras mutentur aviculas, tanta cum admiratione ac ſtupore accolarum, ut ſpiritus eſſe credant; ita ex *Sinica Geologia* P. *Martinus*. Quæritur hujus rei cauſa; Certè idem in *Scotia* contingere non ſolum in foliis arborum, ſed & conchis, rupibus & carinis navium, undè anates naſcuntur, indubitatâ experientiâ nobis jam dudum innotuit, & nos in *Arte Magnetica*, quemadmodum & in XII. *Libro Mundi Subterranei* ampliſſimè de hujuſmodi nittogeneſia philoſophati ſumus. Quod itaque in anatibus contingit, id in aliis ſimilibus aviculis aquaticis contingere poſſe veriſimile eſt: Neminem tamen exiſtimare velim, hujuſmodi aviculas ex ipſa arboris foliorumque ſubſtantia, uti neque illas, quæ in *Scotia* proveniunt, naſci, ſed vel ex ſeminio ovorum ruptoeum, quorum in dictis arboribus magnam copiam nidulantes excludunt, vel ex ſeminio quoque aliarum volucrum; hanc ſtupendam ὀρνιθογένεσιν prodire conſultiùs exiſtima verim, cum naturæ principiis repugnare videatur, inferioris naturæ gradum, cujuſmodi ſunt vegetabilia, altioris quoad gradum animal, ſine proprio aut alterius animalis ſeminio producere, uti in XII. *Libro Mundi Subterranei* copioſo experimentorum apparatu oſtendimus.

Folia arborum in aquis in hirundines animantur.

V. *Atlas Sinicus* herbæ meminit in provincia *Huquang puſu* dictæ, quam mille annorum durare immortalemque eſſe fingunt; hujus enim uſu homines credunt ſenio confectos rejuveneſcere, non alia de cauſa, quàm quod aqua macerata ac epota canos alboſque crines in nigros convertat. Sed quis neſcit hoc variis liquoribus & ſuccis præſtari poſſe? Ut verò aut Sinica illa herba, aut aliis ſuccis homo ad incorruptibilem ſtatum perducatur, uti ſuperſtitioſi *Sinæ* ſibi imaginantur, id credere non tam prudentis animi quam ſtolidi & amentis philoſophaſtri eſſe, prorſus mihi perſuadeo.

VI. Reperitur & alterius herbæ radix *Ginſeng* dicta in provincia *Leautung* totâ *China* celeberrima & ſummè pretioſa, cujus uſu *Sinæ* homines veluti immortalitatem conſequi perperam ſibi perſuadent. Verùm ne quicquam ſine authoritate aſſeruiſſe videamur, audiamus Patris Martinii verba, quibus eam *folio* 35, *Atlantis* ſui hoc pacto deſcribit: Jungſeng *urbs recta in Ortum ab urbe Regia* Peking *protenditur, tota regio montibus collibuſque extuberat, quia tamen adjacet ſinui maris* Cang, *nihil eorum, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt, magnopere in ea deſideratur. Magna piſcium copia eſt, nobiliſſimæque racicis totâ* Sinâ *celebratiſſimæ* Ginſeng, Japonibus Niſi; *nomen Sinicum illi à figura, divaricatis quippè cruribus hominis formam refert* (Gin *porrò hominem ſignificat*) Mandragoram *noſtratem credas, niſi quod ea multò minor ſit, quin illius tamen ſpecies ſit aliqua, nullus dubito, quippè quæ & formam & vim habeat; folia ejus mihi hactenùs videre non contigit; ſiccata radix flaveſcit, fibras ſeu capillos, quibus alimentum ſugat, vix aut ne vix quidem habet, nigricantibus venulis tanquam ſubtili atramento ductis circumſperſa eſt; cum manditur dulcedine ingrata eſt nonnulla admiſta amaritie, ſed tenui;*

*Genſen* herba ad vitam perpetuò ſalubrem perducens.

*Ginſeng* radix pretioſiſſima.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*nui; auget plurimum vitales ſpiritus, tametſi unciæ vix duodecima pars doſis ſit, ſumptum illius pondus paulò amplius debilium vires reſtauret, ſuavem corporis calorem excitat, Balneo Mariæ, ut vocant, coctâ adhibetur, atque fragrantem adinſtar aromatum exhalat odorem, fortioris calidioriſque naturæ qui ſunt, ejus ſumptione vitæ periculum adire ſolent, nimium auctis exundantibuſque ſpiritibus; debilibus, fatigatis, vel morbo diuturniori, aliave de cauſa exhauſtis ad miraculum prodeſt: moribundis ita vitales quandoque vires reddit, ut ſæpè illis adhuc tempus ſit ſumendis aliis medicamentis ſanitatique recuperandæ. Mira alia de hac radice* Sinenſes *prædicant, triplo argenti pondere appenſo emitur libra.* Ego Gentianam noſtram etſi beneficio climatis nobilioribus dotibus præditam eſſe, exiſtimo, & id folia, ſapor, radix, virtus, ſatis oſtendunt. Certe hanc herbam mirificam vim inſtaurandorum ſpirituum & caloris nativi habere, noſtri ipsâ experientiâ docti aſſeruerunt, non tamen tantum de ea conceptum habent, quem plus æquo creduli, ne dicam ſuperſtitioſi habent de vita per eam perpetuanda, cum (uti vulgatum adagium habet,)

*Contra vim mortis non ſit medicamen in hortis.*

Mirum tamen eſt, homines cæteroquin non exiguo ingenio præditi, de ſimilibus tamen adeò ridiculè philoſophari.



*A. Cia ſive Te Herba.*

Deſcripto herbæ *Chà*, ſive *Te*.

VII. Planta dicitur *Chà*, vel noſtro pronunciandi modo *Cià*, cujus uſus in *Chinæ* clauſtris contineri neſcius, *Europæ* quoque paulatim ſeſe inſinuare



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

nuare attentat. Hæc planta etſi in variis *Chinæ* regionibus, uti & in *Tartaria*, copioſo proventu lucroque naſcatur, in una tamen, quàm in altera Provincia melioris præſtantiorisque notæ eſt, potiſſimùm in Provincia *Kiangnan* in territorio civitatis *Hocicheu*; paſſim notus eſt potus ex ea confectus, qui calidus ſumitur, quo non ſolum univerſum *Chinæ* Imperium, ſed & *India*, *Tartaria*, *Tebeth*, *Morgor*, ac omnes Orientalis Oceani incolæ utuntur, non ſemel in die, ſed quoties ipſis libuerit; virtute ſanè præſtantiſſimâ pollet, quam niſi ſæpius Patrum noſtrorum invitatione didiciſſem, vix ad id credendum induci potuiſſem, cum enim diureticæ facultatis ſit, omnes meatus nephriticos ſeu renum mirificè aperit, caput ab omni vaporum fuligine liberat, adeò ut Viris literatis, nec non magna negotiorum mole diſtentis ad vigilias continuandas nobilius aptiuſque remedium à natura non conceſſum videatur, & quamvis prima vice nonnihil inſipidum amarulentumque ſit, uſu tamen ejuſmodi potus non ſolùm non ſit inamœnus, ſed in tantum gulæ irritamentum exurgit, ut eo aſſuefacti ſemel, vix amplius eo abſtinere queant; Et quamvis *Turcarum Cave*, & *Mexicanorum Cocolata* eundem præſtent effectum, *Cià* tamen, quam nonnulli quoque *Te* vocant, eam multùm ſuperat, tum quia temperatioris naturæ eſt, tum quia *Cocolata* temporibus calidis plus æquo inflammat, *Cave* verò bilem quoque accendat; *Cià* verò ſemper nullo ad tempus reſpectu habito & innoxia eſt, & mirificè proficua, non ut dixi, ſemel ſumpta, ſed centies etiam in die. Verùm cum plantam hujus quàm exactiſſimè Atlas Sinicus deſcribat, ejus verba hîc addam: *Foliculum eſt omninò illi ſimile, quod* Rhus Coriaria, *quam &* Sumach *vocant, profert, imò illius quandam eſſe ſpeciem tantum non mihi perſuadeo, non tamen ſylveſtre illud, ſed cultum eſt, non arbor, ſed virgultum eſt, quod in ramulos varios aut virgulas potius ſeſe diffundit, nec flore admodum differt, niſi quod hujus albedo nonnihil magis in flavedinem declinet: æſtate primum florem emittit levi odore fragantem, ſequitur bacca viridior; mox nigricans: pro potione* Chà *coquenda expetitur folium primum vernum ac mollius, quod ſtudiosè ac ſigillatim unum poſt alterum manu carpunt, mox in ferreo cacabo, tenui ac lento igne aliquantulum calefaciunt, deinde ſupra ſtoream ſubtilem ac lævem manibus propellendo involvunt, atque involutum iterum exponunt igni, ac denuò confricant, donec intortum rurſus & conglomeratum planè ſiccum ſit; quod ſervant in vaſis plerumque ſtanneis ab omni humiditate diligentiſſimè & evaporatione cuſtoditum; hoc cum in ebullientem aquam conjicitur, & jam poſt diuturnam aſſervationem ad priſtinum virorem redit, ſeque expandit, aquam odore ſuavi, ſi optimum eſt, saporeque non ingrato, præſertim ubi adſueveris, ac colore ſubviridi inficit. Multis hujus calidi potus vires ac virtutem deprædicant* Sinæ, *qui eo noctu & interdiu frequentiſſimè utuntur, hoſpiteſque excipiunt: tanta autem ejus varietas ac præſtantiæ diſcrimen eſt, ut libræ pretium apud ipſos* Sinas *ab obolo aſcendat ad duos pluresque aureos. Illi potiſſimum adſcribitur, quod* Sinæ *podagram ac calculum neſciant. Poſt cibos ſumptum omnem indigeſtionem ac cruditatem ſtomachi tollit: maximè enim concoctionem juvat, quin & ab ebriis adhibitum, levamen iis, novaſque ad potitandum omnes moleſtias levat, ſiquidem exſiccat & abſtergit ſuperfluos humores, ac vigilare cupientibus ſomniferos vapores expellit, oppreſſionemque ſomni ſtudiis vacare volentibus arcet. Varia apud* Sinas *habet nomina, juxta varia loca, eamque quam obtinet præſtantiam hujus urbis præclariſſimam* Sunglocha *vacari ſolet.*

Facultates herbæ *Chà* vel *Cià*, aut *Te*.

*Chà* ſive *Cià* aut *Tè*, herba, ejuſque frequens in potu uſus.

Dicitur & herba in provincia *Xenſi*, quam *Quei* vocant, produci, quæ comeſta triſtiâ expulſâ riſum & lætitiam parit; forſan hic ſimile erit quidpiam apioriſus, cui mox ſubſcriberem, ſi venenatam diceret

Herba triſtitiam diſcutiens.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

diceret; verùm cum eam ſalutiferam dicant, eam cardiacis plantis ſimilem effectum præſtantibus facilè adſcripſerim.




Viminis genus mirabile.

Addam hoc loco mirabile viminis genus, quod in montibus Provinciæ *Quantung* creſcere dicit *Atlas*, quod *Sinæ Teng*, *Luſitani rotam* dicunt, funem à naturâ tortum eſſe crederes, in maximam enim longitudinem extenditur, ac veluti funis per terram montoſam ſerpit; ſpinis horridum eſt, foliiſque oblongioribus viret, craſſitie vix digitum æquat, & tamen ſæpe ad integrum ſtadium diffunditur, tantaque hujus per montes copia obviat, ut ſtirpes inter ſe intricatæ, etiam cervis iter impervium reddant, lentiſſimumque vimem fractioni maximè reſiſtit, undè ex eo validiſſimi rudentes funeſque in uſum navium confici ſolent. Eſt quoque in ſubtiliſſima filamenta diſſolutum carbonibus, cratibus, ſedilibus, pulvinaribus, lectis, ſtoreiſque contexendis mirè oportunum, tum ob munditiem, quia nil immundorum animalculorum ſuſtinent, tum ob refrigerium, quod æſtate corporibus calore laxatis præbent. Ego *Clematis* ſpeciem, quam *vitam albam* vocant, eſſe exiſtimem, at peregrino Sole & climate, uti omnia alia degenerem. Vide Figuram B.

Sunt præterea arbores in Provinciis *Junnan* & *Chianſi*, quarum ligna tioſio-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Lignum *Aquilinum* & *Calamba.*

inter pretioſiores merces meritò connumerari poſſunt; eſtque lignum quod *Aquilinum & Calambanum* vocant, vulgò *legna Aquila* & *Calambi*, quæ tametſi unius & ejuſdem ſpeciei arboris ſint, differunt tamen in hoc, quod *Aquilinum* illud vocetur, quod adhuc tenerum & in florida ætate conſtitutum eſt; *Calambà* verò tum dicitur, cum ad maturam, &, ut ita dicam, decrepitam ætatem pervenerit; totum itaque pretium hujus plantæ in odore conſiſtit, quum recens eſt, non adeò fortem ſpargit, uti ætate provecta *Calambà*, cujus odoris fragrantiâ nil ſuavius, eò quod in multis internodiis, cum jam adoleverit, vis oſmetica ſit fortior unitiorque, non item in *Aquila*, ob humiditatis necdum benè compactæ, ac facilè reſolubilis abundantiam. Optimum ſanè hujus plantæ lignum in montibus *Concincinæ*, qui *Moi* dicuntur, nec non in *Junnan* & *Chiamſi* provinciis *Concincinæ* conterminis, natura producit tantâ copiâ, ut unicuique liberum ſit, quantum voluerit indè exciſum ſui juris, cum ingenti lucro facere, paſſimque in portibus pretio non magno venditur, at in *India* centuplo lucro diſtrahitur; præſertum *Brachmanibus*, qui pyra ex illo extructa in magno ſolemnitatis die, quo fœminæ vel ſeipſas ob maritorum amorem incendio conſecrant, aut magnorum meritorum virorum cadavera comburuntur, ſingulari rituum inſolentia utuntur: ſiquidem ſtolidè credunt, Deaſtros ſuos hujuſmodi odoribus vehementer delectari, animabuſque defunctorum in transmigratione propitios fieri. *Calambà* uti eſt majoris pretii ita quoque Regi reſervatur, adeoque natura pretium laboribus ſummis, quibus id obtinetur, recompenſari voluit. Nam in montium rupibus prorſus inacceſſis Natura id provenire voluit, ut omnibus obvium non foret, quod tanta omnium æſtimatione quæritur. Cum nulla ad præcelſarum rupium inacceſſa loca, ubi id invida natura condi voluit, pertingendi ſpes ſit. Accedit tamen, ut ſubindè ſive ventorum impetu, aut imbrium vehementiâ radices arborum evulſæ in infrapoſitas vallium profundiſſimarum ſaxorumve pendentium crepidines concidant, atque hoc pacto plerumque indè ab indigenis eruatur. Sed nec hoc ſummo vitæ diſcrimine vacat: cum enim montium hujuſmodi ſylvæ Elephantibus ferociſſimis, Tygridibus immanibus, Urſis, Rhinocerotibus referti ſint, pretioſum hujuſmodi lignum indè niſi validâ multorum hominum armatorum manu extrahi non poteſt, idque magis noctu, quàm interdiù, accenſis ſiquidem facibus ignibuſque extructis, (quibus nil magis dictæ belluæ timent) eorum incurſus arcent; viſo enim igne aut ſtrepitu exploſi ſclopi ſtatim fugiunt; atque hoc pacto tempus ſufficiens ad lignum quærendum auferendumque relinquunt. In *Japonia* tanti æſtimatur hujuſmodi lignum, ut vel una libra communis ſedecim aut pluribus ſcutis vendatur; & quamvis una hujuſmodi ligni libra etiam in ipſa *Concincina* ut plurimum 16. ſcutorum pretio vendatur; in *Japonia* tamen ligni hujus quantitas, quanta ad culcitram (qua ob odoris tum ſuavitatem, tum ſalubritatem utcunque nobiliores utuntur) conficiendam ſufficit, ſubinde ad ducentorum ſcutorum aut amplius etiam pretium pertingat. Putant nonnulli hujuſmodi lignum noſtratis *Lentiſci*, aut *Terebinthi* ſpeciem eſſe, etſi Solis cœlique benignitate in nobiliorem indolem degenerarit; cujus veritas facilè innoteſcere poſſet, ſi quiſpiam plantulam illinc ſtudiosè abductam in Europæo ſolo plantaret. Sed jam ad medicas herbas progrediamur, inter quas præter eas, quas ſuprà recenſuimus, *Rheubarbarum* quoque eſt, quod uti à paucis hucuſque rectè deſcriptum fuit, ita ab oculatis Noſtris Patribus, jam genuinam ejus deſcriptionem apponemus.

Superſtitio in odore hujus ligni.

Calamba in rupibus montium inacceſſis creſcit.

Sylvæ ferociſſimis belluis refertæ.

Pretium hujus ligni in *Japone.*

Quan-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




*Rhabarbarum ex Flora Sinica. P. Boim.*

Quanquam hoc in univerſa *Sina* naſcatur, in provinciis tamen *Su civen*, *Xenſi*, atque *Socieu* Civitate ad muros *Sinarum* proxima uberius provenit; Illam M. Paulus Venetus *Sociur* appellat, ubi & *Mauri*, qui dum cum *Caravanis* in *Katay*, hoc eſt, *Sinas*, & *Cambale*, hoc eſt *Pequinum* proficiſcuntur, ſubſiſtunt, (quo etiam olim cum illis Benedictus Goex Luſitanus è Societate JESU quærens *Catajum* pervenit) coëunt. Terra in qua gignitur rubra eſt & lutoſa ob fontes & pluvias: folia pro ratione plantæ magis vel minus duobus palmis longa, infernè anguſta, supernè ampla, limbus illorum lanuginem piloſam habet, quæ tamen ubi adoleſcunt & maturantur, marceſcuntque, flaveſcunt & in terram declinant. Truncus ſupra terram uno palmo cum foliis ſupereminet, ex quorum medio ramus ſubtilis onuſtus floribus, violis magnis non abſimilibus exurgit, qui ſuccum expræſſum inſtar lactis cærulei habent, odorem acutum, & quem nares faſtidiant redolentes. Radix ſeu caulis, quem terra recondit, eſt longus uno, duobus & aliquando tribus palmis; illius color æreus ſubobſcurus, ſæpè groſſite humanum brachium adæquat, alias quoque radices tenues circumcirca projicit, quibus reſectis *Rheubarbarum* diviſum in fruſta, carnem interdiu flavi coloris rubeis refertam venis oſtendit, ex qua ſuccus flavus & rubeus aliquantulum viſcoſus diſtillat. Porrò ſi quis ſtatim illa fruſta humida ad ſiccandum

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

dum appenderet, experientia docuit, unctuoſum illum humorem mox evaporare, radicemque leviſſimam remanere, adeòque omnem virtutem deperdere. Ideò periti recentis *Rheubarbari* fruſta primò in oblongis reponunt menſis, & qualibet die tribus aut quatuor vicibus ea revolvunt, ut per hanc induſtriam ſuccus incorporetur fruſtis, & conſtipatus maneat: tum verò quatuor dierum ſpatio concreto humore, tranasctis per fruſta illa funiculis, appenſa vento exponunt, loco tamen umbroſo, nè radiis Solaribus contingantur. Effodiendo *Rheubarbaro* hybernum tempus eſt optimum, antequam viridia folia incipiant pullulare: quod ſcilicet eo tempore, circa menſis Maji initium ſuccus & virtus unita & collecta ſit; Quod ſi verò *Rheubarbari* radix effodiatur æſtate, aut illo tempore quo viridia folia producit, uti necdum hoc tempore matúruit, flavoque illo ſucco & rubeis venis caret, poroſaque ac leviſſima eſt, ita ad perfectionem *Rheubarbari* hyeme effoſſi, minimè pertingit: Currus humidis adhuc *Rheubarbari* caulibus onuſtus, uno ſcuto & medio venit, ſiccatum verò tantum pondere ſuo decreſſit, ut ex ſeptem libris recentis, ſicci vix una vel altera libra obtineatur. Recens ac viride amariſſimum eſt & guſtui maximè contrarium. Sinicè vocatur *Tayhuam*, quod ſignificat *ſumme flavum*. Quamvis illa de *Reubarbaro* ſatis; hæc tamen ex relatione Doctiſſimi Viri *Jacobi Golii* adjicere nobis viſum fuit.




*Hæc*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Hæc* Rhabarbari *deſcriptio atque appoſita Figura, quæ & in* Matthioli ad Dioſcoridem commentariis, *aliorumque ſcriptis expreſſa exſtant, primum à Joanne Baptiſta Ramnuſio prodita fuere in illa, uti inſcribit, declaratione, quam Marci Pauli Veneti Itinerario, à ſe Italicè edito, præmiſit; ubi eandem* Rhabarbari *hiſtoriam cum ipſius effigie mercatori cuidam Perſæ, ingenioſo, ut inquit, viro, in provincia* Chilan *nato, nomine* Chaggi Memet, *acceptam refert. Utique venerat circa A. C.* 1550. *mercator ille Venetias, magna ſecum* Rhabarbari *copia advecta, & per interpretem narraverat Ramnuſio, aliiſque ſimul amicis, aditam ſibi viſamque fuiſſe provinciæ* Tanguth *civitatem* Succuir, *in cujus ditione copioſus eſſet præſtantiſſimi* Rhabarbari *proventus, de eo diſſerens eadem penè omnia, quæ ſuperius ſunt expoſita; feceratque picturæ copiam, quam ex regione illa ſe attuliſſe dicebat. Ita ut mercatoris hujus fide, qui, ut veriſimile eſt, mercis ſuæ ſtuduit diſtractioni, rem totam niti ſatis eſſe manifeſtum videatur. Attamen ad plantæ formam quod attinet, prorſus aliam pro vera agnovit Vir talium ſtudioſus, & ſpectator accuratus P. Martinius, Atlantis Sinici auctor. Qui cum A. C.* 1654. *circa menſis Junii medium, Amſtelædamo Antverpiam tendens, fortè Lugdunum Batavorum tranſiret, nobiliſque & magnifici viri D. Juſti Nobelarii cultiſſimum in ſuburbano hortum luſtrare cuperet, ex ipſo ingreſſu vel eminus conſpiciens Hippolapathi genus quoddam, foliis quidem amplis & rotundis, virentibus ex obſcuro, floribus verò in altum elatis, comoſis & albicantibus; verum illud eſſe & genuinum* Rhabarbarum, *non interrogatus, ultro pronunciavit. Quapropter tam præclari probatique viri teſtimonio impulſus ipſe* P. Kircherus *annuit voluitque, ut ejuſdem quoque plantæ effigies, quæ tunc haud multo poſt tempore delineata fuit, hoc loco exhiberetur.*

Craſſities & altitudo arborum.

Cur verò in dictis Regionibus, præſertim in provincia *Chechiang* juxta urbem *Sungiang*, pinus ſpectentur tam inſolitæ craſſitiei, ut octo hominum amplexum non detrectent, imò quæ intra trunci corticem ad 38. homines contineant, uti *P. Philippus Marinus* de nonnullis arboribus quoque in *Tunchino* recenſet, uti & de arundinibus tantæ craſſitiei, ut quot internodia ſint, tot ex iis vaſa, quæ *Barilia* vocamus, conficiantur; mirum cuipiam videri poſſet. Ego cauſam primò rejicio in ſoli bonitatem, quæ uti humiditate perpetuò ex abditorum fontium venis abundat, ita quoque vehementi calore Solis humiditas attracta quaquaverſus ſe in longum, latum, profundumque dilatata, in tantam arborum molem extenditur: cujuſmodi quoque olim in *Ætna* me vidiſſe memini, illo in loco, qui *tre Caſtagne* ab exotica & incredibili trium caſtanearum, quæ ibi ſpectantur, magnitudine dicitur. Et quod forſan παράδοξον videri poſſit, oſtendit mihi viæ dux unius caſtaneæ corticem tantæ amplitudinis, ut intra eam integer pecorum grex à paſtoribus tanquam in caula commodiſſima noctu concluderetur.

Cortex arboris ingens in monte *Ætna*.

Sunt præterea in *China*, utpote quæ multum à Zona torrida participat, arbores fructuſque, toto, ut ajunt, cœlo ab *Europæis* differentes, tametſi *Europæis* ferè omnibus, præſertim in Septentrionalibus provinciis, abundet, uti ſuprà diximus; atque inter cætera illa arbor eſt, quæ ob pungentium ſpinarum multitudinem à *Sinis Po-lo-nie* appellatur, quæ quamvis ampliſſimis foliis oneretur, neque fructum tamen, neque florem in iis fert ullum, ſed in trunco producit cum tempore fructum tuberoſum tantæ vaſtitatis, ut ſingulis portandis ſinguli homines ſint neceſſarii, cucurbitam diceres noſtris maximus majorem; Cortex ejus ſpinoſus, melleos fructus corticis concavitati ſub pulpa alba adnatos monſtrat, nucleus toſtam caſtaneam ſapit, fructus plures in uno fructu, velut in burſa quadam reconditos habet, & quemadmodum *P. Michael Boim* in *ſua Flora Sinica* docet, tantæ granditatis, ut vel unicus fructus decem aut



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

viginti hominibus ad comedendum ſufficiat; undè non incongruè ſaccum melleis fructibus confertum *Sinæ* nominant, Melopepones noſtros dicitur ſapore antecellere; in quo natura ſuam oſtendiſte ſagacitatem videtur, quod cum rami tantæ moli ferendo non eſſent, illos ex ſolidiori trunci ſubſtantia, eduxerit.




Similis huic arbor eſt, quam *Papaya Indi*, *Sinæ Fan-yay-xu* vocant, arbor ſine ramis, unà cum floribus tuberoſus fructus ex trunci cortice ſupernè infernéque erumpat, Melopepone noſtrate major, pulpa interior ſubrubri coloris eſt, ad liquorem declinans, ita ut cochleari excipi poſſit, dulciſſimi ſaporis, atque toto anno haud ſecus ac apud nos in pomis aureis citriniſque, & flores & fructus immaturi maturique reperiantur. Vide Fig. E.

Eſt

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Eſt & in *Hainam* Inſula Sinica, provinciiſque *Quamſi*, *Fokien*, & *Quantung* arbor, ſeu potiùs arbuſtum, quod ſemeſtri ſpatio ex ſex vel ſeptem foliorum medio ramum, multiplici fructuum, dulciſſimorum ficuum adinſtar fœturâ onuſtum, ſine ullis foliis producit; folia hujus plantæ in tantam amplitudinem dilatantur, ut homo commodè ſeſe iis involvere queat. Ego ſanè omnibus examinatis hujus plantæ fructuſque circumſtantiis, nullam aliam eſſe cenſeo, quàm quæ ab *Arabibus* موز *Mauz*, à Latinis *Muſa* dicitur; cujuſmodi plantam olim *Rhegii* in *Calabriæ* urbe, *Mamertino* freto adjacente, vidiſſe, ejuſque fructum deguſtaſſe memini; folia habet ampliſſima ſine ullo ramo, figuram quoque & ſaporem ficûs habent, undè nonnulli *Ficus Paradiſi* nominant; Protoplaſtoſq; poſt innocentiam perditam iſtiuſmodi ſe foliis veſtiſſe nonnulli conjiciunt. Hujus autem plantæ Figuram verſa pagina repræſentamus.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©



*Ficus Indica, Arbor Paradiſi* Nnn

Naſcitur & in *China* arbor *Kâgiu* dicta, bis in anno fructus producens, quæ inverſâ ratione ſemina non intus, ſed in capite exterius portat; Inter cæteros tamen præſtat fructus, quem *Americi* & *Orientalis Indiæ* populi, quibus communis eſt, *Ananas*, *Sinæ* verò *Fam polo nie* vocant, & ingenti copiâ in provinciis *Quantung*, *Chiamſi* & *Fokien* provenit, & putatur primum ex *America Peruviana* in *Chinam* allatus; arbor tamen in qua creſcit, non eſt frutex, ſed herba adinſtar cardui, quam *Cartciofoli*, vocant, pullulaſcit, ut proindè in Europæo climate conſita in carduum domeſticum degeneraturam plane mihi perſuadeam, in cujus folio fructus naſcitur, cauli ſua inſiſtens, ut in Figura patet, tanti & tam exquiſiti ſaporis, ut inter nobiliſſimos *Indiæ* ac *Chinæ* fructus primum facilè locum obtineat; vide Fig. G. in qua planta hoc admiratione dignum occurrit, quod non ſemina ſolùm in terram projecta, ſed & ſurculi, quin & folia ipſa terræ implantata novas ſimileſque plantas fructuſque producant, quod & multis aliis plantis accidit, adeò ut ſpermatica vis omnibus hujus plantæ partibus inſita ſit; de qua admiranda ſanè Naturæ facultate vide, quæ de ſeminis rerum fuſè ſcripſimus *Libro* XII. *Mundi Subterranei*; Faciunt enim hujuſmodi plantarum ſemina plurimum, ad novam quam ibi condidimus phytoſophiam comprobandam.

De

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




*Manga fructus.*

De *Manga*, *Lici*, *Quei*, notiſſimis *Indiæ* & *Chinæ* fructibus non eſt quod dicam, cum apud alios paſſim deſcribatur; Modus quo *Manga Citrio pomo* inſeritur, oppidò ab *Europæorum* arte diverſus eſt: Nam neque per arboris inciſionem fit, neque per transfoliationem; ſed ramum *Mangæ Citrii pomi* ramo ſolummodò alligant & luto opplent, & hoc præſtito, cum tempore deſideratum conjugium paranympha arte ineunt, & præſtantiſſimos *Mango-citrios* fructus producunt.

Arbor ſævum producens.

Narrat *Atlas Sinicus*, in provincia *Che Kiang* arborem naſci, cujus fructus pinguedinem adinſtar ſebi producit, tantâ copiâ, ut ex illa collecta candidiſſimæ candelæ, quæ manus non inficiant, quacunque tandem ratione tractentur, neque extinctæ fœtorem exhalent ullum. Arbor ſat magna eſt, pyros noſtrates & foliis & formâ exprimens; flore candido niteſcit ceraſi inſtar, cui fructum quoque haud abſimilem parit, quem jam maturum diſrupto cortice aquâ calidâ macerant, & liquefactam pulpam mox ubi frigidâ irrigarint, in mucilaginem denſatur, ſævo prorſus ſimilem; quin & ex nucleo oleum quoddam omnibus domeſticis, uti apud nos oleum olivarum, uſibus commodiſſimum, eliciunt; hyberno verò tempore arboris folia cupræa rubedine fulgent, quæ tandem in terram delapſa, ovibus & vaccis cibum, ex quo mirificè pingueſcunt, præbent. Non dicam hîc de floribus

 Manga,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




*Manga*, *Mentan*, *Quei* ſimilibuſque, cùm ii ab aliis amplè deſcripti ſint. Atque hæc de plantis Sinicis ſufficiant. Addimus hic arborem piperis & innominatæ arboris Figuram, cujus fructus non niſi circa radicem protuberant, quorum ſapor *Europæis* ficubus ſimilis eſt. Vide Figuram S.

## CAPUT VII.

### *De Exoticis* Chinæ *Animalibus.*

CUm Naturæ Regnum in quadruplex animalium genus, quadrupedum, volucrium, natatilium & inſectorum diſtinguatur, de ſingulis iis, quæ in *China* rariora & magis exotica reperiuntur, hoc loco agam. Quadrupedia præter ea, quæ in *Europa* inveniuntur, ſunt Elephantes, Tygrides, Urſi, quæ maximè in Provinciis *Junnam* & *Quamſi* ſtabulantur; de quibus cum jam alii quàm copioſiſſimè egerint, hîc ſilebo, ea tantùm, quæ præterquam intra *Chinam*, alibi non ſpectantur, proſecuturus.

1. Inter cætera animalia, quæ in Occiduis *Sinarum* provinciis *Xenſi* & *Chiamſi* occurrunt, eſt Cervus odoratus, ita enim *Sinæ Xechiam* vocant, animal ex quo muſcus. De quo Atlas Sinicus hiſce verbis: *At nè diutius quid Muſchus ſit, quiſpiam hærere poſſit, dicam*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




299

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*dicam ipſe plus vice ſimplici teſtis oculatus. Tuber ſeu exuperantia quædam ad umbilicum animalis eſt, parvum marſupium referens, ſubtili pelliculâ, ac ſubtiliſſimis pilis veſtitâ conſtans. Animal ipſum* Sinæ Xe *vocant, indè* Xehiang, *hoc eſt animalis* Xe *odor ſeu fragrantia, quod Muſchum ſignificat; quadrupes eſt, exili cervulo haud abſimile, pilo paulò magis nigreſcente, cornuum omninò expers eſt, caro occiſi etiam pro cibo adhibetur à* Sinis; *in hac Provincia, pretereáque in* Suchuen, Yunnan *lociſque illic ad Occaſum vicinioribus ingens Muſchi reperitur copia, ut ſuo dicam loco. Tubera illa ſeu marſupia ſi ſincera ſunt, minimèque adulterata, præſtantiſſima ſunt, adeóque vehementis odoris, ut organum ipſum ſicut & Zybethus pura, omniſque lux, aut ſonus æquo vehementior aures, aut oculos, odoratum offendant: at verſipelles Mercatores ex ſanguine, pellibus, aliiſque animalis exuviis Muſcho additis, marſupia quæ pellis animalis ſubminiſtrat, infarciunt, ac tanquam vera & genuina venditant. Sunt qui id miſcent cum ſanguine Draconis, & hoc pacto ex una veſica tres aut quatuor faciunt; fucus tamen non latet peritiores; ſi enim aduſtum evaporet, verum eſſe creditur, quod ſi carbonis adinſtar quidpiam aduſtum remaneat, adulterato aſtu contaminatum eſt.* Quæ eadem ferè tradit de Cervo hoc odorato *P. Philippus Marinus* in *Hiſtoria ſua de Tunchino*, ubi non deeſt horum animalium copia, quod adeò ſtolidum dicit, ut venatoribus fugæ neſcium, interimendum ultrò ſe ſiſtat. Sed audiamus P. Philippum Marinum de iis in ſua Hiſtoria Tunchinenſi ſic diſſerentem; verba Italica ſunt: *Vi ſi trova à uſo di traffico però dell' ambra roſſa, e del muſchio, che vi entra da päeſi vicini: l' ambra viene dal Regno* di Avà, *naſce in ſelve pretioſe à piè di certi alberi, quando eſsi gia ſono benè invecchiati, e radicati fra le feſſure delle rupi alpeſtri e nudi ſaſs. Il muſchio vero e naturale ſi hà dal Regno* Gnai; *Quivi fia le ſelve ſi ritrova certo animale da i* Cineſi, *chiamato* Ye Hiam, *che tanto è come dire in noſtra faſella, Cervo odorato, è grande quanto un cerbiotto, di cui hà le fatezze, eccetto che nel capo, che è ſimile à quel del lupo, & hà due denti longhi, come di veccio Cignale, che li eſcon fuori di ſotto al labro ſuperiore rivolti all' ingiù verſo terra; è di pelo più ſcuro, che non è il cervo, tardo al corſo, e ſi ſtolido, che ſola fatica de Cacciatori è trovarlo, perche trovato, ſenza moverſi e ſenza difenderſi, ſi laſcia uccidere à man ſalva. Hor di queſto ſi fà il muſchio in varii gradi di perfettione, e faſsi in queſta maniera. Preſo l'animale li cavano tutto il ſangue, & il ſervano da parte, e di ſotto all' ombilico li cavano una veſica, ò ſia di ſangue, ò di altro humore odoroſo quivi congelato, poſcia li traggon la pelle, & in più parti dividono l'animale, ſe di eſſo vogliono muſchio in tutta perfettione, prendono la metà dell' animale, ciò è dalle reni in giù, & in un gran mortaio di pietra il peſtano bene e tritano, e vi vanno verſando tando del ſangue, che di tutto ſi facci paſta, della quale gia ſecca, riempiono le borſette, che della ſua medeſima pelle ſi fanno. Si vogliono muſchio non tanto perfetto, mà pur buone e ſincero, peſtano tutte inſieme le parti dell' animale, & impaſtatele col ſuo ſangue doppo eſſere ben aſciutte, empione parimente di quella paſta le borſette: Oltre à queſte due ſorti ve ne hà un altra no così fina, mà pur vero e buono muſchio, & è quella, ove ſolamente entrano in compoſitione le parti dell' animale dal capo ſin' alle reni, che laſciano col reſto di eſſo à fare la ſchiettiſſima come è detto. Di queſto animale niuna parte v' è che via ſi butti, onde ſogliono dire, che più val morto che vivo. Un' altra ſorte di muſchio ſi compone, che viene in* Europa *in più abondanza, che non viene il vero; la ſua miſtura è parte quell' ambra, che à certa ſtagione ſi peſca intorno alle ſpiaggie di alcune Iſole dell'* India *Orientale, e parte il ſucco, che ſi cava dal corpo del gatto detto di* Algalia, *e rieſce con*

P. Philippus Marinus in hiſtor. Tunchin.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*con tal temperamento più grato l'odore, che non ſarebbe quello della ſemplice ambra che da ſe il manda aſſai forte, e poco grato alle narici. Et è queſt' ultimo il muſchio, di cui s'hebbe prima notitia in* Europa, *intendeſi di quello che venne da quelle parti.*

Vacca monoceros.

2. Occurrit Animal, cui nomen *Vacca velox*, tantæ ſiquidem velocitatis eſt, ut 300 ſtadia vel uno die conficiat in fronte oblongo & tereti cornu inſtructum eſt, undè multi id Monocerotem putant eſſe, ſed hallucinantur, cum Monocerotis deſcriptio in nullo ei conveniat; verùm de hiſce vide fuſiùs actum in VIII. *Libro Mundi Subterranei*, ubi quid propriè Monoceros ſit, exponitur.




*Hippopotamus* ſive Equus Marinus, *Hayma Syris* dictus.

3. Spectantur in lacunis littorum Oceani Sinici & *Indiæ* paſſim hujuſmodi animalia. In *Hainam*, *Inſulis Philippinis Maldinis*, & maximè *Mozambici* ad littora *Africæ* Meridionalis. Animal prorſus deforme eſt, & viſu horridum. Verùm ne quicquam hic omiſiſſe videamur, rerum curioſarum, hiſce jungam, quæ B. Boim (qui illud vivum & mortuum quam exactiſſimè dum ventum proſperum operturus, *Mozambici* commoraretur, examinarat,) in ſcriptis reliquit. *Duplex*, inquit, *ſchema veri equi marini ſubjeci, quorum cum eſſem* Mozambici *in* Africa, *aut verius in* Cafraria, *greges ad littora marina in lacuna quadam volutari plures vidi. Erat* Mozambici *Civitatis Judex amicus meus ſingularis, qui* Hippo-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Hippopotami *caput integrum ad Collegium miſit eo fine, ut illud diligenter obſervarem; menſus itaque id inveni ab ore verſus ſcapulas habere tres cubitos, ex parte inferna duos recurvos maximos dentes, quibus supernè ſimiliter groſſi aptè congruebant, linguâ intermediante extortâ. Cum verò poſtea à nobili quodam* Luſitano *ad interiora continentis* Cafrariæ *è regione* Inſulæ Mozambici *perluſtranda fuiſſem invitatus, rudentes littora maris in navi (quam remis* 20. *mancipia remigando propellebant) vidimus ad jactum unius lapidis equos marinos hinnientes ad* 50. *qui variis luſibus indulgebant intra aquas ſummâ meâ voluptate. Quidam è mancipiis* Cafer *cum ſociis propius accedens, & exonerato ſclopo, cum frontem equi graviter offendiſſet, tandem mortuum reperit, quem etiam ob vaſtam molem non ſine difficultate & labore operâ ſociorum in littus extractum, mihi perluſtrandum exhibuerunt. Poſtquam autem carnem* Cafres *inter ſe diviſerunt, dentes extractos eoſque majores mihi obtulerunt. Pellis hujus animalis adeò dura eſt, ut ſæpe* Cafres *acutis ſuis lanceis illam perforare nequiverint. Nullos pilos habet præterquam in extremitate caudæ qui flexiles, ac veluti ex cornu nigro pellucidi quovis modo contorti non frangantur, calamum groſſitate facilè æquant, ex ſingulis pilis armillas faciunt ſingulas* Cafres *& viri & fœminæ, quas in ornamentum manu geſtantes, ſimul earum virtute à paralyſi immunes ſe fore arbitrantur. Ex dentibus ſolent in* India *globulos precarios, cruces, & ſtatuas Sanctorum conficere, ſanguinis enim fluxum ſiſtere probantur: Compertum tamen eſt non cujuslibet promiſcuè* Hippopotami *dentes hâc virtute pollere, verùm illorum ſolummodo qui certo anni tempore capiuntur: Quod utrum verum ſit, experientiâ comprobandum foret. Novi* Goæ *in regio Noſocomio eſſe unum ex maximis dentibus equi marini, cujus admirandæ facultatis ſi experimentum ſumere volunt, dentem venæ ſectæ adhibere ſolent, & ecce, mirum dictu, ſtatim ſanguinis proſilientis impetus, ſanguine intra venam recepto, ſiſtitur. Nota eſt hiſtoria cadaveris cujuſdam Malabarici Principis à* Luſitanis *occiſi, quod cum juxta navem occupatam pluribus glandibus transfoſſum, ſine ullo tamen ex hiantibus vulneribus ſanguinis effuſi veſtigio reperiſſent, in veſtibus jam ſpoliati collo fruſtum oſſium appenſum cum detraxiſſent; quod uti unum ex oſſibus* Hippopotami *erat, ita quoq; ſanguinis veluti aggere perrupto è mortui corpore copioſiſſimè ad ſtuporem omniũ profluxit: cujus quidem aliam cauſam eſſe non puto, quam frigidiſſimam qualitatẽ, quâ ſanguis protinus congelatur & à fluxu prohibetur.* Hæc P. Boim. Nos dentes hujus animalis ternos in noſtro Muſæo exhibemus, quorum quidẽ qualitatis experimentum necdum ſumpſimus: quod ubi fecerimus, tunc unà quoq; rationem tam mirificę qualitatis inveſtigabimus. Eſt & in Domus Profeſſæ Romanæ noſtræ Societatis Bibliotheca ſcheletum capitis *Hippopotami*, ex quo paulò ante figuram primę belluę depingi curavimus; Sirenis oſſa, cujus coſtam & caudam in noſtro Muſæo exhibemus, & *Peſce Muger* dicitur, ſiſtentis ſanguinis effectum multò *Hippopotami* rariorem experti ſumus. De qua cum quam ampliſſimè in 3. *Lib. Art. Magnet.* egerimus, eò Lectorem remittimus.

4. Refert *Atlas* in provincia *Fokien* animal reperiri piloſum homini prorsùs ſimile; ſimile in Regno *Junnam* & *Gannan* inveniri recitat *Feſè* nomine, ἀνθρωπόμορφον, longioribus brachiis, corpore nigro & piloſo, curſus velociſſimi, & ἀνθρωπόφαγον; homini enim obvium vocem edit riſui humano ſimilem, deinde eum invadit. Narravit mihi P. Henricus Roth, Regi *Mogorum* ſimile monſtrum, dum in *Agra* moraretur, oblatum fuiſſe, quem hominem Sylveſtrem dicebant; Ego verò ex variis hiſtoriis doctior, illa certis Simiarum ferocitate immanium ſpeciebus adnumeranda exiſtimo, quod & piloſum corpus & riſus demonſtrant, quem ſimiæ contractâ fronte, & corrugato naſo, dentiumque denudatione, ubi exacerbati fuerint, colliſione, unà cum ſtridulæ vocis ſono Homines Sylveſtres.

Bb facilè

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Quinam Homines Sylveſtres propriè dici queant.

facilè exprimunt. Si quis verò pertinacius ſylveſtres homines dari velit, is ſciat, caſu ſubindè accidere, ut pueri ſylvis expoſiti ibidemq; derelicti, non niſi Divinæ providentiæ commiſſi, vel à feris, vel alio quovis modo ſuſtententur; uti verò hi ex vaſtis ſolitudinum labyrinthis ſe evolvere nequeunt, ita quoque ferino more vitam tolerant, piloſo totius corporis amictu veſtiti; ſi quandoque à venatoribus capiantur, pro ſylveſtribus hominibus reputantur; Sunt enim veri homines, at feri, qui nempe omni cultu deſtituti, non tam humanam, quàm belluinam vitam ducunt. Talem puerum octennem circiter anno 1663. in *Lythuaniæ* ſylvis inter urſos inventum ſcribunt, voce & habitu urſis, quibuſcum ſemper vixerat, & ab iiſdem educatus fuerat, ſimillimum, aliam prælterquam carnem crudam comedere neſciebat, donec magno tandem labore cibis ſolitis veſci, & unà loqui diſceret. Hujuſmodi exempla plurima tum in hiſtoriis exoticis, tum in vitis Eremitarum paſſim leguntur.

Hiſtoria pueri inter urſos inventi.




Eſt hoc animal domeſticum, *Sum xu* dictum, feli haud abſimile, nigri & ſubindè crocei coloris, pilos habet mirè ſplendidos; Cicurant illud *Sinenſes*, & collũ argentea circumdant corolla, murium eſt avidiſſimus Venator; ob raritatẽ tamen ita carum eſt, ut ſubindè ſeptem aut novẽ etiam ſcudis veneat.

Sunt & in *China* diverſæ ſpeciei Simii, quorum alii homines, & ſunt

ἄκερκοι,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ἀκέρκοι, alii canes feleſque mentiuntur, & ſunt κερκοπίθηκοι tantâ docilitate prædìti, ut niſi clunium fœditas illos proderet, vix beſtias crederes; & ut mira nonnullorum docilitas videatur, ſubjungam, quod de iis P. Henricus Roth, ſe præſente contigiſſe narrabat. Rex *Bengalæ* ad Regem *Mogorum* in neſcio cujus accepti beneficii recognitionem, ſolennem cum pretioſiſſimis muneribus adornatam legationem expediebat anno 1660; In qua in omnium admirationem rapiebat currus triumphalis auro atque omni gemmarum lapidumque pretioſorum genere refulgens; non humanâ, ſed belluinâ directione ducebatur. Trahebatur currus à duobus condidiſſimis & perquam mirificè adornatis caballis; in ſuperiori currus loco, veluti in ſolio Regio ingens ſedebat moloſſus, precioſis phaleris monilibuſquè mirificè adornatus, qui uti ſeſe tanto ſplendore fulgentem aſpiciebat, ita quoque ſuperbia quadam elatus, aliquid ſe ſupra belluinum eſſe, putare credebatur, ſiquidem incredibili gravitate, proceribus obviis debitam profundâ capitis inclinatione reverentiam exhibebat; Non deerat huic ſatellitium ſplendidum; Simii enim ſuperbè veſtiti, thronum epheborum adinſtar circumdabant, ad nutum domini promptiſſimi; quicquid enim caninum Regem facere in reverentia obviis præſtanda videbant, id omnes unanimi capitis inclinatione pariter præſtabant. Aurigam agebat grandis Simius, aureâ chlamide indutus, cujus pileolus capiti impoſitus auro pariter gemmiſque fulgebat, manu ſiniſtrâ fræni lorum tenebat, alterâ ſcuticâ tam dextrè ſuos regebat caballos, ut non à bruto, ſed à peritiſſimo veredario agitari viderentur; verbo, humanæ belluæ triumphum adeò ſcite adornabant, ut quid homines belluinos deceret, belluæ humanæ mirâ quâdam metamorphoſi docere viderentur. Quantâ autem ex hoc mirifico ſpectaculo Rex voluptate perfuſus fuerit, indè patet, quod brutorum ſolertiam opiparo, verius belluino convivio recompenſandam duxerit, dum quid equis, quid Simiis, quid Moloſſo, ex optimis cibis unicuique congruebat, in pavimento tapetibus exornato appoſuit, ubi pari gravitate jam ad omnia prius inſtructi, ſedentes, quiſque ſuo contentus pabulo delitiabatur. Acta fuerunt hæc *Agræ* Civitate Regiâ, præſente ſupramemorato Patre Roth; ut vel hinc appareat, quantum *Indi* in hujuſmodi belluis inſtruendis induſtria valeant, quam & in Elephantis erudiendis ad ſtuporem omnium præſtant. Sed jam ad Volucrum genus progrediamur.

Triumphus beſtiis inſtitutus.

# CAPUT VIII.

## *De certis quibusdam Volucribus extrà* Chinam *inviſis.*

1. REperiuntur in *China* Volucres, in aliis extrà *Chinam* Regnis inviſæ; inter quas primum meritò locum occupant Aves illæ Regiæ, quas *Fum Hoam* vocant, de qvibus ita P. Boimus in ſua Flora: *Avis eſt extremæ pulchritudinis, quæ ſi quandoq. humano ſeſe conſpectui ſubduxerit, ſiniſtri id in Regia familia alicujus eventus omen habetur. Mas* Fam, *fœmina* Hoam *vocatur; nidos habent in montibus* Tan, Leotung *provinciæ* Pecino *confinibus; In capite aſſimilantur pavoni, Sinicum poëma hoc pacto illas deſcribit: Humeris virtutes, alis juſtitiam, lumbis obedientiam, reliquo corpore fidelitatem ſignificat; Avis piiſſima, antè inſtar Rhinocerotis, retrò tanquam cervus graditur; gerit caudam ſicut gallus, caput Draconis in modum, pedes ſimillimos teſtudini gerit; quinque pulcherrimarum avium coloribus alas coruſcas refert; haſce aves veluti Symbolico quodam amictu adornatas* Colai *&* Mandarini,



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

darini, *quin vel ipſe Rex in veſtibus auro depictas geſtant.* Ego has aves facilè, certæ & peregrinæ Pavonum ſpeciei adnumerem.



Gallinæ Lanigeræ.

2. Eſt & aliud admiratione dignum in Regno *Suchuen*, & ſunt Gallinæ Lanigeræ, quarum lana ovinæ ſimillima eſt: parvæ ſunt corpore, breviſſimis pedibus, audaces tamen & generoſæ, nec non fœminis, uti *Atlas* meminit, in deliciis. Quæritur itaque utrum hæ gallinæ verè piloſâ lanâ uti pecora veſtiantur, an non? Ego ſanè, ut paucis me abſolvam, omnibus circumſtantiis ritè examinatis, combinatiſque; Dico Lanam quadrupedum illam minimè dici debere, ſed uti ex ſubtiliſſimis plumulis toto corpore criſpatis amiciuntur, ita quoque ex criſpatis plumulis lanam criſpatam ſolummodò videri putarique, unde & Gallinæ Lanigeræ nomen meruêre, haud ſecus ac linum aſbeſtinum, ejuſque raſura lana dicitur. Rationem hanc aſſigno: Quod uti volucres piloſo ſeu laneo veſtitu naſci, ita quoque quadrupedes plumaceo amictu veſtiri, naturali rerum temperamento repugnat, cum aliud ſit in quadrupedibus pilorum aut lanæ, aliud ſit plumarum in volucribus naturale principium, fierique non poteſt, ut in horum ſeminibus differentiſſimis una & eadem inſit virtus plaſtica & formatrix, ſive pilorum, ſive plumarum; ex hoc enim non tam verum & legitimum quempiam certæ alicui ſpeciei proprium, quàm monſtruoſum

Natu-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Naturæ partum præter intentionem Naturæ produci, is videbit, qui Naturæ in utriſque leges exactius ponderaverit; & patet ex iis rationibus, quas ſuprà de Cattis volantibus ad hanc veritatem comprobandam adduximus. Gallinarum Lanigenarum familiæ adnumeratur, *Jeki* dicta, quæ in variis Provinciis Sinenſibus, uti *Corea*, *Chenſi*, & *Quamſy*, in altis montibus reperitur, & mirâ uti formæ, ita pennarum varietate conſpicitur à natura exornata: optimi ſaporis eſſe comperitur. Gibboſum dorſum, & pectori neſcio quid globoſum adnexum habet, unde meritò quis tantam à communi Gallinarum ſpecie degenerationem mirari queat. Ego ſalvo aliorum judicio, eam ex diverſo cum aliis gallinis, v. gr. cum Gallina Indica congreſſu, cujus ſimilitudinem præ ſe fert, accidiſſe putem. Verum cum hæc ex profeſſo in *noſtra Arcæ Noëmicæ deſcriptione* decidamus, eò Lectorem ſuo tempore amandamus.



Neque quiſpiam hîc objiciat, ſuprà à me propoſitum de piſce croceo, qui cum tempore plumaceo veſtitu indutus volatum affectet; hunc enim de una ſpecie in aliam abire juxta metamorphoticas leges ei naturale eſt, ſicuti erucis & bombycibus naturale eſt, ex vermibus in papiliones transmutari: Undè nos hoc loco tantùm loquimur de iis, quæ intra certos ſpeciei ternos conſtituta ſunt animalia; hoc enim pacto fieri non poteſt, ut quadru-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

drupes, aut volucris, illud allas, hoc pilos aut lanam admittat, niſi illa methaphoricè tantum & per ſimilitudinem quandam ità dicantur. Accedit, quod nullam ex hujuſmodi gallinarum lana telam contextam fuiſſe, omnes fateantur Sinicarum rerum Scriptores, niſi ſecreto mihi noto in lixivio ſatis macerentur; de quo vide XII. *Lib. Mundi Subterranei.*

Anates fornacibus excluſæ.

3. Anates quoque in provincia *Quantung*, non ſecus atque *Cairi* in *Ægypto*, fornaculis in hunc finem affabrè inſtructis, in iiſque ovis impoſitis incredibili numero excludere ſolent. In naviculis magnos ſæpè harum anatum greges alunt, eoſque vel ad maris littora, vel fluminum ripas exponunt, ut æſtu recedente oſtreis, cancris, tellinis ſimilibuſque maris fructibus, quibus ſummoperè delectantur, cibentur; & quoniam in variarum navium confluxu illæ variè diſſipantur, mirum tamen, eas noctu ad ſonum pulſatæ pelvis, columbarum adinſtar ad nidos ſuos, quaſi ſigno receptui dato, in ſuam quæque navem reverti. Eſt & hoc experimentum in ovis anatum admirabile, quod ſi ea condire cupias, id nunquam conſequêre, ſi aquæ ſalſæ aut muriæ ea impoſueris; at ſi terrâ cretaceâ, ſeu argillâ ſali mixta ova illiveris, ſalſedine imbuta gratiſſimum ſaporem acquirent.

Avicula ex flore naſcens.

4. Dicitur in *Suchuen* provincia avicula ex flore *Tunchon* naſci, quæ proindè *Tunchonfung* Sinicè apellatur; hanc *Sinæ* dicunt vitam ſuam menſurare ad vitam floris, quo interunte & ipſa avicula intereat; eſt & tanta quoque colorum varietate à natura dotata, ut alarum remegio aërem tranans, florem expanſis foliis pulchrè exprimat. Utrùm verò animal ſive volucris, ſive inſectum ex planta immediatè produci queat, meritò quiſpiam dubitare poſſet; Nos ſanè in XII. *Libro Mundi Subterranei*, id negavimus; cum fieri non poſſit, ut vegetabilis Naturæ gradus, ad ſenſitivum; ſuperiorem Naturæ gradum aſcendendo, effectum potentiæ ſuæ imparem & improportionatum ſenſitivæ ſubſtantiæ producat. Dico ita, que hoc fieri ex ſeminio ovorum, quæ uti piſa non excedunt, ita quoque facilè intrà folliculos ſive foliorum', ſive floris depoſita, ubi rupta fuerint, ex humido floris ſemini volucris admixto, animalculum volatile ſimile flori naſcitur; cui ſi volucris accedat imaginatio, dum incubando colorum in flore varietatem perpetuò intuetur, eoque ſympathico quodam affectu gaudet, certè colores floris in pennas phantaſticæ virtutis efficaciâ derivari, jam frequenti exderimento etiam in *Europa* innotuit.

De Nidis quarundam volucrum edulibus.

5. *Conchinchinam* inter & *Hainan Inſulam* tractus quidam Oceani non procul à littore Sinico, ſcopulis magnis, parvis, minimis confertiſſimus reperitur, intra quos aquarum æſtus horrendis fluctibus colliſus, cavernas & angiportus rupium tanta ſpumoſorum voluminum coacervatione exagitatur, ut formidinem ſpectantibus procul incutiat. Intra meditulium harum rupium, in Vere, conſtitudo illis à Natura tempore, aviculæ quædam incognitæ, quas alii paſſeribus, alii hirundinibus ſimiles eſſe perhibent, innumerabili multitudine, undè, neſcitur, adveniunt, quæ hirundinum inſtar mox littori inſiſtentes, nidos ædificant, quos rupibus iſtis ſingulari artificio affigunt, quali ex materia, hucuſque incompertum fuit, atque in hiſce ovis pulliſque excluſis, denuò aliò avolant, relictis in Nautarum poteſtate nidis, qui integras naves iis onuſtas *Chinæ* & *Japoniæ* in menſarum delicias divendunt. Nidi ſunt quaſi diaphani, uti patet ex tribus, quos in Muſæo noſtro exteris oſtendere ſolemus, ſubflavi coloris, neſcio ex qua aromatica compoſitione hucuſque incognita elaborati, tali autem proprietate à natura imbuuntur, ut cuicunque cibo, cive ex piſcibus, ſive è carnibus herbiſque parato miſceantur, iis fercula mirâ ſaporis gratiâ condiantur.

Mira Naturæ induſtria conditi.

Ad

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Ad materiam nidorum quod attinet, illam aliundè non putantur portare, ſed materiam viſcoſam ex ſtomacho viſceribuſque putantur eructare, quam rupibus affixam in nidum efforment, & quia humido opus habent, mucilaginoſo quodam liquore ad ſcopulos ſpumante (uti nautis harum venatoribus obſervatum fuit) ſupervolitando & alas & roſtrum implent, eoque nidulos ad firmiorem materiæ agglutinatæ conſiſtentiam identidem alarum agitatione aſpergunt. Contingit autem ut tempeſtatum ſævitie ſubindè magna horum nidorum copiâ unà cum ovis vi fluctuum ruptis in piſcium nutrimentum intra mare decidat; ita Patres noſtri oretenus mihi retulerunt, & *P. Daniel Bartolus in Sinenſi ſua hiſtoria* hoc nidificium ampliſſimè juxtà atque Italico Idiomate elegantiſſimè deſcripſit, uti & P. Philippus Marinus pariter in Hiſtoria Sinenſi hoc pacto eos deſcribit Fol. 42. *Se hora dagl' animali detta cerra vogliamo ſalire à volati d'ogni generatione, quanto altra parte di queſt' Oriente ne abunda il* Tunchino. *E per dire dire di alcuna ſpecie, mi ſi preſentano certi uccelletti ſimili alle rondini, che volano vicino alla ſpiaggia, e fanno i loro nidi negli ſcogli della* Cocincina, *& è il nido coſa ſi pretioſa, che ſi vende à prezzo aſſai caro, quanto altro più delicato cibo, per le rare virtù e buoni effetti, che cagiona ne ſani à preſervarli, e negli infermi à torre la loro inappetenza, e diſvogliati à metterli in appetito di mangiare. Non ſi è fin hora potuto ſapere, che materia ſia, tenace eſſo è, e tranſparente compoſto di molte cellette, à guiſa di cocchiglie maggiori, che come foglie intorno ad un ceſpo ſi dirami, ſtanno attaccate, e ciaſcuna formata à lavoro creſpo e rugoſo, come le ſteſſe cocchiglie, e di egual ſottigliezza, e prendono il color di paſta, quando ſia ſecca, ò quello che diſſeccandoſi, è proprio delle provadure. Non vi hà convi che ſenza queſto cibo s'imbadiſca e mancandovi queſto boccone, pare che vi manchi il meglio, e ſenza eſſo non è ſolenne. Il modo che coſtumano cuocerlo è, una notte prima tenerlo in acqua calda, ſi che ammollito, tutto intneriſca, e così intenerito ſi ponga à ſeccare per breve tempo all' ombra, e poſcia gentilmente ſi ſfili. Da ſe ſchietto non hà ſapore, ma ſe come auviene de fonghi, buona mano il condice con ſue ſpecie aromatiche, ſollecita mirabilmente l'appetito, e contro alla proprietà d' altri cibi, de quali col mangiarne ne paſſa la voglia, queſto par ſempre che più l'aguzzi.*

*P. Philippus Marinus de nidis edulibus.*

Nullum convivium ſine conditura horum nidorum.

De hirundinibus verò ex foliis arborum in lacum incidentibus jam ſuprâ noſtram ſententiam aperuimus; quare progrediamur ad piſces.

## CAPUT IX.

### *De Piſcibus Maris & fluminum Sinenſium.*

Crocei piſcis in avem mutatio.

6 OMnem admirationem ſuperat quod jam dicam: Eſt in provincia *Quantung* animal, quod *Hoangcio yu*, id eſt, *Croceum piſcem* vocant *Sinæ*; eſt enim modo piſcis, modo avis; per æſtatem ſiquidem avis eſt crocei coloris galgali inſtar, per montes volitans, more avium ſuum ſectatur nutrimentum; autumno verò finito ad mare redux in piſcem convertitur, quem hyberno tantum tempore ad delitias cum ſit ſuaviſſimi ſaporis piſcantur indigenæ. Quæritur hujus tam admirandæ metamorphoſeos cauſa. Dico itaque, ſupponendo primò hoc naturalibus principiis minimè repugnare, cum quotidiè hujuſmodi transformationem in inſectis intueamur, cujus & cauſam in XII. *Libro Mundi Subterranei* quàm fuſiſſimè expoſuimus; Videmus enim pleraſque erucas in volatiles papiliones tranſmutari, aquaticos vermes ex feſtucis excluſos in perlas mox ac aërem ſubjerint, quadruplici alarum remigio conſpicuos

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſpicuos aërem tranare; Innumera hujus farinæ adducere poſſem, ſi ea *citato Libro* non fusè proſecutus fuiſſem.

Sed dicet forſan quiſpiam, id in inſectis facilè concedi poſſe, at non in perfectis animalibus. Contrà dico, in perfectis quoque animalibus hujuſmodi metamorphoſes ſpectari; Quid enim aliud ſunt Scoticæ anates prius, quàm vermes, quæ tamen cum tempore aſſumptis alis & pennigero indutæ habitu in anates aut anſeres tranſmutantur, cujus cauſam *citato loco* vide; piſces quoque in volucres, uti & quadrupedia in piſces transmutari, non deſunt hiſtoriæ, quæ id atteſtentur. Certè *Albertus* nomine & re *Magnus l. 24. in Aſtoiz* aſſerit, eſſe animal marinum, cui nomen *Abides*, quod cum reliquis piſcibus in mari natales habeat, cum verò ſenuerit, mutatâ formâ terreſtrem aſſumere, & terram incolere, terreſtriumque animalium more veſci, mutatoque nomine, quod primò dum piſcis adhuc erat, *Abides*, modò terreſtris animalis aſſumptâ formâ *Aſtoiz* appelletur. E contrà in Oceano Orientali quadrupes eſſe, quod in ſenectute omnibus mutatis membris in Piſcem degeneret; teſtanturque *Conimbricenſes lib. 1. de Gen. & Corrupt. q. 17. art. 1.* apud *Japones* in Inſula, quam *Gotum* vocant, animal quoddam eſſe, corporis magnitudine & figurâ ſimile cani, vel ut alii narrant, lupo; quod primò quidem in terra vivit, deinde conſtituto à natura tempore, mare incipit frequentare, ubi aſſiduo natatu exercitatum pelagoque commiſſum, omnibuſque membris in formam piſcis compoſitis in belluam marinam tandem convertitur. Sed hæc ad veritatem rei atteſtandam ſufficiant. Quomodo itaque piſcis crocei in avem accidat metamorphoſis, exponendum reſtat. Dico itaque hunc piſcem ex eorum eſſe numero, quæ amphibia dicuntur; cujuſmodi ſunt illi volantes piſces, quos hirundines marinas vocant, quorum forma adeò volucri ſimilis eſt, ut vix diſtingui poſſit; Croceos itaque piſces uti inſignem ad volandum à natura diſpoſitionem obtinuerit, ità facilè quoque in volucrem converti poſſe, nullus ſanè phyſiomyſtarum facile negaverit; Verùm cum difficile ſit concipere, quomodò piſcis in pennigerum animal degenerare poſſit, niſi ingenti mutatione in ſe facta, de cauſa hujus paulò altiùs philoſophandum duxi.

Ex quadrupede fit piſcis animal aquaticum.

Quomodo crocei piſcis transformatio fiat.

Multi putant ex hiſtoriis perſuaſi, transformationem unius ſpeciei in aliam fieri ex promiſcuo coitu unius cum altero; alii vi imaginationis, ut fit in notis à gravidis mulieribus, fœtibus impreſſis: alii alias cauſas adinvenerunt, quæ tamen ſine magna difficultate defendi non poſſunt. Ad primum quod attinet, coitu hujuſmodi transformationem fiere non poſſe, indè deducitur, quod ovipararum cum viviparis coitus, ſive modum, ſive tempus, ſive denique genetica inſtrumenta ſpectes, ob naturæ repugnantiam à nemine phyſiologorum concedatur. Latet itaque aliud quidpiam, quod hunc monſtruoſum effectum cauſet. Quod ut detegerem, multus fui in examinandis omnibus hujus piſcis crocei circumſtantiis, donec unus è Patribus noſtris, qui nonnullis annis in Inſula Sinica, quam *Hainan* vocant, commoratus, mira mihi de raris Naturæ effectibus in ea conſpicuis retulit: Inter alia de hoc piſce croceo verum eſſe aſſeruit, qui præterquam in hoc Sinico mari non capitur. Sed jam ad rem.

Diximus paulò ante, de nidorum certis aviculis in *rupibus Hananinis* fabricatorum multitudine: Cum itaque croceus piſcis maximè circa iſtum tractum verſetur, neq; alio præterquam ovorum tempeſtate maris ruptorum cibo alatur: hinc ego ob naturalem quandam inclinationem & ſympathiam, quam ad hujuſmodi volucres, ex ovorum intra rupes diffuſorum materia, quæ ſeminis hujus animalis vices explet, devoratione fieri exiſtimo, ut approximante

Quænam ſit plaſtica vis in pennas piſcem animans.

Vere

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Vere vis ſpermatica hujus piſcis ſeſe paulatim exerat, atque ad volandum ſollicitet, & quoniam plaſticâ ad aves pennis inſtruendas facultate ſemen ovorum præditum eſt, accidere quoque, ut ea ſeſe in piſce exerente, branchias, quibus longis conſtat, in alas paulatim expandat, ſquamiſque in plumas unà cum cauda tranſmutet. Atque hoc pacto volucrem fieri, galgali adinſtar flavi coloris, quia ipſe à flavo colore, quo imbuitur, piſcis croceus dicitur. Quomodò verò Autumno prætereunte denuò in piſcem mutetur, dicendum reſtat.

Notum eſt, temperamento mutato totum mutari; contingit itaque ut adveniente Hyeme, virtute formatice avis deſtructa, ſivè ob humoris abundantiam, ſive alia de cauſa volucris id, quod primo fuerat, eſſe appetat, atque adeo nativam maris ſtationem repetens decedentibus plumis, tum naturali maris facultate, tum plaſtica videlicet ſeminis virtute, quâ piſcem primo formaverat, ſeſe paulatim exerente, in ſquamas, branchiaſque denuo convertat, donec redeunte Verno tempore jam novo ovorum ſemine introſumpto, ei ad volandum appetitus innaſcatur, & tandem denuo volucris fiat perpetua quadam viciſſitudinis pericycloſi. Quod vero hoc aliis piſcibus non contingat, cauſa eſt temperamenti diverſitas, quod metamorphoſeos hujuſmodi, uti in capax eſt, ita quoque in actum deduci minimè poteſt. Quod vero hæc transformatio ex ſemine volucris in ovis latente fiat, patet ex iis, quæ de anatum Scoticarum origine *Lib.* XII. *Mundi Subterranei* tradidimus, & in hominibus ſubindè ſimilem tranſmutationem contigiſſe, hiſtoriæ narrant. Dominicus Leo de Arte Med. l. 6. c. 2. apud Petrum Damianum: *Robertus*, inquit, *Gallorum Rex propinquam ſibi copulavit uxorem, ex qua ſuſcepit filium, anſerinum per omnia collum, & caput habentem, ſed & hominem fuiſſe fertur, cujus totum corpus alitum more, plumis veſtiebatur; at plumæ, ut humano corpori adnaſcantur, fieri non poteſt, ſine virtute formatrice ſeminis alicujus volucris in ovis latente; neque vis hæc exercere ſe potuit, ſine humani cum volucris ſemine miſtura, quacunque tandem ratione peracta: Cum nefarii homines vel in ipſam naturam injurioſi & crudeles Magiſtro Diabolo, ea adinveniant, quæ nobis exponere non licet.* Si itaque hoc in homine, multo magis in brutis ſimili naturæ temperamento præditis factu poſſibile putem, ad quæ omnia à nobis *citato loco* fuſiùs deducta, Lectorem remitto.

Homo anſeri ſimilis.

7. In provincia *Quantung* referunt, piſcem ſpectari, quem *Vaccam Natantem* vocant, hunc in terram exire & ſæpè cum domeſticis vaccis pugnare, ac cornu petere; at ſi diutiùs extra aquas perſtiterit, cornu ejus molleſcere, omni duritie deſtitutum, undè in aquas redire coactum piſcem denuo evadere priſtinâ duritie cornu recuperatâ. Qualecunque ſit hoc animal, ego id inter amphibia numerandum cenſeo, ſpeciemque eſſe vitulorum marinorum, quas Phocas appellant, aut Roſmarorum dentibus prælongis ſævorum, ſolo cornu, quo præ reliquis ſub hujuſmodi Climate ſingulari Naturæ beneficio potiuntur, differentem: Cur vero cornu in aëre molleſcat, in aqua vero indureſcat, ex temperamento illius cornu dependet; cum plurima ſint quæ extra aquam molleſcant, intra aquam vero indurentur; de quibus in V. & VII. *Libro Mundi Subterranei*, de diverſis aquarum, ſaliumque, & quæ ex hiſce componuntur, facultatibus fusè egimus.

Vacca marina piſcis.

8. In provincia *Xenſi* Veſpertiliones reperiri dicit *Atlas*, quæ corporis mole gallinam, aut anſerem æquent, undè & à *Sinis* in ſingulares menſarum delicias quæruntur, eo quod eorum caro gallinarum ferculis longè præferatur. Vide quæ ſuprà *Veſpertilionibus ſeu Cattis volantibus* in Regno *Mogorum* fuſiùs egimus.

Veſpertiliones prægrandes cibo apti.

9. Rurſus in provincia *Quantung*

Cc mon-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Monſtrum marinum 4 oculorum, & ſex pedum.

monſtrum marinum reperitur, τετρόφθαλμον, id eſt, *quatuor oculis*, & ἑξαποῦς, id eſt, *ſex pedibus inſtructum*, hepatis figuram utrumque repræſentans, quod uti ex oſtreis vitam tolerat, ita quoque uniones ſubinde evomere videtur. Ego quantum ex comparatione unius cum altero comperire licuit, dicerem ſane ex eorum eſſe genere, quos araneos marinos vocant; ſunt enim teſtudini, ſeu torpedini prorſus ſimiles quoad formam, quatuor, aut etiam pluribus oculis in dorſo inſtructis, ſex verò pedibus, teſtudineis pedibus haud abſimilibus, natant & non gradiuntur. Ad hanc claſſem referri puto illos piſces, quos *Atlas* dicit in provincia *Quamſi* in montis caverna reperiri quadrupedes & cornupetas, quoſque *Sinæ* ſuperſtitioſi Draconis delicias vocant, quos ideò occidere nefas morte piandum cenſent. Hoc in tractu pariter dicunt, animal reperiri, quod capite volucrum, cauda piſcem referat, quæ omnia in ſupramemoratis alatis piſcibus, quos *Rondones*, id eſt, *hirundines*, à capite χελιδονομόρφῳ vocant; unde quæ *Sinis* mira videntur, noſtris nautis vulgaria ſunt, utpote quæ in Oceano ubivis ferè obvia ſpectentur, & nos in Muſæo noſtro unum intra Rhomborum cyclum appenſum exhibemus, utpote cujus natura ſit, ad eam ſe partem, unde ventus ſpirat, convertere.

Piſces cornupetæ.

Cancri in ſaxum converſi.

10. Rurſum *Atlas* hoc in tractu fert Cancros reperiri, qui ubi aqua relicta aërem ſubierint, ſtatim figura antiqua conſervata in lapidem convertantur duriſſimum; & ratio patet, cum omnia illa, quæ ex ſalino temperamento conſtituuntur, intra aquam, diſſipatis ſalinis corpuſculis, mollia ſint, extrà verò ſiccitate aëris condenſati, in lapideam maſſam transformentur, quæ omnibus lapideſcentibus communia ſunt; Quod verò alibi cancris id non contingat, cauſa eſt, quod ille locus, in quo ſimiles cancri reperiuntur, lapidifico ſucco, vel vapore non abundet; Hujus enim facultate, quidquid humiditate affectum offenderit, id in lapidem convertit. Exhibemus & nos in noſtro Muſæo hujuſmodi Cancros non in *China*, ſed in noſtrorum fluminum, mariſque ripis inventos, in lapides converſos: neque enim quicquam fere eſt, quod ubi in lapidificum hunc vaporem inciderit, in lapidem non commutetur. Vide quæ de hiſce ampliſſimè egimus *Libro* V. *Mundi Subterranei, Itinerario Hetruſco, cap. de Conchylibus*, ubi quæcunque circa hanc materiam rara ſunt, deſcripta reperies.

# Caput X.

## *De Serpentibus* Chinæ.

Serpentum magnitudo.

AD Serpentes quod attinet, illi in Provincia *Quamſi*, uti *Atlas* dicit, adeò ingentis longitudinis reperiuntur, ut nonnulli eorum decem perticas æquent, id eſt, triginta pedes geometricos, quibus ſi groſſities reſpondeat, vix majores dari, exiſtimare quis poſſet; Idem teſtatur Flora Sinenſis: *Gento*, inquit, hoc enim ſerpentis nomen eſt, *ſerpentum omnium in* Quamſi, *in* Haynan *Inſula*, *in* Quantun, *facilè maximus reperitur, cervos integros exugendo, & diminuendo devorat, non adeò venenoſus, colore cineritio variegatus, longus* 18, *aut etiam* 24 *pedum, famelicus è dumetis proſilit, caudæ innixus in altum ſe erigit, & cum feris æque atque hominibus acriter luctatur, ſubinde ex arbore inſidioſè in hominem inſilit, & complexu interimit; fel illius contra oculos morbidos* Sinis *eſt pretioſum*: Idem teſtatur *Marcus Paulus Venetus*, qui in provincia *Carrajam* ait, ſerpentes reperiri tantæ vaſtitatis, ut nonnulli in longitudine denos paſſus, & in groſſitie decem

*M. Paul. Venet.* de Serpentum in *Carrajam* magnitudine.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

cem palmos contineant, & quoniam paſſus geometricus quinque pedibus conſtat, certe longitudo hujus Serpentis ad 50 pedes pertingeret, atque adeò Quamſianos Serpentes 20 pedibus ſuperaret. Si verò communes trium pedum paſſus contineat; tunc iis, qui in *Quamſi* reperiuntur, prorſus æquarentur: Sed audiamus M. Paulum propriis verbis illos deſcribentem: *Naſcuntur in provincia* Carrajam Magnum Cham *ſubjectâ ſerpentes maximi, quorum quidam in longitudine continent decem paſſus, & in complexu groſsitiei decem palmos: Aliqui ipſorum prioribus carent pedibus, quorum loco ungulas (melius* ungues) *habent in modum unguium leonis aut falconis. Caput ipſorum eſt magnum & oculi prægrandes, ut duorum panum æquent quantitatem; os & rictum habent tam amplum, ut hominem deglutire valeant, dentes quoque magni & acerrimi rictui illi tam horrendo non deſunt; nec eſt homo aliquis, aut animal, quod ſine terrore ſerpentes illos aſpicere, ne dicam, adire queat. Capiuntur verò in hunc modum; Solet is ſerpens interdiù latitare in cavernis ſubterraneis, aut ſpecubus montium, nocte verò egreditur circumiens terram, & potiſsimum aliorum animalium latibula luſtrat, quærens cibum, quem devoret, nec formidat ullius beſtiæ genus; devorat enim beſtias magnas & parvas, leones & urſos, & ubi ventrem exſaturaverit, redit ad ſpeluncam ſuam; cum verò terra illa ſit multum ſabuloſa, mirum eſt, quantam foveam corporis ſui pondere in arena imprimat, putares dolium aliquod vino plenum per ſabulum devolutum. Venatores itaque belluæ inſidiantes interdiù figunt multos palos, in ſabulum fortes, & acuto ferro in ſuperiore extremitate dentatos, hoſque ſabulo tegunt, ne à Serpente videri poſſint, multoſque infigunt, maximè eo in loco; ubi belluam in vicino latitare norunt; & quandò noctu more ſolito ad pabulum egreditur, accidit ut per cedentem arenam reptando, & vaſtam corporis molem trahendo, pectus in alicubi latentem ſudem ferream incidat, quo penetratis viſceribus, dum infixus, ſauciatuſque, unde ſe extricare nequit, venatores inibi latitantes, accurrētes draconem interficiunt, & fel ejus extractum magno vendunt pretio; eſt enim medicinale, ita ut ſi quis à rabido cane læſus fuerit, ſi vel modicum, quantum eſt pondus denarii, de illo biberit, ſtatim ſanetur; & mulier in partu laborans hujus fellis guſtu protinus partum acceleret; Rurſus, qui hæmorrhoidas, aut ficum anus ſuſtinuerit, hujus fellis unctione intra paucos dies convaleſcat; Carnes verò hujuſmodi ſerpentis vendunt in cibum, nam libenter eâ veſcuntur homines.* Hucuſque Marcus Paulus Venetus; ex quibus patet, hujuſmodi Serpentes Draconibus adnumerari poſſe, innoxios tamen, & ſine veneno, cujuſmodi Atlas in provincia *Chekiang* eſſe dicit: verba ejus ſunt: *Prope* Caihoa *mons eſt* Cutien, *in quo Tigrides & Serpentes maximi, minimè tamen noxii vivunt, illæ cum alibi in circumvicinis regionibus ferociſſimæ ſint, at hîc ita manſueſcunt, ut nulli omninò noceant, ſerpentis verò etiam veneno carent.* Si quis cauſam quærat, Dico totum id ex naturali montis, aëriſque diſpoſitione dependere: Conſtat enim ex naturalium rerum hiſtoria, locos complures reperiri, in quibus nec herba, nec animal ullum venenatum vivere poſſit, quemadmodum in *Europa* de *Hybernia* & *Inſula Melitenſi* certò conſtat: Si enim ex *Silicia* caſu unà cum fœno ſerpens, aut bufo inferatur, is ſimul ac aërem Inſulæ ſenſerit, eum protinus mori neceſſe eſt; idem de *Hybernia* recenſent authores & Indigenæ; verùm uti id in *Hybernia* privilegio particulari Sancti Patricii precibus obtento, ita hoc S. Pauli patrocinio adſcribitur; cujus luculentiſſimum ſignum eſt, quod ante Divi Pauli adventum Inſula ſerpentibus lethiferis non caruerit, & cum una quoque ex viperis, uti in *Actibus Apoſtolorum* legitur, ejus manui ſine ullo tamen nocumento adhæſerit, Incolæ eum, ceu Numen quoddam, & humana conditione majus, eò quod à tam peſtiferis ſerpentibus nil pateretur, adorandum cenſuerint; Sed de ſuper-

Medica vis horum Serpentum.

Cur Melita & Hybernia venenoſis animalibus careant.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ſupernaturalibus hujuſmodi effectibus non hîc tractamus; Sed quæritur, utrum locus verè detur, in quo noxia animalia venenum naturaliter deponant, ut in *Chinæ* ſupranominata provincia de ſerpentibus dictum fuit. Dico quod ita. Cum enim venenoſorum animalium terreſtrium proprium ſit, omne, quod in terreſtribus glebis virulentum eſt, in ſe veluti in burſas quaſdam vivas attrahere; certè ubicunque terrenum fuerit ex ſe, & naturâ ſuâ à venenoſis qualitatibus alienum, ſerpentes ſine veneno eſſe, neceſſe ſit, uti in *Samo* & *Lemno* Inſulis fertur accidere; cum enim terra iſtiuſmodi venenis omnibus contraria ſit, quam & ideò *Turcæ* magno pretio vendunt, & Sigillata vulgò dicitur; certo colligitur ſerpentes ibi morari non poſſe, & ſi morantur, veneni tamen omnis expertes eſſe. Pari pacto naſcuntur in nonnullis montibus herbæ quædam ſerpentibus oppidò contrariæ; undè rurſus, vel non poſſunt ibi conſiſtere, vel ſi conſiſtant, veneno carent; undè concludo, ſimile quid in montibus *Xuntien* evenire, quo ſerpentes à venenis immunes exiſtant.

Cur in nonnullis locis ſerpentes non vivant, aut ſi vivant, veneno careant.

Tigrides manſuetæ in nonnullis locis, & cur?

Ad Tigrides, quæ in dictis montibus manſueſcere dicuntur, quod attinet; Dico idem contingere, quod in Tauris furioſis, quorum cornibus caprificus alligata, eum ad manſuetudinem, ſi fides *Plinio* habenda, reducit; quod idem accideret, ſi in loca incideret caprificis conſerta; exhalatio ſiquidem caprifici ſuâ acrimoniâ conceptam bilem diſſipat, unde ad mediocritatem reductâ bile Taurus ex furioſo fit manſuetus. Plantas itaque, uti in Tauris caprifici, ita quoque in Tigridibus manſuefaciendis plantæ dari poſſunt, quæ hunc inferrociſſimis belluis effectum præſtent; dici enim vix poteſt, quàm mirificis effectibus hujuſmodi ſpecificæ rerum qualitates κτ̀ τὴν συμπάθειαν præſtent. Verùm de hiſce in *Libro* VIII. *Mundi Subterr.* fuſius actum vide.

Serpentum virulentia, & antidotum.

Sunt & nonnulli alii ſerpentes in *China*, veneno irremediabili pollentes; quorum primus *Cabra de Cabelo*, id eſt, *Serpens capillatus* dicitur, de cujus lapide in Regno *Mogor* jam ampliſſima mentio facta eſt; alter adeo lethifero toxico turget, ut intra paucas horas hominem interimat; ita *Flora Sinenſis*; ſummo tamen in pretio habetur, ob medicamentorum, quæ inde componuntur, præſtantiam. Compoſitio ita inſtituitur: totus ſerpens amphoræ, quæ nobili, & generoſo vino repleta ſit, immergitur, ita ut capite ſolo conſtrictum per medium operculi foramen exſtet; hoc peracto igne ſuppoſito uſque ad ebullitionem ferveat vinum, & ſerpentis venenum paulatim in vaporem reſolutum totum per os expiret, caro deinde reciſo capite infirmis datur, & unicum illud pretioſum contra omnia venena antidotum conſervatur.

Teſtitudines alatæ.

Teſtudines in Sinico Oceano adeo grandes reperiuntur, ut, *Atlante* teſte, eminùs ſpectantibus ſcopuli videantur. *Flora Sinenſis* in Regno *Honan* teſtudines reperiri, ſubinde viridi, nonnunquam cæruleo colore imbutas; Eſſe quoque nonnullas, quæ pedibus alas adjunctas habeant, ut hoc pacto tardiſſimum progreſſum alarum velocitate compenſent. Ego quidem, quantum conjecturare poſſum, pennigeras alas hiſce adnatas non facilè aſſererem, cum hoc natura teſtudinum, ex primis naturæ principiis repugnare videatur, ſed teſtudines viſcoſum quendam liquorem circa pedes emittere, ut in Figura patet, qui cum tempore in cartilagineas, veluti branchias quaſdam, extendatur, quarum ope non tam volare, quàm ſaltando progreſſum promovere videatur, cum ſubindè multa in vulgus ſpargantur, quæ ſenſati, ac longâ experientiâ viri docti, ubi ea ſtudioſiùs examinaverint, aliter omnia, ac fama ferebatur, reperiunt. Atque hæc ſunt, quæ de rarioribus *Chinæ* animalibus comperi, ut proinde Dei Opt. Max. admirabilem in rebus omnibus diſpoſitionem & ſapientiam admirari, & laudare non ceſſemus.

CAPUT

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




# CAPUT XI.

## *De Lapidum, Mineraliumque in* China *admirandis.*

IN Lapidibus Mineraliumque Oeconomia non minora Naturæ ludibria reperiri, *Atlas Sinicus*, cæterique Scriptores teſtantur. In provincia *Huquang* ad montem *Xeyen* poſt lapſas potiſſimum pluvias, lapides reperiuntur, quæ hirundines dicuntur; has enim ita exprimunt, ut præter vitam nihil ipſis deſit, imò inter eas mares, & fœminas ex colorum varietate Medici diſtinguant, iiſque ad medicamenta conficienda utantur. Ego ſuppoſitâ, narrationis veritate, dicerem ſanè non à Natura, hoc eas corporis habitu, è ſaxis efformatas eſſe, ſed dum vivæ eſſent, & in terræ fiſſuris laterent, ſucco, ſeu vapore petrifico in lapidem converſas fuiſſe, quas deinde imbrium, pluviarumque aquâ, ex meatibus terræ fluxu ſuo, evolutas in conſpectum det; cujus rei varia animalium, tum hominum, quadrupedumque, tum volucrium in lapides converſorum exempla vide *Libro* VIII. *Mundi Subterranei*.

Hirundines lapideæ.

Narrant Geologi *Sinæ* Lapidem in *Xenſi* Provincia reperiri, qui juxta incrementum decrementum-ve

Lapis ad incrementum, & decre-

mentum Lunæ creſcens & decreſcens.

ve Lunæ creſcit, inæſtimabilis apud eos pretii, ſed & hunc eundem effectum præſtare apud nos Sileniten, plerique tradunt Naturalium rerum Scriptores. Ego dico, eſſe Talci ſpeciem, ſive lapidem ſpecularem, quem ſummo ſtudio ſæpè obſervavi, non ſolùm ad Lunæ ſplendorem lucere, ſed & veluti in ſpeculo quodam Lunæ ſive plenæ, ſive dichotomæ, ſive ſextilis figuram perfecte exhibere; undè de Lunari hoc lapide juxta phaſes Lunæ, nunc creſcente, nunc decreſcente fabulam natam eſſe putem; dum enim figuram Lunæ ſub quacunque phaſi, veluti in ſpeculo, exhibet, ſimplices reali lapidis incremento decrementove, phantaſmate illo illuſi id adſcripſerunt, quod non niſi in ſpeculari ladide ἀνακαμπτικῶς, ſive reflexo Lunæ radio repræſentatur; & indè patet, quod lapis ſemper ſibi ſimilis, nulla in ſe mutatione facta, quacunque Lunæ phaſi, in quacunque tandem rerum exhibitione perſiſtat.

Terra *Quei.*

Illic quoque terra reperitur, quam *Quei Sinæ* vocant; mineralis terra candidiſſima mirificè à mulieribus ad fucum appetita, coſmetica ſiquidem virtute pollet, aqua diluta, & hoc pacto ad nævos, maculaſque corporis extergendas mirè opportunam tradunt, unde Sinico nomine *Quei xi*, id eſt, *Nobilem fœminam* vocant. Ego ceruſſam mineralem ex plumbo & antimonio, ſeu ſtibio miſcellam eſſe puto, quæ & in multis *Europæ* locis reperitur; ut proinde nil in hoc admiratione dignum occurrat.

Lapis Vaccinus.

Lapis in provincia *Xantung* è vaccarum ſtomacho educitur, lutei coloris, magnitudine ſubinde ovum anſerinum æquat, ſoliditate Bezoartico cedit; levioris enim ſubſtantiæ eſt, & illo præſtantioris virtutis à Medicis judicatur. Oſtendimus nos in Muſæo noſtro ſimilem ex vaccæ ſtomacho eductum, qui tamen minimè ex terreſtri ſubſtantia compoſitus videtur, ſed ex minutiſſimis fibris herbarum, quæ indigeſtam hanc molem conſumpto ſucco in ſtomacho boum convolutam, in globum ſuperinductâ, ſubfuſcâ pelle, efformant, quem ego eundem eſſe puto, quem *Bellonius* lapidem fellis vocat *l. 3. de ani:* aut quem *Arabes* هرزي *Harazi* appellant.

Non dicam hîc de laboribus, quos in Bombycum & Serici cultura adhibent *Sinæ*; unde tanta byſſi, ſericique copia provenit, ut toti Orbi ſufficere jure poſſit; unde non ſine ratione eam, quam *Ptolomæus* Sericam vocat Regionem, aliam non fuiſſe, quàm *Chinam* conjicio. Eminet inter cœteras hiſce provincia *Chekiang*, utpote quæ bis quotannis bombyces educit, eorumque culturam bis mille & octingentis annis ante noſtræ Salutis adventum priſcos exercuiſſe, *annales* eorum referunt.

Bombyces.

In Provincia *Kiamſi* ad montem *Yangkiu* mirabile ſaxum conſpicitur, quod à Natura, vel arte in humanam figuram adaptatum varios, pro varia aëris futuri temperie, colores induere ſcribunt *Sinenſes Geologi*; ex his enim futuram ſive ſerenitatem, ſive pluvias ſe prædicere poſſe ſibi perſuadent; Ego ea theleſmata Magica eſſe puto, cujuſmodi plura in *China* ſpectantur, à Magis, Magiſtro Satana ad ſuperſtitiones propagandas conſtituta; & ab *Arabibus* طلسمات *Thaleſmat* dicuntur.

Saxum ἀνθρωπόμορφον.

Sed progrediamur ad mirabilem naturam Aſbeſti paulò exactiùs deſcribendam,

*Atlas Sinicus* ait, in *Taniu Tartariæ* Regno ſupra lapides naſci herbam quandam, quæ ab igne non conſumatur; hæc enim in ignem projecta, rubeſcit quidem, & aliquo modo igneſcit, at educta ex igne mox priſtinum candorem recuperat, nonnihil in cinericium declinantem; non adeò in longum excreſcit, ſed ſub forma capillaris excreſcentiæ, fragilis & imbecillis conſiſtentiæ, aquæ impoſita in lutum abit, ſtatimque conſumitur. Atque hæc eſt deſcriptio herbæ aſbeſtinæ; in qua ego inſignem errorem noto, dum herbam illi

Aſbeſtus, igne inconſumptibilis.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

illi putant, quod nos pura lapideæ ſubſtantiæ filamenta aſſerimus: per abuſum itaque, vel imperitiam hominum, qui dum lapidis hujus effloreſcentiam ſpectant, herbam ex lapide excreviſſe inconſultâ naturâ arbitrantur. Hic abuſus quoque Latinos inter Authores comperitur, dum filamenta hujuſmodi linum dicunt, non quod revera linum hujuſmodi ex vegetabilium œconomia depromptum ſit, ſed quod inſtar lini filari & texi poſſit. Eſt itaque fuſtis hujus herbæ nihil aliud, quàm effloreſcentia quædam ex lapide asbeſto, qui in *Tartariæ* regionibus paſſim reperitur, evibrata; non ſecus ac mineralium, ſalium effloreſcentias ἐξανθήματα, ſive *arbores metallicas* per κατάχρησιν appellare ſolemus. Habeo & ego magnam hujus Asbeſti, ſive Amianti, ut vocant, in Muſæo noſtro copiam; cujus filamenta digitis ſoluta prope propius herbarum fibras exprimunt, è quibus contuſis, & certo modo præparatis chartam confici, quæ literis exarata, & in ignem conjecta, ſtatim conſumpto atramento chartam candidam exhibebat, novis literis inſcribendis aptam. Quomodò verò, aut quo arcano artificio id in fila duci queat, in XII, *Libro Mundi Subterranei*, tanquam magnum & paucis notum ſecretum innui.

*Asbeſti ſive Amianti mirabilis proprietas.*

*M. P. Venet.* Meminit hujus mineralis quoque Marcus Paulus Venetus lib. 1. Itinerarii ſui, c. 47. *Eſt*, inquit, *in provincia* Chinchin (quod eſt *Tartariæ* Regnum) *mons, in quo inveniuntur mineræ chalybis & Salamandræ, de hac fit pannus, qui in ignem projectus non comburitur. Fit autem pannus ille de terra in hunc modum, uti quidam è ſociis meis Vir ſingulari præditus, induſtria curioſior, nomine* Turcus, *me edocuit, qui in provincia dicta mineralium operi præfuit. Invenitur in monte illo minera quædam terræ, quæ fila producit lanæ haud diſſimilia, & hæc ad Solem conſiccata in mortario æneo conteruntur, deindè lavantur, & quidquid terrarum illlis adhæſerit, ſubmovetur; demùm fila illa ſic purgata & attenuata, ut alia lana nentur, atque in pannum contexuntur; & quando pannos illos volunt dealbare, projiciunt eos ad horam integram in ignem, & tunc ex flammis illæſi educuntur nive candidiores, haud ſecus purgant eos, ſi maculas aliquas contraxerint, nam alia præter ignem lotura illis non adhibetur. De Salamandra verò ſerpente, qui in igne vivere dicitur; nihil explorare licuit in Orientalibus Regionibus. Ajunt tamen* Romæ *mappam quandam haberi ex Salamandra contextam, in qua ſudarium Domini involutum retinetur, quam Rex quidam* Tartarorum *Romano Pontifici miſit.* Hæc de Asbeſto Marcus Paulus Venetus, ubi per Salamandram non intelligitur, uti ſimpliciores credere videntur, ſerpens, qui in igne paſſim vivere dicitur, ſed de Asbeſto, ſive Amianto, quod in igne non ſecus ac Salamandra ſine ulla noxa perduret, κατὰ τὴν μεταφορὰν dictum velim. Quamvis etiam quæ de Salamandra ânimali in igne incorruptibili, pyrauſtiſque dicuntur, fabuloſis veriùs, quàm veris hiſtoriis adſcribenda putem; Cum, uti in VIII. *Libro Mundi Subterr.* documus, nullum animal in valido igne ſine ſui corruptione exiſtere poſſe: undè igitur fabula originem duxerit, aperiam.

*Salamandra cur dicatur Asbeſtus.*

*Salamandra quid?*

Salamandra ex eorum numero, quas Lacertas vocant, ſpecies quædam eſt; Lacerta videlicet nigra, & aureis maculis inſignita, cæterum animal muco, & viſcido humore aſpectu horridum & nauſeâ plenum, vel ex eo capite, limacum inſtar, tardiſſimi progreſſus; hoc in *Germania* ſæpius me vidiſſe memini, quod vix niſi poſt frequentes imbres ex humidis & lutulentis ſpecubus exire ſolet, Germanicè **Mollen** vocantur. Hoc itaque animal cum frigidiſſimi juxta, ac humidiſſimi temperamenti ſit, & totum quaſi ex mucore conſtitutum, ſi quis ſupra carbones accenſos impoſuerit, id illos nimia ſua humiditate, viſcoſitate plenâ, ſtatim extinguat, quod idem fieri in limacibus expertus ſum: Si quiſpiam

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quiſpiam vero illos in ignem validum projecerit, is eas, non ſecus ac alia combuſtibilia, in cinerem protinùs converti reperiet; Quod idem Franciſcus Corvinus in Salamandra, ei ex *America* tranſmiſſa, ſe expertum eſſe teſtatus eſt. Quod vero *Marcus Paulus Venetus* dicat de Salamandra contexta & *Romæ* detenta, in qua Sudarium Chriſti involutum ſit, de eo nihil hucuſque comperire licuit, & ſi foret, id non de Salamandra lacerta, ſed de aſbeſtina tela, quæ per ſimilitudinem quandam Salamandra dicitur, intelligendum foret.

Eſt in provincia *Kiamſi* ad Borealem ripam *Po* fluminis urbs *Iaocheu*, aquarum fluminumque irrigatione pulchra, amœna, & cum primis delicioſa. Hæc Urbs, id ſola, quod in totius Orbis admiratione, & ambitione eſt, poſſidet; ſuntque vaſa illa pretioſiſſima, quæ *murrhina*, ſeu *porcellana* vocant, à Regibus & Principibus tantopere æſtimata, de quorum materia magna inter Authores lis & controverſia: Sunt qui terram quandum mineralem poſt centum annorum durationem ſubterraneam, ſuam nanciſcatur perfectionem; Non deſunt, qui fabulis quoque propudioſis annexis, neſcio ex qua materia eam oriri velint, ſed Patres noſtri experientiâ ſenſatâ, oculari que docti, quænam illa ſit materia, quis eam elaborandi modus, & ratio, tandem detecta varietate nos ab omnibus falſitatis conceptæ erroribus liberarunt, & inter cæteros curioſiſſimus Martinius, qui hoc argumento in ſuo Atlante Sinico fol. 37. ſcitè ſanè proſequitur his verbis: *At quod maximè eam commendat, eſt elaboratio & copia ſcutellarum Sinenſium, quas* Porcellanas, *neſcio undè petito nomine vulgò vocant: quæ nullibi in toto Regno fiunt præſtantiores, quàm in pago* Feulcang *civitatis: Licet enim alibi terram, ex quà fortè confici poſſint, habeant, nullo modo ad eas accedunt, quæ in hoc pago fiunt, imò quod admiratione dignum, terram, ex qua eas efformant, non ex hujus provinciæ ſolo hauriunt, ſed ex* Kianguan *provinciæ urbe* Hoeicheu *advectam accipiunt, nec ibi, licet tanta illius adſit terræ copia, ullo modo effingere illas queunt; ſunt qui id aquarum temparaturæ adſcribant. Ex hoc ergò hujus urbis pago omnes ſcutellæ illæ, ac vaſa Sinenſia ſunt; quæ à ruſticis, rudibuſque hominibus figlina arte elaborantur, eodem modo, quo* Faenſes *in* Italia: *Coloris varii ſunt, licet omnes ex ſubtiliſſima illa argilla, ac aliquantulum diaphana conſtent, quæ colore illiniuntur croceo, variiſque Draconum figuris illuſæ ſunt, Regio deſtinantur palatio; pro vulgo fiunt rubræ, luteæ ac cæruleo colore, ad quem effingendum glaſtum à* Sinis *adhiberi ſolet, quod ibi magnâ reperitur copiâ, præcipuè in Auſtralioribus Provinciis, quo etiam ad tingendas veſtes utuntur. Quàm verò rara, ac præclara vaſa hîc fiant, longum eſſet referre, nullam formam, nullum florem, figuramve finges, quæ non eandem ex porcellana argilla apud illos admittant: quanta verò horum vaſorum ſit copia, facilè quivis colliget ex ea, quam quotidiè videmus in* Europa *noſtra. At miror, undè hic increbuerit rumor, ex ovorum teſtis, aut contuſis conchulis marinis præparari hanc materiam, idque ex relatione quorundam centum annorum ſpatio repoſitam ab avis pro ſucceſſuris nepotibus: planè rerum gnaris ridicula ſunt hæc, & merè commentitia, namque omnia ex terra, quæ ad hunc pagum ex urbe vicina* Hoeicheu *advehitur, figlina arte fiunt; terra autem illa non pinguis, ut creta eſt, ſed veluti arenula pellucida, quam macerant, & aſperſâ aquâ in maſſam cogunt, quin & ex fractis vaſculis denuò fruſta comminuunt, atq; iterum nova vaſa efformant, ſed hæc ad priorem vix accedunt nitorem, aut pulchritudinem; quod præterea hæc vaſcula commendat, eſt; quod eduliorum etiam ferventium vim innoxia patiuntur, imo, quod magis mirandum, fruſta inter ſe claviculis æreis, filoque conſuta liquorem continent, nec tranſmittunt: hujus ſutoriæ artis periti totam paſſin* Sinam *obambulant, ii ad foraminula efformanda ſubtiliſſimum adhibent terebellū(* Vulgo *dril* vocant*) cujus cuſpis ex adamante eſt, quali hyalo ſculptores apud nos ferè utuntur, aut ii potius qui apud*

Vaſa Porcellana.

*P. Martinus Martinius* de vaſis Porcellanis.

Mediola-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

diolanenſes *cryſtallum montanam perforant*. Hæc P. Mart.

Minerarum in *China* copia.

Montes *Sinarum* omni mineralium, metallorumque genere referti ſunt; nec deſunt, qui auri, argentique mineras fœcundiſſimas habeant, quamvis edictis Regiis eas excolere non permittatur, eo quod ob virulentas, ut ajunt, terræ exhalationes foſſores innumeris paſſim morbis expoſiti avaritiam tandem morte luant, vitam autem hominum auro pluris fieri debere par eſſe. Undè aureis ſolummodo contenti ramentis, quæ ex fluminum, fontiumque limo educunt, cæterùm fodinarum ſcrutinio cum vitæ tot hominum periculo incumbere, ſupervacaneum eſſe exiſtimant.

Fodinæ non coluntur à *Sinis*.

Alchymiſtæ Sinenſes.

Chimici tamen, ut ubique locorum, ita & in *China* potiſſimùm auri ſiti torti, artem ſuam, tametſi impoſturis, fuciſque infamem, tantis tamen verborum ampullis depingunt, ut etiam maximis potentiſſimiſque Regni Magiſtratibus artis veritatem perſuadeant, dum non aureos ſolummodo montes, ſed & immortalitatem in hac vita ſtultæ plebi arte ſua pollicentur, quorum tamen idem prorſus, qui *Europæorum* ſcopus eſt, ſplendidè mentiri, & plus æquo credulos, avaroſque iſtiuſmodi offuciis fallere & dementare.

Primus Alchymiæ profeſſor in *China*.

Eſt in provincia *Suchuen* parvus Lacus *Yotan* ad urbem *Pukiang* ſitus, vel ex hoc nomine celebris, quod Hoangtius Alchymiæ primus profeſſor hic chryſopœiæ operam dederit, 2500 ante Chriſti adventum annis. Verùm cum hujuſmodi veriùs nugas, quàm antiquitates in *Libro* XI. *Mundi Subterranei* quàm ampliſſimè confutatas exhibuerimus, illuc Lectorem remittimus. Imperium tamen auro, cæteriſque metallis dives eſſe, ſuprà dictum eſt, & multitudo thermarum, ſalium omnis generis, communis, nitri, aluminis, vitrioli, ſulphuris, & ſubterraneorum ignium copia id facile convincit, unde varii iſti aquarum nigrarum, viridium, flavarum, rubearumque, quibus tinguntur, colores, ubique paſſim occurrunt.

Fons inſolitus.

Eſt & in provincia *Honan* fons, cujus extima aquarum ſuperficies cùm frigidiſſima ſit, ſi tamen paulò profundius manum immerſeris, calidam ferventemque aquam ſis reperturus, cujus rei cauſam uti *Sinæ* ignorant, ità facilè quoque admirantur. Certè plures hujuſmodi me in *Italia* vidiſſe memini, & potiſſimum in Lacu *Albunæo Tyburtinæ* Urbi vicino, in cujus ſuperficie aqua perpetuo friget, profundior verò contrà ſemper fervet: Ratio hujus facilè aſſignatur: cum enim ſuperficies frigidi ambientis aëris beneficio continuò perfletur, eam frigidam manere neceſſe eſt, interno calore externi efficacia veluti retuſo, habetque veluti caloris ſui gradus quoſdam, ita ut in fundo aqua ſit calidiſſima, in medio calidiuſcula, & deinde tepida, & ultimò tandem frigida. Sed de hiſce vide quæ in *Itinerario* noſtro *Hetruſco* & *Latio* de hiſce fuſius egimus.

Lacus *Albuneus Tyburtinus*.

Puteorũ igneorum mira vis.

Unum hoc loco apponam, quod niſi Patrum Noſtrorum oculari teſtimonio comprobatum eſſet, παράδοξον merito videri poſſet. Sunt in provincia *Xanſi* putei ignei non ſecus ac aquei apud nos, qui paſſim in dicta provincia viſuntur, magnoque compendio ac ſumptuum parſimonia ad cibos coquendos adhibentur. Hoc autem pacto procedunt: Putei orificium ita clauditur, ut præter ollam, aut cacabum nihil aliud admittat, eo fine, ne calor per laxiora foramina diſſipatus obturatis ſtricte terminis magis magiſque intendatur, atque ita nullo pœne labore cibos intra breve tempus Indigenæ excoquere conſueverunt. *Atlas* ait, *Audivi quandoque hunc ignem craſſum eſſe, neque admodum lucentem, aut diaphanum, calidus quidem eſt, ſed ligna injecta non comburit, quin & in tuborum majorum concavitate collectus conſtrictuſque facilè circumferri poſſit, & cum libuerit, ad coquendum eo uti quis valeat, ſiquidem aperto in tubo foramine, erumpens ignis res leviores facilè elixat, donec exſpiraverit miro ſanè Naturæ artificio: Si res ita ſeſe habeat, neque enim ipſe coram vidi,*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*adeoque fides ſit penes Authores Sinicos, quos in iis, quæ comperi, rarò fallaces inveni. In tota hac Provincia carbo ille effoditur, qualis ferè apud* Belgas Leodienſis *eſt, eâ ad alendum ignem & hypocauſta calefacienda Boreales* Sinæ *paſſim utuntur, prius contuſos perfringunt (lapides enim ingentes & nigerrimos effodiunt) tum aquâ perfuſos miſcent, maſſaſque conficiunt; difficulter quidem ignem concipiunt, at conceptum ſemel diutiſſimè vegetum, urentemque fortiſſimè retinent. Fornaces in hypocauſtis Sinicis, uti in* Germania *ex lateritio opere fiunt, & nonnunquam ad modum lectuli exſtructæ, adeò ut in cœnaculis non fornacem, ſed lectum te videre credas, & illis etiam ad incumbendum ſat commodè hybernis temporibus ſervit.* Hucuſque Atlas.



Similes putei & in *Europâ* inveniuntur.

Ad igneos itaque puteos quod attinet, dico illos nihil aliud eſſe, quàm canales, ſeu caminos ex profundiſſimis terræ viſceribus, id eſt, è pyrophylaciis, ita enim in noſtro *Mundo Subterraneo* vocamus ignis Subterranei receptacula, quorum orificium in ſuperficie terræ eminens non poteſt non præſtare dictum in coctione ciborum effectum, ob vaporum, halituumque, perpetuo indè exſpirantium, intenſiſſimum calorem. Neque quiſpiam putet, in ſola *China* hujuſmodi Naturæ prodigia ſpectari, cum in pluribus *Italiæ* & *Siciliæ* locis ea paſſim obvient, potiſſimum hujuſmodi in Puteolano Vulcani foro, ſeu Campis Phlagræis, quam & Sulphaturam vocant, me obſervaſſe memini; Siquidem hujuſmodi canales adeo ardentem exſpirant ventum, ut ſi quis orificio ejus ollam carne refertam imponeret, intra quadrantis horæ ſpacium

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

cium haud dubiè carnem optimè coctam ſit reperturus. Nihil itaque inter noſtros & *Sinicos* ignium puteos differentiæ eſt, niſi quod nos hujuſmodi Naturæ beneficium in culinæ uſum non convertamus, *Sinæ* verò data hac oportunitate ad ſumptibus in lignis cremandis parcendum, inſigni ſanè emolumento utantur: Idem igitur accidit in igne quod de Æolio Cœſiorum monte diximus in *Itinere Hetruſco*, cujus frigidiſſimum ventum cives per canales non ſecus, ac aquam per rivos, quiſque in domum ſuam ad refrigerandos tum fructus, tum potum æſtivo tempore, deducunt; ita quoque *Sinæ* igneum hunc ſubterraneum calorem per diviſos veluti canales rivorum inſtar ad ciborum cocturam derivare conſueverunt, atque adeo res non tam mira, quàm inſolita nobis eſſe videtur. Vide Figuram in qua A pyrophylacium ſubterraneum A B, A C, A D, canales pyrogogi, orificia E, F, C ſupra quæ ollæ ponuntur.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# ATHANASII KIRCHERI
# CHINÆ
# ILLUSTRATÆ
## PARS V.
## DE ARCHITECTONICA,
### Cæteriſque Mechanicis Artibus
### *Sinenſium.*

### PRÆFATIO.

*E*Tſi Sinæ *non eam obtineant Scientiarum Specu-latiuarum notitiam, ut cum* Europæis *comparari queant, earum tamen ſunt capaciſſimi, uti ex Curſu Philoſophico Conimbricenſium in Linguam Chinicam converſo patet, cujus ſubtilitates ita facilè comprehenderunt, ut noſtris non cedant; Mathemata quoque etſi præter Aſtronomiam & Calculatoriam vix reliquas ſpecies nôrint, continuò tamen uſu à noſtris Patribus exercitati, libriſque impreſſis ita profecerunt, ut admirationi omnibus fuerint, imò quidpiam nobis etiam altius ſapere velle videantur. Nihil olim ne nomine quidem de Geometria, Optica, Muſica, Staticâ, Horologiographia, nihil de cauſis Naturalium, abditarumque rerum virtutibus nôrant, noſtrorum tamen editione librorum adeò illuminati fuerunt, ut & ipſi nonnihil de occulta Philoſophia in lucem edere paulatim attentarint; Quemadmodum verò nihil Ethica & Politica ad vitæ humanæ felicitatem conducibilius cenſent, ita huic omnes maximè operam dant, hanc excolunt ſolam tanto ſtudio & aſſiduitate, ut qui majorem hujus notitiam aſſecutus fuerit, illum ad majores Imperii dignitates capeſſendas aptiorem judicent: Comprehendunt autem ſub illa Ethicam & Oeconomicam tum ad privatos, tum ad domeſticos mores formandos aptam, ſive Monarchicam Politicam ad publicum regimen conducibilem. Ultimam hujus Politicam, dici non poteſt,*

Cultus ſcientiarum apud *Sinas.*

*quanto-*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Cultus Politices maximus apud *Sinas.*

*quantoperè excolant, quanto & quàm miro ordine ad Imperium adeò vaſtum ab omni rebellione immune conſervandum, leges ſuas diſponant; quanta cura ad Rerumpublicarum adminiſtrationem intendant; undè evenit, ut Regnum ubique locorum ſit cultiſſimum; Et quia Agricultura meritò primum locum, ex qua ſalus populorum dependet, obtinet, huic unicè ita ſtudent, ut vix locus ſit, qui non ſummâ induſtriâ excolatur. Secundo eſt mercimoniorum ingens negotiatio, quâ fit, ut totius Imperii incolæ, quà terrâ, quà fluminibus, quibus totum irrigatur, innumerabili navium multitudine inter ſe negotientur. Quod ut quam commodiſſime fiat, pontes ubique locorum admirabili ſtructura ſplendidi, ſunt obvii; Si quandóque aſperiores montium anfractus occurrerint, incredibili ſumptuum laborumque expenſâ viæ publicæ ſtratis lapidibus ad commodam ultro citróque commeantium opportunitatem exſtructæ ſunt, & ne fluminum diverticulis cœteriſque impedimentis itinerantium commoditas retardaretur, miro artificio canales extruxerunt, de quibus ſingulis ordine nonnihil dicendum.*

# Caput I.

## *De Pontibus reliquiſque prodigioſis* Sinenſium *Fabricis.*

Uti nihil ad negotiationes ritè perficiendas Pontibus commodius eſt, ita quoque univerſum Imperium tot admirandis Pontium fabricis ſplendet, ut hac in re nulli in Orbe terrarum Nationi cedere videantur, tanto ubique numero, ut in nonnullis primæ magnitudinis urbibus *Nanquin*, & *Hancheu* aliiſque ad decem millia numerentur, & *Paulus Marcus Venetus*, quæ de *Quinſai* Urbis pontibus narrat, Noſtrorum relationibus prorſùs conſentiant. Sed de hac Urbe vide in præcedentibus fuſiùs actum.

I. Primi Pontis *Loyang* dicti in provincia *Fokien* ſtructura omnem admirationem ſuperat, quem Præfectus quidam nomine *Cayang* extruxit, ejus longitudo ultra 360 perticas protenditur, latitudo ejus ſeſquiperticam obtinet, priuſquam pons extrueretur, navibus patebat tranſitus, ſed ob æſtus vehementiam naufragiis infamis, undè pons hic fabricatus, in cujus fabricam inſumpta ſcribuntur quatuordecies centena aureorum millia, de quo ita ſcribit Atlas: *Iacet* Loyang *pons ad Urbis* Barrolybicum *ſupra* Loyang *flumen exſtructus, dicitur etiam* Vaugan *pons, hunc ædificavit Urbis Præfectus dictus* Cayang, *ejus longitudo ultra trecentas & ſexaginta perticas protenditur, latitudo autem ſeſquiperticam obtinet, priuſquam pons ſtructus eſſet, navibus patebat tranſitus, ſed quotannis propter æſtus vehementiam quamplurimæ cum ipſis vectoribus mergebantur, optabat* Cayangus, *ut hominum, ac præſertim ſuorum ſaluti & incolumitati conſuleret, pontem exſtruere, ſed cum ad hoc opus hominum vires nullo modo intelligeret ſufficere, videretque maximam aquæ altitudinem, fundamentis jaciendis minimè aptam eſſe, invocato maris ſpiritu petiit, ut æſtum contineret, obtinuitque* (ſi credere fas eſt) *poſtquam maria omnia fuère pacata, atque uno ac viginti diebus ceſſavit æſtus, tum demum fundamenta jacta, inſumptaque ad quaterdecies centena aureorum millia:* Hæc Ille. Sed nos

Pons urbis *Loyang.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

relictis fabulis ad pontem verè omni admiratione digniſſimum veniamus: Bis ego eum, ait *Atlas*, non ſine ſtupore inſpexi, atque accuratè notavi omnia: totus ex eodem ſecto, nigricanteque eſt lapide, nullum habet arcum ſeu fornicem, ſed pilas ex lapidibus ingentibus ſtructas ſupra trecentas, omnes maximi navigii figuram habent, utrimque in angulum acutum deſinentem, ut minus aquæ vim ac alliſionem ſentiant: in ſuprema lapidum coagmentatione à pila ad pilam quinque, iique omninò æquales lapides ſpatium, quod in latum eſt, occupant: Lapis quivis ad duodeviginti latus eſt paſſus meos communes, quos ibi modeſtè inambulans ad menſuram adhibebam, & duos omninò latus, ac totidem altitudo ſeu craſſities obtinet: Sunt ergò ſimiles omninò & æquales ibi ingentes illæ lapideæ, ut ſic dicam, trabes mille & quadringentæ, ſtupendum omninò opus, non ex eo tantum, quod pilis impoſitæ tot hujuſcemodi moles ſint, ſed vel maximè quod tot tantæque adeóque æquales uſpiam reperiri, exſcindique potuerint: ne verò tranſeuntes delabendi ullum ſubeant periculum, podia ex eodem lapide utrimque cum leonibus ſuis baſibus inſiſtentibus adſtructa ſunt, ſimiliaque plura addita ornamenta; ſed notandum me illic tantùm deſcribere pontis hujus partem, eam nimirum, quæ eſt inter *Logan* oppidum & caſtellum ſupra ipſum pontem ædificatum, illo enim ſuperato alia pars pontis ſequitur ſuperiori haud multò minor, cæterùm totus æqualis. Quod ad ſumptus attinet, parvi hi fortè cenſebuntur ab *Europæis* pro tanto opere, verùm illud hîc conſiderandum eſt, maximam operarum partem apud *Sinas* gratis ſervire debere, cum publicum quid exſtruitur, eorum verò quibus ſtipendium ſolvitur, adeò exilis eſt merces, ut unius *Europæi* ſtipendium hîc facile pro decem ſit ſatis. Hujus pontis mentionem quoque facit *Paulus Marcus Venetus*, dum *Xartem* urbem deſcribit.

300 Pilis conſtat.

II. Spectatur & in provincia *Queicheu* pons *Tienſem*, eò quod à cœlo factus videatur, ſic dictus, eximium ſanè Naturæ opus, ſiquidem ex uno conſtat lapide ſupra torrentem *Tanki*, cujus latitudo perticas duas, longitudo viginti adæquat. Ego putem olim hunc locum monte clauſum fuiſſe, ſed torrentium impetu & violentia cum tempore roſum, excavatumque pontem hunc reliquiſſe, uti in multis quoque Alpeſtribus *Helvetiorum* locis cum admiratione ſpectantur.

Pons *Tienſem* ex uno lapide.

III. In provincia *Xenſi* pons videtur à Duce exercitus *Chang leang*, ad montium aſperitates, voragines, & præcipitia ſuperanda, ingenti opere extructus, in quo extruendo totus Exercitus ad multa centena hominum millia deſudaſſe feruntur; ſecti integri montes, exſurgentibus utrimque quaſi ad perpendiculum montium ſectorum parietibus adeò altis, ut in cœlum attolli videantur, unaque ipſa via lumen ab alto illapſum admittat, alicubi lignis, trabibus, aſſeribuſque ſtratis de monte ad montem pontes ſtruxit, intra ipſas montium, rupiumque commiſſuras exterebratis, exciſiſque foraminibus, quibus impoſitæ trabes ſuſtentantur, præcipuè ubi torrentes ex montibus delapſi quaſi viam ſternunt, quorum ſemitas ſæpè ſecutus eſt, alibi ubi valles latiores ſunt, columnæ adhibitæ, atque hujuſmodi pontibus tertia ferè itineris pars conſtat, tantâ autem ſubindè per intervalla ſunt altitudine, ut fundum voraginis aſpicere vix audeas; Viæ latitudo quatuor equitum capax eſt, & ne viatoribus per præcipitia fortè ex pontibus dilabendi aliquod immineret periculum, addita ſunt utrimque podia, fulcraque ferrea, aut lignea, vocaturque *Cientao*, id eſt, *pons fulcrorum*, ob compendium itinerum, quod cum ex civitate *Hanchung* ad Metropolim *Siganſû* iter 20000 ſtadiorum per ambages facere cogerentur, id per hujuſmodi montes non niſi 80 ſtadiorum intervallo conficiant, exſtructus.

Pons mirabilis.

IV. Ali-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Pons Volans, ex monte ad montem unico arcu extructus 400 cubit. altitud. 500 cubit.

IV. Alius pons in hac eadem Provincia *Xenſi* prope *Chogan*, ad ripam *Fi*, ſpectatur, prioribus non minùs mirabilis; ſiquidem de monte ad montem unico extructus arcu, cujus longitudo 40 Sinenſium perticarum, id eſt, quadringentorum cubitorum eſt; altitudo vero ſeu perpendiculum uſque ad flumen Croceum, qui ſub ponte tranſit, 50 perticarum eſſe fertur; undè *Sinæ* eum Pontem Volantem vocant. Quâ vero arte is conſtructus fuerit ſub unico arcu, quibus in extruendo ſuſtentabant, videant noſtrates pontium ſtructores. Nos hîc Figuram poſuimus, ex qua facile fabricæ ratio patebit. Similem huic ex monte ad montem conſtructum in *Gallia* prope *Nemauſam* vidi, qui tres contiguationes habet; prima quaternis arcubus conſtat, curribus tranſitur, altera duodenis arcubus inſtructa equitibus etiam tranſitum dat, tertia 36 arcubus ſpectabilis, aquæductui ſervit; & à veteribus *Romanis* conſtructus, dicitur vulgo *le pont du Gardon*, ſupra fluvium enim hujus nominis conſtructus eſt.

In provincia *Iunnan* ſupra profundiſſimam vallem, per quam torrens rapidiſſimo aquarum fluxu, atque impetu volvitur, pons ſpectatur, quem *Mingus Hamæ* familiæ Imperator anno Chriſti 65. condidiſſe fertur, non lateritio opere, aut ingentium ſaxorum coagmentatione, ſed craſſiſſimis ferreis catenis ad annulos hamis, unciſque, ex utraque montium parte, ita firmatos, ut ſuperimpoſitis aſſeribus pontem extruxerit; catenæ ſunt 20, quarum unaquæque 20 perticarum, id eſt, 300 palmorum longitudinem habet, quem cum plures ſimul tranſeunt, pons titubat ac hinc indè movetur, non abſque tranſeuntium metu ruinæ perculſorum, horrore & vertigine; ut proindè ſatis mirari non poſſim Sinenſium Architectorum dexteritatem, quâ ad itinerantium commoditatem tot ac tam ardua opera attentare ſint auſi.

Si porrò de montium præruptorum pontibus in planiora loca deveneris, vias publicas ingredieris, quæ meritò omnes in admirationem trahunt, quadratis lapidibus adeo ſtratas, ut per urbem te incedere credas; ubi vero tanſitum negare videbatur montium aſperitas, ibi tamen non defuit ingenium, neque eos cum facilitate tranſeundi modus, dum reſciſſis hinc inde rupibus, abruptiſque ac ſolo æquatis montium cacuminibus, impletis vallium concavis, magno faciendi per univerſam Regionem itineris compendio, incredibili hominum multitudine adlaborante, viam aperuerunt. (Ardua Opera.) In hujuſmodi viis publicis, certis intervallis, ad ſingulos nimirum lapides, ſeu metas milliarias, quæ decem ſtadia Sinica continent, diſpoſiti curſores, quorum ope breviſſimo tempore Diplomata, nec non Regia præfectorum Edicta celerrimè perferuntur; (Metæ milliariæ.) ad ſingulas octenas metas unius diei itinere erectæ domus publicæ, *Cun quon*, & *Teli* vocant, ad quas Præfecti ac Magiſtratus divertunt, Regioque ſumptu excipiuntur tabella præmiſſâ, quâ de eorum adventu, dignitateque reddantur certiores, præſcriptis dierum, quibus ad quælibet loca venturi ſunt, numeris. Fluminum quoque ripæ non ſecus, ac viæ regiæ, adornatæ ſunt, arbore nulla, aliove impedimento, niſi ad quinque cubitorum ab aquis diſtantiam relicto, ne remuleo pertrahentes naves ibidem retardentur; quin & littora multis in locis quadratis ab imo lapidibus erecta ſunt, interpoſitis, ſicubi neceſſitas poſtulaverit, lapideis plurimorum arcuum pontibus, ut horum operum magnificentia veteres *Romanos* ſi non ſuperare, ſaltem æquare videantur; tantus eſt omnium ad boni publici emolumenta procuranda ardor & ſtudium.

Nihil hîc dicam de ſplendore & magnificentia navium, earumque infinita pene multitudine, quæ in toto Imperio in nullo flumine deſunt, & quas tanto numero conſpicias, ut (Navium innumerabilis multitudo.)

Patrum

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Patrum Noſtrorum Teſtimonio, pluresne homines in navibus, an præſertim in mari vicinis Regnis, & urbibus degant, meritò quiſpiam dubitare poſſit. Sed de hiſce vide *Trigautium*, *Samedum*, *Atlantem*, *Marinum* alioſque.

Architectura ædium.

Ad Architecturam ædium quod attinet; Intra Mœnia privatorum domus haud admodum operoſæ, commodorum illi magis, quàm ſplendoris, aut ornatus curam gerunt, omnes utplurimum una contiguatione conſtant, plures incommoditatis cauſa, & in aſcendendo per ſcalas laborem pertæſi nolunt; undè quod in altitudine ipſis deeſt, id in longitudine recompenſant; undè mirum non eſt tantæ vaſtitatis urbes in *China* reperiri, ſi enim contiguationes v. gr. ædium Romanæ Urbis, aut Pariſianæ in longitudinem extenderentur, certè majorem in Orbe terrarum reperiri non poſſe crederem; ſolius Collegii Romani ſex contiguationes in longum diſpoſitæ ad quingentos quinquaginta paſſus geometricos pertingerent, id eſt, dimidium milliaris Italici & 50 paſſus inſuper expleret, ut interim ſileam hortos, templa, ſcholas, atria, quæ in planum diſpoſita vaſtam urbem conſtituerent; nitor prætereà urbium *Sinenſium Europæorum* non adæquat, cum nullas plateas verſus feneſtras admittant, omnibus intus vergentibus, haud ſecus, ac apud nos Monaſteria Monialium. Domus divitum ſplendidæ, & diffuſæ, reliquas ſuperant ædes Magiſtratuum, ſive Mandarinorum, quæ verè palatia dicere poſſis. In ſingulis Metropolitanis Urbibus 15, aut 20, aut ſæpè plures ſunt, in Urbibus reliquis utplurimum octo, in minoribus quatuor, formâ omnes ſimiles, niſi quod unæ aliis pro majori præfecti dignitate majores ſint, omnia Regiis ſumptibus ad præfectorum, vel militarium vel togatorum habitatione extructa; neque ſolùm palatia hiſce, naveſque ſuis ſuppeditat Imperator *Sinarum*, ſed & omnem neceſſariam ſupellectilem & victum & famulos. Majora palatia quatuor aut quinque habent atria cum totidem domibus in fronte atriorum; In frontiſpicio cujuſque portæ tres, maxima media eſt; utrumque portarum latus marmorei leones armant; ædes in varia habitacula pro varia habitantium conditione diſpartitæ. Primum hoc atrium aliud ſequitur, ad cujus terminos capaciſſima aula eſt, ingentibus ſuffulta columnis, *Tang* dicitur, in eâ jus dicit Præfectus, utrimque tabelliones & curſores publici ſuas habent ædiculas haud incommodas; Poſt hoc ſequitur aula interior priori nobilior, nomine *Sutang*, id eſt, *ſecreta*; intra hoc ſoli amiciſſimi ad colloquium & ſalutationes admittuntur: Sequitur tandem porta maxima & domus Præfecti uxorum, liberorumque habitationi percommoda & ornamentis ſplendida, adjacent nemora, horti, lacus, ſimiliaque ad voluptatem, amœnitatemque allectamenta. Hoc tamen omnia ſive domus, ſive palatia incommodi habent, ut quemadmodum omnia ex ligno ferè conſtructa ſunt, ita quoque incendio alicubi exorto, niſi obſtetur, integræ ſæpè urbes exiguo temporis ſpatio in cineres rediguntur; uti *Pekino* accidit, quæ urbs poſt *Nankingum* omnium vaſtiſſima à Rebelle & Tyranno ad initium irruptionis *Tartarorum* quadriduano incendio conſumpta fuit, à *Tartaris* tamen quadriennali fabricatione in priſtinum dignitatis ſtatum reſtituta. Artificium Architecti maximè in polyzoniis turribus, faniſque extruendis ponunt; de quibus in præcedentibus, ubi ex polyzoniis unam ad vivum expreſſimus, & revera fabricæ ſunt in admirationem trahentes, quotquot eas curioſiùs intuentur; putarunt quidam è noſtris Turrim Babylonicam ſimili modo extructam fuiſſe, de quo nos volente Deo ſuo tempore & loco. Claudam tandem de Sinicis fabricis argumentum celeberrimâ illâ, quæ tertiam fere *Sinarum* Imperii partem circumit, murorum fabricâ; opus ſane ex

Cur urbes in *China* tam vaſtæ ſint.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

ex iis, quæ humanâ potentiâ extructa ſunt, jure ſuo maximum; Ità autem res habet.

## *Murus Sinenſis.*

Murus Chinenſis.

De quo ita Atlas Sinicus. *Hujus*, inquit, *muri celebris quidem, ſed adhuc obſcura, uti video, apud eos fama eſt; is non unam, ſed quatuor omninò provincias, ſeu potiùs Regna ambitu ſuo cingit, quamquam mihi quidem hactenus de*

Longitudo.

*eximia ejus exiſtimata longitudine ſemper aliquid demendum viſum eſt: nec enim, quod trecentas leucas Germanicas ſuperet, invenio, ex quibus* 15. *uni Gradui pares; tota enim illius longitudo à Sinici maris, in quem* Yalo *fluvius ex* Tartaria *Orientali influit, ad uſque* Kin *civitatis montes, propè ripas* Crocei *fluminis, non excedit gradus viginti, licet illud, quod deeſſe ob parallelorum coarctationem videtur, abundè ſuâ inflexione & curvitate compenſet. Nuſquam interrupta ejus continua ſeries, præterquam ad Boreales partes Urbis* Siuen *provinciæ* Pequing, *ubi exiguum ſpatium tenent horridi & inacceſſi montes, qui firmiſſimum murum nectunt, & ubi* Croceum *fluvium ad ſe fauces admittit reliqua flumina minora; ab exteris ſubingredientia regionibus, arcubus hinc indè, fornicibuſque ſuper extructis ad inſtar pontis, admittit, cætera totus ſibi conſtans, ac ferè uniformis non per planitiem*




*modo, que in hiſce partibus ratior eſt, nec per montium crepidines tantum, ſed & qua ipſos montes tranſcendit; certis intervallis altiores habet turres, portas etiam quaſdam ad exeundum, ubi neceſſitas poſtulat, & illis caſtella vicina munitiſſima tum ad muri cuſtodiam, tum ad militum habitationem aptè diſpoſita,*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*ſpoſita, ut in Mappa videre eſt; habuit enim, aluitque ad ejus cuſtodiam, qua longè ab Ortu in Occaſum patet, Imperator Sinicus, haud minus quàm millionem, ut vocant, militum, ſeu decies centena millia. Muri altitudo* 30 *Sinenſium cubitorum eſt, Latitudo duodecim, & ſæpius quindecim:* Sinæ *quidem* Vanli ching *vulgò dicunt, hoc eſt,* decem millium ſtadiorum mœnia, *quo numero ingentem & prodigioſam muri longitudinem denotant, cum enim* 250 *Sinica ſtadia gradum unum Æquatoris conſtituant, extenderetur illius longitudo ad gradus omninò* 40, *qui longius ſpatium occupant, quam tota hæc extrema* Aſia *in longitudinem excurrat.*

1000000 cuſtodum muri.

Altitudo ejus.

*Inchoavit hoc opus* Xius *Imperator* Chinæ *imperialis familiæ auctor, qui Sinicos Imperatores omnes, & operum magnitudine, & rerum geſtarum, ac bellicâ gloriâ vel æquavit, vel ſuperavit. Hic poſtquam totam jam* Chinam, *devictâ* Chevâ, *familiâ ſubjeciſſet Imperio, ex Regulo factus Imperator,* Tartaros *ipſos multis, magniſque cladibus afflixit; ut autem futuras eorum impoſterum in ipſam* Chinam *irruptiones reprimeret, murum hunc magnum extruxit; aggreſſus opus anno ſecundo ſui Imperii ſupra vigeſimum, qui fuit ante Chriſtum natum ducenteſimus decimus quintus; quinque annis totam abſolvit fabricam, incredibili hominum allaborantium multitudine; Nam ex denis tres viros adeſſe per totam* Sinam *delectu habito voluit, variis in partibus Regni extructio cœpta, & quinquennii ſpatio incredibili velocitate, abſolutâ tantâ operis firmitate, ex meris videlicet ſilicibus, lapidibuſque, ut ſi alicubi clavus infigi poſſet per lapidum commiſſuras, morte luerent, qui partem illam fabricaſſent; ad ſinum maris in quo illius initium per aliquot ſtadia aquas ſubit, ſcribunt* Sinæ *ad hæc ſub aquis jacienda fundamenta quamplurimas naves non lapidibus, ſed crudi ferri maſſis plenus fuiſſe demerſas; his innixus fundamentis aſſurgit Occaſum verſus &* Leatung *Regionem, mox excurrit ad* Peking, *inde* Xanſi *&* Xenſi *provincias munit, non rectà ſemper progrediens, ſed quandoque deflectens juxta varium locorum ſitum, opus ſanè mirificum, ingens, & omni admiratione dignum, ad hæc uſque tempora ferè ſine labe, aut noxa contra tot temporum injurias perſiſtens.* Hæc *Atlas.*

Author muri, quis & quo tempore.

Cum itaque muri longitudo 20 graduum intercapedinem includat, is ad 300 milliaria Aſtronomica, ſeu Germanica, ſe extendere facilè comprobabitur, ut ſpacium illud inter *Gedanum Pruſſiæ*, & *Caletum Galliæ* portum facilè ſit æquaturum; vel ſi juxta Meridiani gradus negotium ordiamur; ſpacium inter *Gedanum* & *Meſſanam Siciliæ* murus ille ſit facilè comprehenſurus. Quæ res prorſus paradoxa, & omnium opinione incredibilis videtur. Undè mirum non eſt, quod de ejus ſtructura memorant *Sinæ*, integros lapideos montes in fabricam exciſos, conſumptoſque; in cæmentum deſertum arenoſum evacuatum. Fecit hujus muri quoque mentionem *Naſirodinus Aſtronomus Perſa apud Golium* qui non menſura milliarium, ſed 23 dierum intervallo ejus longitudinem definit his verbis:

Quanta longitudo muri comparata ad *Europæ* ſpatia.

*Naſirodinus Aſtronomus Perſa.*

قد حلت مدينه طمخاري
وبلاد طمخاري هي بلاد الخطا
ويزعم المسفرون السور داير
علي بلادهم وضياعهم وساير
عبارهم مسرة ثلثه عشرون
يوما في طول من الغرب الي
الشرق ۞

Inclyta evaſit Urbs *Thangazi*: Sunt autem Regiones *Tangazi* eædem quæ *Cathajorum*, exiſtimant, qui illuc fecerunt iter, murum cingentem urbes eorum & oppida, reliquaſque manſiones in longum, ab Occaſu in Ortum exporrigi 23 dierum itinere; quæ menſuræ ſuperius adductæ non correſpondet; verùm cum *Naſirodonus* ea tantùm ex relatione mercatorum, qui vaſtum hujus muri in Ortum intervallum noſſe non poterant,

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

rant, didicerit, condonandum illi eſt; cum 60 dierum ſpatio 300 milliaria Germanica non facilè conficiantur, poſito ſingulis diebus curſorem quinque tantùm eorum continuato itinere conficere. Sed hæc de mirandis *Sinenſium* fabricis dicta ſufficiant.

Reſtat admirandi ſanè artificii canalis, quam *Sinæ* ad commodam navigationem ad Regiam *Pekin* incredibili ſumptuum magnitudine conſtruxerunt. Verùm ut operis excellentiam Lector propius cognoſcat, *Atlantis* verba, quibus eum amplè deſcribit, apponam.

## *De Canalis* Iun *artificioſa ſtructura.*

Canalis Sinenſis *Iun* dicti deſcriptio.

Mirantur multi *Batavorum* in foſſis, cataractiſq; adornandis, ad itinerantium ex una in aliam civitatem exſtruendis commoditatem induſtriam; ſed mirari deſinerent, ſi canalem *Iun* in *Sina*, ejuſq; admirandam ſtructuram vidiſſent, de quo ita *Atlas*. „Eſt provincia *Xantung* una ex nobilioribus provinciis, cujus divitias maximè commendat *Iun* fluvius, cujus arte effoſſus eſt alveus, Canalis tota *China* celeberrimus, per quem ex toto ferè Imperio naves, merceſque in *Regiam Pequinenſem* tendunt. Incipit ingens hæc foſſa ad Boream *Socien* Civitatis in ipſa ripa *Crocei fluvii*, ex quo undequaque advenientes naves in *Iun* fluvium deducuntur, indè ad *Cining* uſque pertingit, mox ad *Lincing* civitatem, ubi in *Quei* fluvium aquas effundit in eo Canali; quia multis locis aqua pro majoribus navibus tranſmittendis humilior eſt, ſupra viginti cataractas numeravi, quadrato, ſectoque lapide, ac egregio, firmoque opere ſtructas, relicta porta navium capace, quam magnis, craſſioribuſque aſſeribus claudunt, ac aquas detinent, mox illius rotæ beneficio, ac machina facili negotio ſublatis, & aquæ, & navibus tranſitum præbent, donec ad ſecundam cataractam eodem ſanè ordine, ac methodo, atque ità deinceps per reliquas tranſmittantur; in medio autem itinere, priuſquam ad *Cining* veniatur, ex lacu *Cang*, per cataractam maximam, aquæ quantum volunt, immittunt, ſimulque lacum, ne nimium diffluat, fundumque aqua diſſolvat, tempeſtivè claudunt; perpendiculum enim aquæ in lacu vicina adjacente regione altius eſt, quare intra exiguum terrarum ſpatium octo ad minimum cataractæ ſunt, *Tung pa* vulgò dictæ, quia nimium aquæ ex lacu profluentis, prementiſque impetum, ac pondus comprimunt, & ſuſtinent, cum autem naves ad ipſum lacum perveniunt, ne ipſum lacum enavigare cogantur, ad ripam ipſius lacus foſſam ſeu canalem utrimque aggeribus egregiè munitum duxêre, quo facto naves omnes faciliter tranſeunt. Sanè ſi hæc coram ſpectarent Architecti *Europæi*, viderentque hujus aquæductus longitudinem, aut aggerum altitudinem, & craſſitiem, aut cataractarum ex mero lapide ſecto ornatum, & firmitatem operis, haberent, quo Sinicam admirarentur induſtriam, vixque alia à natione tam naviter exantlatos labores; adſunt ad ſingulas cataractas viri, quibus publico ære parata ſolutione incumbit remulco alligatas naves protrahere, donec cataractas pertranſierint. Extenditur autem hic canalis ad aliquot centena millia paſſuum, uti mihi retulerunt, qui eum totum tranſierunt."

Splendor interior ædium.

Reſtat ut interiorem domuum, palatiorumque nitorem, & ornamenta exponam, quo ſanè *Europæos* longè ſuperare videntur; cum enim pleræque domus interiores partes & ſupellex Vernice illa Sinica ſplendida, & nunquam ſat ab *Europæis* laudata, illita ſint omnia, ità quoque adinſtar ſpeculi ſplendent omnia, parietes, menſæ, ſedes, feneſtræ, & ne ſola vernice nigra omnia illita videantur, in omnis coloris genera ita attemperare norunt, ut nobiliſſimis picturis impleant omnes domûs angulos, potiſſimum volucrum ad vivum expreſſarum



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

imaginibus Draconum, qui Imperii Sinici inſignia ſunt, nec non Deorum, Dearumque ſimulacris, Ità dextrè depingunt, ut & admirationem ingenerent ad primum aſpectum intrantibus; & oculos ſumma amœnitate, picturarumque nitore unà perfundant. Verùm ut qualiſnam ſit illa Vernix, & ex qua materia, quomodò præparetur, & an à nobis præparari poſſit, reſtat explicandum.

Gummi ſeu Vernix Sinica qualis, & quomodò præparetur in provincia *Chekiang*.

*Chekiang* provincia montibus, collibuſque exaſperata, etſi reliquis, ſive Urbium magnitudine, ſive frequentiâ populi, aut feracitate comparari nequeat, duas tamen præ omnibus magni lucri, & emolumenti merces producit, quibus univerſum Imperium beat. Primum; ingens, quam producit, eſt papyri copia, quâ melioris notæ in *China* non reperitur.

Signa bonitatis Gummi ſeu Vernicis Sinicæ quæ?

Alterum eſt gummi illud, quod *Ciè* vocant, quod ſtillat ex arboribus, & haud abſimile eſt lachrymæ, quam therebinthus apud nos fundit; æſtate colligitur, purgaturque à *Sinis*, & quo volunt colore inficiunt; optimum quod aureo flaveſcit colore, judicatur, proximum quod nigerrimum;

Gummi iſtiuſmodi venenoſum eſt.

cum nondum ſiccatum eſt, venenatam quantam emittit exhalationem, cui inaſſueti intumeſcunt, & palleſcunt vultu: Nam remedio, quod ipſi ſoli norunt, non ſtatim adhibito, in phtiſin lapſi, lentâ paulatim tabe moriuntur; remedium tamen ſub initium morbi facilè paratum habent, antidotum infallibile. Res materiales iſtiuſmodi gummi, ſive vernice illitæ, tardè, niſi in humido ſint loco, ſiccantur; ubi tamen exſiccata fuerint, nunquam amplius liquefactum defluit; quàm autem res ſit elegans, jucunda ac ſplendida, jam dudùm *Europa* ex capſulis, quæ ex *Sinis* quotannis adducuntur, dedicit:

Inventio nova vernicis Sinicæ in *Europa*.

Et quamvis multi ex *Europæis* hucuſque allaboraverint, Vernicem ſimilem præparandi, nemo tamen hucuſque inventus fuit, qui perfectionem artis attigerit; venit tandem *Romam* ex Ordine Sancti Auguſtini, Pater Euſtachius Jamart, Ordinis S. Auguſtini Religioſus, qui Vernicem tam dextrè apparare novit, ſive propria inventione, ſive ab aliis ipſi communicato invento, neſcio, ut in rerum eo tinctarum à *Sinarum* artificio, nitore rerum & ſplendore in nullo diſcrepare viſus ſit. Verùm ut is mecum multoties de novarum, arcanarumque rerum repertis, quàm familiariſſimè amiciſſiméque verſatus eſt, ità quoque reciproca arcanorum communicatione, illud ſuæ Vernicis ſecretum communicare non eſt dedignatus: utitur ipſe gummi quodam, ſi non idem cum Sinico, ſaltem non diſparis conditionis, quod *Gummi Laccæ* vulgò vocant, & ex arboribus *Indiæ* colligitur, non ut nonnulli ridiculè ſibi perſuadent, à formicis collectum, actuatumque; ſed arbori à Natura inſitum; colorem ei admiſcet, ſanguinem Draconis vocant, ex quibus deindè tincturam extrahit, per menſtruum ſpiritus vini ſæpius rectificati; atque hoc pacto nitidiſſimas, politiſſimaſque res conficit. Verùm cum multi hujus arcani deſiderio teneantur, ego totius rei proceſſum ſincerè & germana fide & candore, ad boni publici emolumentum, ne unà cum pereunte authore, & ipſum intereat, prodendum duxi. Ita autem res ſe habet.

## *Confectio Vernicis pro poliendis variis rebus.*

1. Recipe *Gummi Laccæ benè purgatum* (de quo infrà) *hoc ponatur in vaſe vitreo ne frangatur, ſat capaci.* A.

2. *Huic ſuper affundatur Spirit. Vini optimè rectificatus ad quatuor digitorum eminentiam.*

3. *Uno vel duobus diebus digeratur, indies liquorem in vaſe ſpatula agitando, ne gummi vitro adhæreat.*

4. *Hoc peracto, illud per linteum tranſcoletur, identidem digitis exprimendo in vitreum aliquod ſtrictioris vaſculum.*

5. *Hoc*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

5. *Hoc in digeſtione pones in loco calido, vel balneo cinericeo moderato per 24. circiter horas.*

6. *Et comperies Vernicem intentam ſupernatare limpidam, prorſus & diaphanam, quam per inclinationem decantabis.* Atque hæc eſt Vernix rebus poliendis deſtinata.

## Purgatio Gummi Laccæ.

H. Gummi Laccæ, ubi variis quiſquiliis mixtum repereris, ejus purgatione opus eſt; ità autem procedes.

1. *Separandum eſt gummi à ramulis ſuis, quibus accrevit.*

2. *Hoc ſeparatum in mortario contundendum non omninò in pollinem farinaceam, ſed in pulverem granitum.*

3. *Ponatur hic pulvis in craſſiori panno,* Pezzo *vocant, eique adjungantur aliquot fragmenta ſaponis, ſeu ſmegmatis puri & defæcati; deindè hoc intra concham aquâ limpidâ refertam integrâ nocte immerſum relinquatur.*

4. *Poſtero die exemptus ſacculus unà cum impoſita materia agitetur tam diù donec rubedo, ſeu tinctura rubra exeat, quæ addito nonnihil aluminis, abſque tamen ſapone, ad varios uſus conſervetur: quod verò in ſacculo manet, eſt vernix illa purgata, quam deindè in uſum in Recipe* A. *præſcriptum applicabis.*

## De modo imbuendi baculos cæteramque ſupellectilem.

### Vernix rubra.

B. Recipe *Lachrymam Sanguinis Draconis melioris notæ, quam diſſolves in Vernice illa, quæ in fundo ſacculi remanſit juxta 4. punctum, operationis* H. *id eſt, colore rubro imbuenda ſit materia ligni; tum lachryma Sanguinis Dracon: miſcenda eſt Vernici dictæ, & baculus imbuendus,* de quo paulò infra pluribus.

### Vernix nigra.

C. *Fit pro fundamento nigro color niger ex oſſibus combuſtis, & quàm optimè contritis, & ſubigatur vernice in fundo ſacculi repertâ.* Uti paulò ante monuimus.

### Modus procedendi in praxi.

1. *Fiat ciſtula ſeu baculus ex ligno lævi, & quàm exactiſſimè politus, & ſi quidem variè maculatum velis, ſic age: Accipe ceruſſam in pollinem redactam, quam ſubiges Vernice* A.

2. *Hoc peracto hujuſmodi mixturâ tertiò illinies ciſtam aut baculum, ſive quodcunque aliud materiale, ità tamen, ut prima illitio non fiat per liquorem nimis craſſum, ſed peroptimè dilutum; Secunda illitio inſtituenda erit per liquorem paulò denſiorem; & Tertia per adhuc denſiorem, & deindè materiale ad ſiccandum ſepone, ſiccatum verò pumiceo pulvere per cribrum, ſeu ſetacetum prius colato, uſque ad polituram perfricabis.*

3. *Maculæ depingantur cum vernice nigra* C; *& ſi maculæ ſiccatæ jam non benè comparuerint, aut perfricatione abraſæ fuerint, denuò tinctas ad ſiccandum ſepone, & hoc ſemper quater aut quinquies cum dicta Vernice* A; *deindè denuò pumice perfricandus baculus ſiccatus, uſque dum politè ſeſe exerant maculæ teſtudinaceæ.*

4. *Bacillus denique ita politus purgatuſque ultimam ſubibit tincturam Vernicis* H. *tertiò aut quartò, deindè denuò pulvere pumiceo poliendus eſt, & denuo ſtagni aduſti perfricatione opus abſolvitur, quæ fit panno madefacto prius.*

### Ad Baculum Venturini colore imbuendum.

Sic age. 1. *Accipe fila aurea, per prælum ſubtiliſſimè traducta, quibus paſſim textores & acupictores utuntur, latitudinis minimæ; ità ut propè in pulverem ex ſubtiliſſima ſciſſione redigantur, non tamen in pulverem impalpabilem, ſed qui corpus habeat.*

2. *Vernix craſſa miſceatur rubro vel violaceo colore.*

3. *Accipe ſedimentum Vernicis, & eâ imbuatur baculus, deindè aſpergatur adhuc humidus vernice baculus pulvere hoc aureo, & ubi ſiccatus fuerit.*

4. *Accipe Vernicem colore Sang. Dracon.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Dracon. mixtam, & illines eâ baculum, & ubi ſiccatus fuerit, denique repetes illitionem, deindè ſiccato, vernicem* A. *dabis, & deindè pulvere pumiceo, & ſtanni combuſti reliquam polituram ultimam abſolves.*

Nota, non omnem colorem Vernicem ſuſtinere; Cæruleo enim colore alia vernix imbuenda eſt, quam multi præſcribunt. Atque hæc de Vernice Sinica ſufficiant.

## De aliis Inventionibus à Sinis *uſitatis.*

Multa præterea in *China* reperta ante noſtras in *Europa* inventiones, ſpectantur, & ad tria potiſſimum revocantur. Primum eſt Typographiæ inventum, quod in quo conſiſtat, explico.

Typographia *Sinenſium* in quo à noſtra differat.

Certum eſt *Europæam* inventionem præſtare *Sinicæ*, eò quod *Sinenſes* non ſecùs, ac apud nos imagines, ſuos libros imprimant; Librum enim edituros tot tabulas ligneas habere oportet, quot in libro folia ſunt; ex hiſce primum incipiunt incidere, & deindè ex prima tabula literis inciſa tot imprimunt exemplaria, quot exemplaribus opus habent; deindè procedunt ad ſecundam, & ſic de cæteris: Atque hoc pacto integras ſæpè domos tabulis Typographicis implent; & ideò valdè differt à noſtra Typographica inventione, in qua non ſingulæ voces, uti *Sinica* lingua poſtulat, ſuis inciduntur peculiaribus tabulis, ſed literæ, ut vulgò notum eſt, juxta Alphabeticam diſpoſitionem ex receptaculis, ſingulis literis correſpondentibus collectæ, in voces, & periodos formantur; deindè impreſſo folio, denuo diſſolutæ literæ, ſingulæ ſuis redduntur cellulis; quæ res & minoris laboris eſt, & univerſale Artis combinatoriæ opus. De hoc itaque invento, uti *Sinis* olim nihil unquam innotuit, ita quoque Typographicum inventum *Europæ* primo, eo modo, quo dixi, competit; imaginum enim imprimendarum ratio uti inventionis nomen non meretur, ità quoque & *Sinica* Typographia; cum natura doceat in tabulis inciſarum imaginum rimas, ubi atramento oppletæ fuerint, preſſurâ adhibitâ in chartâ imaginem inciſam relinquere.

Alterum eſt Pyrii pulveris inventio, quam primùm ante nos in *China* detectam fuiſſe, negare non poſſum; Cum Patrum Noſtrorum teſtimonio in variis Imperii provinciis ingentis magnitudinis tormenta, potiſſimùm *Nankini*, ab immemorabili tempore fuſa, ſe vidiſſe memorent; etſi ad eam perfectionem, ad quam *Europæi* pertigerunt, & in admirandis pyrabolicæ artis operibus demonſtrant, nunquam acceſſerint; Certum tamen eſt, in fuſoria arte *Sinenſes* eſſe inſignes, quod tum ex ingentibus fuſorum operum, tum ſtatuarum, tum tormentorum molibus, quæ paſſim in omnibus civitatibus occurrunt, patet. Et ut reliqua taceam, habentur *Pekini* tantæ magnitudinis campanæ, ut earum reſpectu, totius *Europæ* maximæ pumiliones dici poſſint; & nè hyperbolicis verborum ampullis uti videar, literas, quas ea de re P. Joannes Gruberus Sinenſis Miſſionarius ad me non ità pridem dedit, apponendas duxi, ut ex iis, quid de *Sinarum* ingenio ſentiendum ſit, pateſiat.

Pyrii pulveris inventio.

Magnitudo campanarum *Pekini.*

*Petit, ut ſibi quædam ibi petita tranſmittam, quod libenter facio. Ex obſervationibus P. Henrici Buſæi ac etiam meis altitudo poli* Agrenſis *eſt* 26° 43′. Dellienſis *verò* 28° 39′. *utriuſque verò longitudo exacta eſt*, 4h. 16′. 16″. *id eſt, diſtantia ab Urbis Romanæ Meridiano. Altitudo poli* Surratenſis *à me exactè obſervata eſt* 21° 10′. *Longitudinem ejuſdem colligat ex Ecclipſi Lunari, quæ contigit anno* 1657. *in Decembri, ad cujus initium ſiniſtrum genu Orionis, ſive Regel. tranſivit juſtè*

Epiſtola P. *Gruberi* ad Authorem.

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*juſte Meridianum, uti ipſe obſervavi, atque hanc obſervationem in* Europam *tranſmiſi, quam tamen intercidiſſe puto.*

*Reperi tandem in uno libro toties* Romæ *quæſitam epiſtolam P. Ferdinandi poſt meum* Pekino *diſceſſum, ad me in* Singanfù *miſſam, in qua deſcribit illas prodigioſas campanas* Pekini *inventas, quam hic de verbo ad verbum deſcriptam Vræ. Revæ. transmitto.*

## *Extractum ex Epiſtola P. Ferdinandi Verbiſt, ex* Pequino *ad P. Gruberum data in* Siganfù *commorantem.*

*Incredibilis campanæ Pekinenſis magnitudo.*

Jam à quatuor vel quinque diebus, quatuor Regni Gubernatores decreverunt Campanam maximam ex *Chum̃ Leû* demittere, & aliam majorem, & meliorem ejus loco ſubſtituere, quarè ſtatim miſerunt ad P. Johannem Adamum, ut hujus rei curam vellet ſuſcipere; magnum profectò onus, & ipſi Campanarum ponderi æquale, ex quo tamen maximus etiam honos, & magnum planè pondus accedet authoritati Reverendi Patris, ſi res felicem, uti omninò ſpero, conſequatur effectum; Res profectò magna eſt, & digniſſima, quam *Europa* ſciat, quamque propterea breviter quoque hîc ſubjungo. Olim anno Chriſti 1403. factus eſt Rex *Sinarum* nomine *Yum̀ lò*, ille ſcilicet, qui primus etiam aulam *Nankinenſem Pekinum* tranſtulit, hic ut ſibi nomen æternum apud poſteros relinqueret, varias campanas ære fuſas prodigioſæ magnitudinis reliquit, omnes penè ejuſdem magnitudinis & ponderis, & prætereà una ferrea, quæ una cum octo ære fuſis adhuc hîc extat. *P. Athanaſius Kircherus in ſua Muſurgia fol.* 522. adfert maximas *Europæ* campanas; *ſed has meritò ſuperat* (inquit P. Athanaſius) *Erfordienſis omnium campanarum regina*; de qua paulò ante habet hæc verba: *Campana Erfordienſis totius non dicam Germaniæ, ſed totius Mundi maxima.* Hæ autem campanæ Pekinenſes ſupradictæ ſingulæ ſunt 120000 librarum, quarum unaquæque eſt pondere *Europæo* apothecario 16 unciarum. P. Joannes Adamus neſciebat illas hîc eſſe, ſicut nec alii noſtri vicini, quia jacent in angulo urbis remotiſſimo à domo noſtra pluſquam leucâ diſtante, alioquin erat res digniſſima, quam Vræ. Reverentiæ viderent. Ego ſtatim eò excurri, & vidi ſeptem uno loco, id eſt, ipſi *Chum̃ leû* proximo jacentes, omnes pulcherrimè fuſas formâ noſtrâ Europæâ, præterquam quod infimi orificii labium vix habeant repandum, aut reflexum, & ſuperius verſus anſam non claudantur tam anguſta conoide, ſicut Europææ, quare etiam ex hac parte multum ſuperant Europæas; & quoniam *P. Athanaſius* campanæ Erfordienſis, quam etiam prodigioſam appellat, menſuras in libro ſuo *Pag.* 522. adfert, ego hic rudi ſaltem modo menſuras etiam appono unius, quam ego ipſe menſuravi in eodem, ubi jacent, loco, & ex oppoſito adfero campanæ Erfordienſis menſuras à *P. Athanaſio* allatas, atque redactas ad cubitos & pondus Sinicum.

*Menſura partiũ campanæ.*

| *Campanæ Pekinenſis.* | *Campanæ Erfordienſis.* |
| --- | --- |
| 1. Altitudo incluſâ curvatura eſt 12 cubitorum. | Altitudo incluſâ curvaturâ eſt 8 cubit. 5 digit. $\frac{2}{5}$ |
| 2. Diameter orificii, ſive baſis 10 cubitorum. 8. digitor. | Diameter 7. cubit. 1. digit. |
| 3. Craſſities campanæ 9. digitor. | Craſſities 6. digit. & $\frac{1}{4}$ |
| 4. Peripheria exterior orificii menſurata per diametrum duntaxat ter ſumpta, id eſt, omiſſa $\frac{1}{7}$ diametri, eſt 39 cubitor. & 6. digit. | Peripheria ſecundum menſuras à *P. Athanaſio* allatas, eſt 26 cubitor. 1. digit. |
| 5. Pondus 120000 Librarum. | Pondus 25400 Librarum. |

Diame-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

„ Diameter proxima anſæ in Campana Pekinenſi, ſive manubrio, ubi ſcilicet Campana ad verticem claudi incipit, eſt cubitorum 8. digit. 5. Peripheria manubrii cylindracei inflexi, eſt trium cubitorum, adeóque craſſities ejus, ſive diameter eſt unius cubiti circiter. Altitudo perpendicularis manubrii extantis ſuprà verticem Campanæ, eſt trium cubitorum. Cubitus Sinicus dividitur in decem digitos, quorum novem æquivalent pedi noſtro geometrico. “ *Hæc ſunt excerpta ex literis P. Ferdinandi, quæ utrum aliquandò inſervire poterunt; Vra. Reva. viderit; delineationem figuræ Campanæ illius hîc ruditer factam ſubnecto.*




*Hæc Vræ. Revæ. pro interim tranſmitto, proximâ vice effigies illas miſſurus; atque hiſce me in Sacroſancta Revæ. Vra. ſacrificia, preceſque animitus commendo. Datum Venetiis* 10 May. 1664.

ATHA-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# ATHANASII KIRCHERI
# CHINÆ ILLUSTRATÆ
## PARS VI.
# DE SINENSIUM LITERATURA.

*NUllam ferè eſſe Gentem adeo Barbaram, nullam Nationem ita incultam, quæ non ſuis ad conceptus ſibi invicem manifeſtandos characteribus utatur, experientia temporum nobis innotuit. Non loquimur hìc de literis & characteribus certo quodam Alphabeto conſtitutis & definitis, ſed de characteribus ſignificativis, integrum alicujus rei certæ conceptum involventibus. Et his præ reliquis Orbis terrarum gentibus, tres uſas eſſe Nationes conſtat, vide licet* Sinenſes, Brachmanes, *&* Mexicanos; *Nos relictis binis ultimis Nationum characteribus, ab* Sinis *exordium auſpicabimur.*

## CAPUT I.
### *Characteres Hieroglyphici* Sinenſium.

Prima Literarum inventio, quando.

SInenſes ex *Annalium* ſuorum temporumque concatenatione, primam literarum inventionem ponunt trecentis ferè annis poſt Diluvium; quarum primus inſtitutor & Rex fuit nomine *Fòhì*: ita habetur in *Libro de ſucceſſione Regum*. Et prima characterum forma habetur in libro de formandarum literarum ratione, quem dum hæc ſcribo, mihi communicavit negotiorum cauſa ex *Sinarum* Regione *Romam* profectus R. P. Michael Boym Polonus è Soc. JESU, tùm linguæ Sinicæ, tùm rerum omnium ad dicti Regni mores & conſuetudines pertinentium peritiſſimus; à quo quàm plurima ad *Sinenſium* legendi atque ſcribendi rationem ſpectantia oretenus excepi; ex quibus ea tantùm, quæ inſtituti mei propria ſunt, deſcribam; reliqua quæ *Sinarum* Regnum ejuſque politicam, atque linguæ rationem concernunt, Lector curioſus copioſiſſimè deſcripta reperiet *in Dilucidatione ſummaria rerum Sinicarum* à memorato Patre uberrimè & curioſiſſimè concinnata.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Dixi trecentis ferè poſt diluvium annis, eodem ferè tempore, quo filii *Noëmi* Mundo dominabantur, in univerſi Mundi fines imperium propagantes, primam literarum inventionem ab Imperatore *Fohi* detectam fuiſſe, qui haud dubiè eam à Noëmica ſtirpe acceperat. Nam uti *in primo Tomo Oedipi* relatum fuit, *Cham* primus ex *Ægypto* in *Perſiam*, & hinc in *Bactriam* colonias ſuas transtulit, quem & eundem cum *Zoroaſtre Bactrianorum* Rege conſtituimus; *Bactriana* autem ultima *Perſidis* Regio, *Mogolico* ſeu *Indoſtanis* Regno contermina, ea loci opportunitate ſita eſt, ut ex ea facilè in in *Chinam*, ultimam habitati Orbis terrarum Nationem, colonias; atque unà prima literarum elementa, quæ à Patre *Cham*, & *Mercurio Triſmegiſto Nesraimi* filii ſui Conſiliario, primoque hieroglyphicorum inſtitutore, tametſi imperfecte didicerant, transferre potuerint. Certe ut ad hoc credendum inducar, magni momenti argumentum ſunt veteres iſti *Sinenſium* Characteres, hieroglyphicorum in omnibus æmuli. Primò ſiquidem ex omnibus rebus mundialibus primos *Sinas* characteres ſuos conſtruxiſſe, tùm ex *Chronicis ipſorum* patet, tum ipſa characterum forma ſat ſuperque demonſtrat; ſiquidem non ſecus ac *Ægyptii* ex animalibus, volucribus, reptilibus, piſcibus, herbis, arborumque ramis, funiculis, filis, punctis, circulis, ſimilibuſque characteres ſuos, aliâ tamen & aliâ ratione diſpoſitos formabant. Poſteriores verò *Sinæ* rerum experientiâ doctiores, cum magnam in tanta animalium, plantarumque congerie confuſionem viderent; Characteres hujuſmodi variè figuratos, certis punctorum linearumque ductibus æmulati, in breviorem methodum concinnarunt, quâ & in hunc uſque diem utuntur. Quorum quidem tantus eſt numerus, ut hodie è ſummorum Literatorum numero non habeatur, qui ad ſummum octuaginta characterum millium notitiam non poſſederit; atque adeò, quantò quis plurium literarum cognitionem habuerit, tantò cæteris doctior habeatur. E quibus tamen decem millia ad idioma perdiſcendum, ut tolerabiliter converſari poſſit, ſufficiunt. Porro literas *Sinæ* nulla ratione in Alphabeti morem, uti cæteris Nationibus conſuetum eſt, diſpoſitas, neque voces, ex literis & ſyllabis compoſitas habent; ſed ſinguli characteres ſingulis vocibus & nominibus reſpondent, adeoque tot characteribus opus habent, quot res ſunt, quas per conceptum mentis exponere volunt; ut ſi totum *Calepinum* in eorum idioma quis vertere attentaret, tot diverſos & differentes characteres habere oporteret, quot voces ibi differentes ſunt. Neque enim aut declinationibus, aut conjugationibus utuntur; cùm hæc omnia, uti paulò poſt videbitur, in ipſis characteribus implicentur; atque adeò magna memoria præditum eſſe oporteat, cui vel ad aliquam ſaltem mediocrem eruditionem *Sinis* propriam pertingere ſit animus, ut proinde non immeritò illi, qui per ſummos labores, & poſt totum vitæ tempus in characteribus addiſcendis impenſum, ad ſummam eruditionem pervenerunt, primos in Regni adminiſtratione gradus tituloſque ſortiantur.

*Cham* primus coloniarum in ultimum Orientem traductor.

Primi *Sinenſium* Characteres ex omnibus rebus compoſiti.

Multitudo literarum Sinicarum.

Literæ *Sinenſium* ſingulæ ſingularum rerum conceptus notant.

CAPUT

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CAPUT II.

## *Veterum Sinicorum Characterum Anatomia.*

Diximus in præcedentibus, *Sinas* primævos characteres ſuos ex omnibus rebus, quæ viſui objiciuntur, aſſumpſiſſe, atque ex vario tantùm harum rerum congeſtarum ordine & diſpoſitione mentis ſuæ conceptus manifeſtâſſe. Hinc igneæ naturæ argumentum tractaturi, ſerpentibus, aſpididus, & draconibus utebantur, qui tali aut tali ordine & diſpoſitione digeſti, tale & tale quid ſignificabant. In aëreis rebus deſcribendis, volucrum variâ diſpoſitione; in aqueo argumento, piſcibus; in Vegetabili natura deſcribenda floribus, foliis, ramis; in Sideribus, punctis ſeu circulis, quorum ſinguli ſingulas ſtellas exprimebant, utebantur; in reliquis indifferentibus argumentis ligna, globos, fila certâ lege diſpoſitâ adhibebant. Verùm ut hæc luculentiùs pateant, hic primævos veterum *Sinarum* Characteres apponendos duxi, ut differentiam illorum à modernis, & hieroglyphicis Ægyptiorum luculentiùs videat curioſus Lectori. Moderni enim non ampliùs figuratis ejuſmodi characteribus uſi videntur, ſed certis quibuſdam ductibus linearum, qui figuratarum literarum Antiquis uſitatarum propè referrent, uti in ſequentibus Figuris apparet, in quibus litera A eoſdem ductus imitatur quos figurata litera B veterum. Idem apparebit in litera C modernorum, comparata ad literam veterum D, uti E ad F, & G ad H, & I ad K, quarum utraque flumen ſignificat ex certa diſpoſitione piſcium, quam moderni per literam I ex ſimilibus literarum ductibus efformatam imitantur.

Quis uſus Literarum *Sinenſium*.




Hujuſmodi itaq; characteres figuratos, quâ diſpoſitione diverſorum animaliũ figuratas primævi ad conceptus ſuos manifeſtandos ordinabant, eâdẽ poſteri non quidem animalium, ſed certis linearũ punctorumq́ tractibus, exhibe-



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

exhibebant, uti dictum eſt, qui mos in hunc uſque diem permanſit, ut videre eſt in Figuris paulò ante propoſitis AB, CD, EF, GH, IK, ubi loco ramorum, foliorum, piſcium certo ordine diſpoſitorum, moderni certis tractibus utuntur, ſimilibus tamen, & quodammodo parallelis. Sed ad inſtitutum noſtrum revertamur.

# CAPUT III.

## *Characterum antiquiſſimorum* Chinenſium *explicatio.*

I. Literarum forma.

I. Imperator *Sinarum Fòhì.*

Draconum liber.

PRimævi *Sinæ*, uti dixi, *Ægyptios*, à quibus deſcendebant, ſecuti, ſcripturam ſuam non literarum compoſitione, ſed figuris, ex variis rebus naturalibus compactis, peragebant, quibus quot conceptus rerum, tot ſigna diverſa reſpondebant. Primus *Sinarum* Imperator *Fòhì* certum quoddam characterum genus invenit, ex ſerpentibus & draconibus confectum, quo uſum ferunt *Annales Sinici*; unde & *Liber*, quem *de rebus Mathematicis & Aſtrologicis* conſcripſit, *Draconum liber* dicitur: Characterum formam hìc apponimus, ſignanturque




literis ABC DE, qui quidem characteribus modernis *Sinarum*, numero 3 ſignatis, ſic explicantur: *Fòhì xì lùm xù*, hoc eſt, *Fòhì Draconum liber*. Vides hìc ſerpentes mirè intricatos, & in formas varias, pro diverſitate rerum, quas illis ſignificabant, transformatos; tametſi vix ſint inter *Sinas* qui eorum notitiam habeant, utpote nimia vetuſtate deperditorum.

II. Literarum forma, qua Rex *Xim Nûm* utitur.

Secunda priſcarum literarum forma ex agriculturæ rebus deſumitur concinnaturque, quo priſcus *Sinarum* Rex nomine *Xìm Nûm*, in deſcribendis rebus ad agriculturam pertinentibus uſus eſt, & nomina *Sinica* numero 4 ſignata ſatis indicant, ut ſequitur: *Chun xu xìm Nûm ço*, id eſt, *agriculturæ literas xìm Nûm Rex fecit*, id eſt, ſimilibus ſcripturis uſus eſt; characterum forma ſignatur literis FGHIK, & hoc ordine legi debent, uti ſequitur 1 colum.

III. Literarum forma, qua Imperator *Xau Hoam* uſus eſt.

Tertia literarum forma, ex alis Avis, quæ *Fum hoam* dicitur omnium quam oculus ſpectare poteſt, pulcherrimæ, vario pennarum alarumque ſitu conſtructa eſt, atque hiſce notis uſus eſſe *Xau hoam* Imperator priſcus, librumque de volucribus hiſce literis concinnatum ſcripſiſſe dicitur. Ita characteres Sinici numero quinto ſignati exprimunt *Fum xù xan hoam çò*, id eſt, *Librum Fum hoam, Xan hoam fecit*, & hiſce ac ſimilibus characteribus conſcripſit; characteres priſci ſignantur literis LMNOP, & hoc ordine legi debent; moderni verò characteres Sinici eos explicant eo modo quo dictum eſt. Vide binas columnas, ult. & penult.

Quarta

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

II. Forma. IV. Forma. III. Forma.



Eeee

IV. Literarum forma.

Quarta priſcorum characterum forma exhibetur ſignis Q R S T V, ex oſtreis & vermiculis conſtructa, ita Sinici characteres ſignati numero 6, totidem literis eos explicant: *Li teù chuen kim çò*, hoc eſt, *notæ oſtrearum & vermiculorum*, *quos Chuen kim Rex fecit*, & librum hiſce & ſimilibus exaravit. Vide columnas binas ſuprà exhibitas.

VII. Forma. VI. Forma. V. Forma.



V. Literarum forma.

Quinta characterum vetuſtorum forma exhibetur literis X Y Z A B, ex herbarum radicibus compoſita; & hiſce priſci utebantur, in literis & libris



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

bris conſcribendis, atque hoc pacto eos explicant Sinica nomina ſignata numero 7. *Kim yun hoam ty chuen*, id eſt, *literæ quibus ſcribebant literas & libros.*

VI. Forma Characterum.

Sexta characterum forma ſignata literis C D E F G, componitur ex decurtatis avium veſtigiis, quibus uſus eſt olim Rex *Choam ham*, ita Sinici Characteres ſignati numero 8 explicant; *Choam ham miao cye chi*; id eſt, *Choam ham ex avium decurtatis veſtigiis deſcripſit libros.* Figura in præcedenti pagina exhibetur.

VII. Forma Literarum.

Septima characterum forma, ex teſtudinibus conſtructa ſignatur literis H I K L M; quos invenit *Tao* Rex. Sic explicant nomina Sinica ſignata numero 9: *Tao yn queyçò*, id eſt, *Tao Rex per teſtudines fecit literas.*

IX. Forma. VIII. Forma.




VIII. Forma Literarum.

Octava characterum forma ſignatur literis N O P Q R ex avibus & pavonibus, ita indicant Sinicæ literæ numero 10 ſignatæ; *Su gney niao cyò chuen*, id eſt, *Su hiſtoriæ per avium & pavonum literas deſcribebantur.*

IX. Forma Literarum.

Nona characterum forma ſignatur literis S T V X Y, & ex herbis, alis, & faſciis conſtructa videtur, ità Sinicæ notæ numero 11 ſignificant. *Cha yè ſi mien çò*, id eſt, *herbarum, alarum, faſciarum literæ.*

X. Forma Literarum.

Decima characterum forma ſignata literi Z A B C D, ſic à Sinicis literis 12 numero ſignatis exponitur: *çò xi ho ki ven*, id eſt, *has literas ço author tabularum quarundam recordandi gratia componebat.* Vide ſequentem figuram.

XI. Foama Literarum.

Undecima characterum forma ſignata literis E F G H I, exhibet notas ſtellarum & plantarum, ità explicant Sinici characteres numero 13. *çu guey ſym ſo chuen*, id eſt, *de çu guey, literæ plantarum & ſtellarum.*

XII. Forma Literarum.

Duodecima characterum forma literis K L M N O ſignata, vocantur literæ, edictorum olim uſitatæ, ità docent Sinica nomina numero 14. *Fu chuen tay venchi*, id eſt, *literæ edictorum, privilegiorum, & magnarum compoſitionum.*

Decima

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

XII. Forma. XI. Forma. X. Forma.



XIII. Forma.

Decima tertia characterum forma ſignata literis P Q R S T exprimit literas numeri 15. *Teu çau chi cyen tao.*

XIV. Forma.

Decima quarta forma ſignata literis VXYZABCD ſunt literæ quietis, lætitiæ, ſcientiæ, diſcurſus, obſcuritatis, claritatis, ita exponit numetus 16. *Ngan lochi ſu yeu min ſym quey.*

XIV. Forma. XIII. Forma.



Decima

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

XVI. Forma. XV. Forma.




XV. Forma Literarum.

Decima quinta literarum forma ſignata E F G H I ex piſcibus compoſita fuit; ita numerus 17. explicat, *Ngunkiam mien lien cyeù*, id eſt, *obſcuri fluminis & piſcium ſquamatorum coacernationis literæ.*

XVI. Forma Literarum.

Decima ſexta literarum forma ſignata literis K L M N O, uti legi non potuit, ita nec compoſitio, & ſtructura literarum innoteſcere valuit.

Atque hæ ſunt formæ literarum veteribus *Sinis* uſitatarum, quas hic fuſiûs exponendas duxi, ut correſponſus cum hieroglyphicis luculentiùs pateret. Quòd verò manum adpictam cum penicillo intueris, ſcias *Sinenſes* non uti noſtratibus calamis neque atramanto, verùm in lapide marmoreo tantillum de nigro colore atterunt ad imbuendum penicillum, quem eâ ratione, cum ſcribunt, aut potiùs cùm pingunt, digitis tenent, uti in præſenti Figura apparet. Plura de hujus linguæ proprietate, uti & varia lectionis per agendæ ſpecimina, vide in *Opere de Monumenti Sinici vetuſtiſſimi interpretatione*; nolui enim hic plura addere, ne Lectorem curioſum diutiùs detinerem, & quia dicta hucuſque abundè declarant Sinenſium Characterum ab Hieroglophycis differentiam, convenientiamque.

CAPUT

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




# CAPUT IV.

## *Differentia inter Sinenſes & Hieroglyphicos* Ægyptiorum *Characteres.*

DIximus in præcedentibus, veriſimile eſſe, poſteros *Chami* coloniis in ultimam uſque *Sinarum* Regionem propagatis unà quoque & literas propagaſſe; non tamen tantò, quantò *Ægyptiorum* hieroglyphica, myſteriorum apparatu adornatas, ſed quantum ſufficiebat ad conceptus mentis exponendos, rudi Minerva comparatas. Certè inter Sinenſes characteres Crux, quæ tanto apud *Ægyptios* honore habebatur, ſæpiſſimè ſpectatur, uti Figura O docet, quæ non ſecus ac apud *Ægyptios* de- *Crux denarium numerum notat apud Sinas.*

10 decem *xĕ* 

narium numerum ſignificat, perfectionis ſymbolum. Huic ſi ſubjiciant aliam



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

lineam, ut in N comparet, efficitur character, qui *terram* ſignificat. Si

Terra *hè*

Rex *uàm*

Petragemma *yú*




aliam lineam ſuperiùs inferiori parallelam, ut in M comparet, adjiciant, efficitur character, qui *regem* ſignificat. Si lineolam, ut in L apparet, adjiciant huic Figuræ, character efficitur, qui *gemmam* ſignificat. Qui tres ultimi Characteres, uti in ſuo genere perfectionem quandam indicant, ita non incongruè per Crucem conſtituuntur.

Et tametſi non ſecus ac *Ægyptii* ex variis animalium, vegetabilium, inſtrumentorumque congerie, ſenſa mentis ſuæ expoſuerint; magna tamen inter utramque ſcribendi rationem differentia exſtitit. *Ægyptii* enim hieroglyphica nequaquam in communi converſatione adhibebant, neque licitum erat unicuique eadem addiſcere, ſed qui ex lege & inſtituto politico ad id deputabantur; neque enim temerè aut *ἀλόγως* animalium figuris utebantur, ſed per occultas eorum virtutes & operationes, ſumma in natura rerum, uti ex toto Opere *Oedipi noſtri Ægyptiaci* patet, myſteria ſignificabant. Præterea literæ hieroglyphicæ non ſimplices voces, aut nomina, ſed integros conceptus ideales involvebant; ita Scarabeum intuentes, non animal, aut Solem præciſè, ſed occultas operationes, quas non tantùm Sol ma-

Sinenſium literarum & Hieroglyphicarum differentia.

terialis in hoc ſenſibili mundo, ſed & archetypus in intelligibili mundo efficit, intelligebant. Quæ omnia in Sinenſium characterum ſtructura deficiunt; cùm hi præciſè ſolùm ad vocum nominumque ſimplices conceptus indicandos, nullo alio ſub iis latente myſterio inſtituti ſint. Non nego tamen, *Sinas* ſubindè diverſorum characterum ſignificata ita adaptare, ut indè ingenioſæ alluſionis ſignificatio emergat, quæ tamen ad ſubtilitatem, hieroglyphicorumque argutas alluſiones minimè accedunt, uti ex ſequentibus literarum compoſitionibus patet, ubi character C idem ſignificat, quod *afflictum eſſe*, & componitur ex duobus characteribus B & A, quorum B *cor*, A verò

Compoſitio Characterum.

Porta

Cor *ſin*

Afflictus *muén*

Homo *gin*




*portam* ſignificat; quaſi dicerent, *portam cordis clauſam eſſe*; homo enim, dum in afflictione conſtitutus eſt, omnes ſpiritus intra cordis portam concentrari ſentit, unde timor, metus, afflictio. Iterum dum hominem perfectum indicare volunt, characterem F formant, qui ex characteribus D & E, quorum D hominem

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©




nem, E verò Regem ſignificat, componitur; quo indicare volunt, Regem inter homines ſolum perfectum eſſe. Rurſus character G hominem indicat amore alicujus captum, & ex characteribus tribus componitur, quorum unus *a* mulierem, alter *b* filum, tertius *c* verbum indicat; indicaturque hoc ipſo, quod ſicuti filo ſeu chorda res attrahimus materialiter, & verbo moraliter homo hominem, ſic mulier virum. Hoc pacto character H idem ſignificat quod *claritatem*; componiturque ex characteribus I & K, quorum ille *Lunam*, hic *Solem* indicat, quaſi omnis ab hiſce Luminaribus Mundi claritas ſcaturiat. Innumeros alios hujuſmodi characteres habent *Sinæ*, ex diverſorum characterum coagmentatione compoſitos, quibus non ſine ingenio ad arcanas rerum ſignificationes alludunt, quos conſultò omittimus.

## CAPUT V. *& Ultimum.*

HIs itaque expoſitis, ne quicquam circa hoc argumentum ſcitu dignũ omiſiſſe videamur, nonnihil quoque de Sinicæ linguæ ratione diſcurrere hoc loco viſum fuit, præſertim cùm non tam mea voluntate quàm aliorum complurium inſtantibus precibus ad id præſtandum ſolicitatus adigar.

Difficultas in addiſcenda lingua Sinica.

Cùm itaque lingua Sinica mirum in modum æquivoca ſit, unumque verbum ſæpè decem, ſæpè viginti res differentes, ſola accentûs diverſa prolatione enunciata, ſignificet; illa ſuprà quàm dici poteſt, difficilis redditur, & non niſi ſummo labore, intenſo ſtudio, & cum mille reflexionibus addiſci poteſt ab exteris. Mandarina toti Regno communis eſt, ejuſque principalis uſus eſt in curia & aula Regis, quæ ſunt *Pequini*, & *Nanchini*, eſtque in toto Regno eadem, quæ in *Hiſpania* Caſtellana, & in *Italia* Toſcana. Characteres toti Regni *Sinarum*, uti & *Japoniæ*, *Coreæ*, *Conchinchinæ*, *Tonchini* communes ſunt; idioma diverſiſſimum eſt: hinc *Japones*, *Conchinchinæ*, *Coreæ*, & *Tonchini* gentes, libros & literas hoc characterum genere ſcriptos intelligunt quidem, ſibi tamen mutuò loqui, ac ſe invicem intelligere loquentes non poſſunt; non ſecus ac figuræ numerorum toti paſſim *Europæ* uſitatæ ab omnibus intelliguntur, tametſi voces,

Lingua Mandarina.

Vicinæ *Chinæ* nationes intelligunt Scripturam Sinicam, non tamen idioma.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

quibus pronunciantur, diverſiſſimæ ſint; characteres enim ſigna ſunt conceptuum rerum omnibus communium. Hinc aliud eſt, noſſe characteres Sinicos, aliud Sinicâ linguâ loqui; poſſet enim externus quidam bonâ memoriâ præditus, & ſtudio conjuncto, ad ſummam eruditionem ex librorum Sinicorum lectione pervenire; tametſi neque loqui, neque loquentes intelligere poſſet. Quia tamen idioma in Dei cauſa negotiantibus Apoſtolicis Viris omninò neceſſarium eſt; hinc juxta Muſicas notas, *ut*, *re*, *mi*, *fa*, *ſol*, *la*, aſcenſus deſcenſuſque Sinicorum accentuum in pronunciatione obſervatorum, quibus in linguæ difficultate ſuperanda juvarentur, P. Jacobus Pantoja primus notas invenit; quas, ſupra Europæo modo ſcriptas dictiones Sinicas, ſequenti modo exprimunt ˆ. ˉ. ˋ. ˊ. ˘. Prima nota, quinque Sinicorum accentuum ˆ reſpondet Muſico *ut*, & ſonus ſeu enunciatio Sinicè vocatur *chō pīm*, quaſi dicas, *prima vox prodiens æqualis.* Secunda nota ˉ reſpondet muſico *Re*, & ſonus Sinicè vocatur *pīm xīm*, quaſi dicas, *clara vox æqualis.* Tertia nota ˋ reſpondet Muſico *Mi*, & ſonus Sinicè dicitur *xàm xìm*, id eſt *alta vox*. Quarta nota ˊ reſpondet Muſico *Fa*, Sinicè dicitur *Kiú xìm*, id eſt, *abeuntis alta vox.* Quinta nota ˘ reſpondet Muſico *Sol*, Sinicè dicitur *gĕ xìm*, id eſt, *ingredientis propria vox.*

De quibus vide *novam noſtram Polygraphiam* anno 1663. *Romæ* editam.

*Dens* *yâ*

*Mutus* *yă*

*Exellens* *yà*

*Stupor* *yá*

*Anſer* *yă*



Sic verbi gratia unica dictio, *ya*, ſcripta Europæis literis, notis quinq; ſuperioribus effecta, enunciari debet diverſis vocibus & accentibus, quemadmodum conſcribitur à *Sinicis* diverſis characteribus.

Ut ſignificationes diverſas eadem pronunciata dictio ingerat auribus audientium, oratio verò paulatim prolata Muſices referat ad tactus tempora, ex monoſyllabis dictionibus (nulla enim apud *Sinas* polyſyllaba) ordinatam harmoniam. Figuras quinque vocalium ſeu accentuum ſuprà poſitorum expreſſimus hîc, ut vides.

Dictarum notarum ope exteri linguam addiſcunt, quanto tamen cum labore quantiſque reflectionibus, faciliùs eſt cogitare, quàm calamo depingere. *Sinæ* verò hujuſmodi accentuum virgulis non utuntur, ſed ad hujuſmodi pronunciationes, uti ferè omnes nationes à pueritia aſſueſcunt, quanquam illorum literati quamlibet literam accentu ſibi debito pronunciandam non ſolùm in exercito, verùm & in actu ſignato ſciant & doceant. Mirantur autem *Europæos* pronunciata verba eorum, literis Latinis ſcribere poſſe, & tam genuinè repræſentare; & cùm, uti diximus, & ſuo & noſtro Alphabeto careant, quilibet ipſorum character prima litera eſſe poteſt, & media, & ultima, cùm unaquæque vocem, & dictionem integram ſignificet, quæ quidem vocis magnam habent ſignificationum pro diverſitate literarum & pronunciationis diverſitatem. Iterum prima litera v. g. *Chùn* in lingua Mandarina aliter, aliter in *Japonia*, aliter in Regnis differentibus pronunciatur, tametſi idem ſemper ſignificet. Sic qui videt hanc literam, format conceptum *çum*, quod idem eſt ac *revereri*; & ſic de aliis; & hinc eſt quod dixi, qui unam ipſorum linguam unà cum literis novit, non ſolùm totum Regnum *Sinarum*, verum multa alia ſcripta peragrare poterit.



CON-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# CONCLUSIO OPERIS.

HÆc ſunt, quæ de Regni *Sinarum* & adjacentium illi Regnorum admirandis, Curioſo Lectori comunicanda duxi. Innumera alia hoc loco adduci poterant, verùm cum alii de iis jam uberrimè egerint, ea non iteranda cenſui, vel ex hoc capite; quod potior inſtituti noſtri ratio foret, non vulgo nota, nec ab aliis jam tradita, ſed rariora quædam & reconditiora, tum in vaſto illo Imperio; tum, in reliquis vicinioribus Orientis *Indiarumque* Regnis à PP. NN. obſervata, in unum volumen congerere, congeſta in lucem publicam evulgare; ne, quæ tanto labore, per immenſos Oceani, Terrarumque longè latéque diffuſos diſtrictus à PP. NN. obſervata, & ſcriptis commiſſa fuerunt, illa, aliis majoris momenti negotiis intentis Patribus, injuriis temporum conſumpta perirent. Juſſu itaque eorum hoc opus qualecunque tandem ſit, occepi, digeſſi, & ea qua fieri potuit, fide ac diligentia publicæ luci commiſi. In quo ſi quidpiam dignum, nec non Chriſtianæ Religioni & Reip. Literariæ fructuoſum emerſerit, id non tam meo ingenio, laborumque aſſiduitati, quam dictorum PP. liberalitati, & in promovendis literis & ſcientiis zelo cumprimis adſcribi velim. Vale Lector, & σφάλματα ſi quæ occurrerint, excuſa.

*OMNIA*

*Ad M. D. G. Virginiſque Matris honorem & gloriam.*



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# INDEX RERUM & LOCORUM MEMORABILIUM.

Numerus Paginæ index eſt, Literæ a & b Columnam primam & ſecundam denotant.

## A.


ABides animal marinum 200.a.
Acſu oppidum Regni Caſcar 64.a.
Accentus Sinici 12.a.b. 236.a.
Adami Lapſus 29.a.
Ægyptus à Cambyſe ſubacta 151.a. valde ſuperſtitioſa ibid. & ſeq.
Agra Mogoris Regia 66.b. à quo fundata 77.b.
Alexander VII. P. O. M. reſpondet Helenæ Sinarum Reginæ & Pan Achilleo 102,103
Alexander Magnus cur dictus Dhulkarnain 44.a. quando mortuus ibid.b.
Amaſea Ponti Urbs 86.b.
Americæ inventio prædicta 35.a. ea Ferdinandus Corteſius potitur ibid.a.b.
Amida Japoniorum numen 138. reſpondet Horo Ægyptio Numini 139.a. Harpocrati parallela 141.a.
Amphipolis Phrygiæ urbs 86.b.
Ananas, vide Fam po lo nie
Ancheran Regio 63.b.
Annus Alexandræus 44.b.
Anni Græcorum quales 44.a. eorum cum annis Chriſti accommodatio ibid.a.b.
Anates fornacibus excluſæ 198.a.
P. Antonius Ceſchius 163.b.
Apoſtolorum & Sacerdotum Chriſti vita 30.a.
Apis Ægyptiorum Numen à Cambyſe occiditur 151.a.
Aquila quale lignum 182.a.
Ararat mons 86.b.
Arbor fructum ſine foliis producens 187.a. bis in anno fructus ferens 188.a. ſævum producens 189.a.b.
Argon Tartaria Regnum, ubi Chriſtiani Thomæi 48.a. 92.a.
Arſeron Armeniæ minoris aſpera urbs 86.b.
Asbeſtus igne inconſumptibilis 206.b. mirabilis 207.a.
Aſia ſuperior quid 92.a.
Aſion Gaber Maris Rubri portus 58.b.
Aſtronomiæ Sinicæ origo 108.a. monumenta combuſta ibid.b. inſtauratio ibid.
Athec fl. unde ortus 49.b. urbs 63.a.


## B.


BAchara urbs ad fl. Oxum 87.b.
Bâctra Academia Regni Usbec 87.a.
Badda, aliter Necbal, urbs 65.b.
Balaſcia, hodie Coraſina 89.b.
Balch Regia Usbec 86.b.
Balzra qualis Armeniorum portus 88.b.
Barantola Regnum, Saracenis Boratai, incolis Laſſa, 51.a. ejus Rex Pater Cæleſtis dicitur, & à Monarcha Tartaro Sinici Imperii veneratur 50.a b.
Barhautaur Indianorum Idolum 159.a.
Barilia vaſa unde conficiantur 185.a.
S. Bartholomæus Apoſtolus populos Armeniæ Majoris fide Chriſti imbuit 92.b.
Battana Regni Bengalæ civitas 66.a. 77.b.
Bazainum Indiæ urbs 163.b.
Begarger Regio 48.b.
Belech civitas Regni Turcheſtan 52.b.
Belor mons altiſſimus 48.b. Regnum ibid. 49.a. 65.b.
Benares urbs populoſa ad Gangem 66.a. Academia Brachmanum celebris 77.b.
Beſtiarum cultus 143.b. & ſeq. Triumphalis currus 195.a.b.
Bhavani Indianorum Deaſtra 161.a.
Bietala arx ad finem urbis Barantolæ 74.b.
Bombyces in Prov. Chekiang abundantes 206.b.
Bonzii Pagodum ſectatores blaſphemant Evangelium 31.b. in Honam Prov. inſurgunt 40.b. perſequuntur Patres 99.b. Idola Chamis adorant 138.a.b. eorum dolus 107.a.
Brachmanes in hunc diem Pythagoricum vitam ducunt 148.a. 152.a. Originem ſumunt ex Cechian ſive Xaca 154.a. ſeptem ſingunt maria 155.a. Θεομόρφωσιν ab Ægytiis hauſerunt 155.b. Araneum Mundi originem ſtatuunt 156.a. vocantur & Gymnoſophiſtæ, ibid. varias habent ſectas ibid. & ſeq. utuntur literis quas Arcanas vocant 162.& ſeq. eorum Dii 154. & ſeq.
Briareus Centimanus 143.b. quid per eum Græci intellexerint ibid.


## C.


CAbala Mahumetanorum ſeptem Mundos voluptuarios ſtatuit 155.b. Saracenorum


Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*rum ex* Brachmannum *diſciplina deſumpta eſt* 155. b.
Cabra de Cabelo *qualis ſerpens & ubi* 204. b.
Cabul *urbs*, Mogoris *juriſdictioni ſubjecta* 63. b.
Ca çum neñ meñ *Sinarum Rex & Evangelii propagator* 41. b.
Cadamendù *Metropolis Regni* Necbal 65. b.
Calcià *urbs Regionis* Ancheran 63. b.
Calamina *quis locus* 53. a. *legendum* Calurmina ibid.
Calambà *lignum* 182. a. *creſcit in rupibus montium inacceſſis* ibid. b. *ejus pretium* ibid.
*Calendarium Sinicum* 108. a. *variè correctum* 109. a. *emendatur à Patribus* ibid. *à Joanne Terentio* 110. a. b. *à Joanne Adamo Schall* 111. a.
Calicut *Indiæ Regnum* 148. b.
Caliphus *Babylonius fame necatur* 94. b.
Calurmina *Malabaricè quid* 53. a.
Camaſſonum *Idolum* 135. b.
Cambalù *civitas* 60. a. *Regia Magni* Cham 90. a.
*Campanæ Pekinenſis magnitudo* 222. b. 223. a. *ejus & Erfordienſi menſura* 223. a. b.
Campition *Tangutici Regni Metropolis* 89. b.
Camſana *Sinenſis Regni urbs* 154. a.
Camul *munita urbs* 64. a.
*Cancri cruce inſigniti* 35. b. *in ſaxum converſi* 202. b.
Canſangui *mons lapideus* 63. b.
Caozum *Rex* Olo puen *Epiſcopum conſtituit* 40. b.
Caprangue *Urbs Regni* Tebeth 49. a.
Caphurſtan *Chriſtianorum urbs* 91. b.
Caracatai *deſertum* 94. a.
Carcha, *bodie* Jarcha 89. b.
Caſcar *Regnum* 63. b.
Caſmir *Provincia* Mogoris *delicioſa* 84. a. 91. b.
*Catalogus Librorum à Patribus in Chinenſis Eccleſiæ incrementum conſcriptorum* 117. b. & ſeqq. *Familiarum, virorum, & tributorum* Chinæ 167.
*Catechiſtæ apud* Sinas *qui* 121. a. *quid facere debeant* ibid.
Cathaii, *aliter* Sinæ.
Cathaium *qualis Orbis plaga* 47. a. *nil aliud quam* China *eſt* 60. a. & ſeq. *deſcribitur ab* Haythone 90. b.
*Catti Volantes utrum dentur verè & quales ſint* 84. *ſunt delicatum edulium* 85. a.
*Caucaſus ejuſque altitudo* 47. b.
Cave *Turcarum quid præſtet* 180. a.
Caydu *Rex* 36. b.
Cecialath *mons* 63. b.
Centaba *Regionis* Begarger *urbs maxima* 48. b.
*Cervus odoratus Sinis* Xechiam 190. b. & ſeq.
Ceù *quid Sinicè* 60. b.
Chà *herbæ facultates & uſus* 179. & ſeq.
Cham *primus coloniarum in ultimum Orientem traductor* 226. a.
Chan *Tartarorum Imperator convertitur ab* Haythone *Armeniæ rege* 93. a. *reſpondet Regi Armeniæ ad poſtulata* 93. b. & ſeq.
*Characteres* Sinenſium *ex omnibus rebus compoſiti ſunt* 226 a. *Veterum* Sinarum *quales* 227. a. b. *Hieroglyphici Sinenſium & Ægyptiorum qualiter differant* 233. a. *quî componantur* 234. b.
Chekiang *Provincia* CHINÆ *abundat papyro & vernice* 220. a.
Chiarkar *urbs ferro dives* 63. b.
Chin *Lacus in Prov.* Junnam 175. b.
CHINA *Regnorum omnium maximum* 3. a. *ubi ſita* ibid. *à ſuis ſub quadrati figura exprimitur* ibid. *varia ſortitur nomina* ibid. a. b. *dividitur in quindecim Regna* ibid. b. 4. a. *difficilis in eam aditus* 5. a. *Imagines S. S. colit* 30. b. *Evangelium in decem ejus Provinciis prædicatur* 31. b. *à Tartaris* Catajum *dicitur* 62. b. *Orthodoxæ fidei in ea reſtauratio* 93. a. *mirificè à natura & arte munita eſt* 164. a. b. *patria lingua* Cunchoa *vocatur* 165. a. *quanta* ibid. *regitur à Literatis & Philoſophis* 166. a. *habet urbes magnas & ſplendidas* ibid. b. *Familiarum & virorum in ea numerus* ibid. *quales habeat reditus* ibid. & ſeq. *quod urbes* 168. a. b. *abundat Europæis fructibus* 185. b. *alit Elephantes, Tigrides, Urſos* 190. a. *eſt Serica Regio Ptolomæi* 206. b. *Mineris abundat* 209. a.
Chines *Pyramides* 134. b.
Chiſung *herba ventos & tempeſtates demonſtrans* 177. a.
Choraſan *urbs* 87. a.
CHRISTUS *quando natus* 44. b.
*Chriſtiani hæretica pravitate quando infecti* 92. b.
*Chriſtiana Lex unde in* Chinam *provenerit* 2. b. *apportatur in* Chinam *atque divulgatur* 30. b. *interturbatur* 31. b. *reviviſcit denuo* ibid. *quo tempore* Chinæ *illata* 34. b. 42. a. *introducitur per Societatis* JESU *Religioſos* 97. a. 99. a. *approbatur à Rege* Sinarum 106. a. Vide *Evangelium.*
*Chriſtianæ Legis variæ revolutiones* 4. a. 5. a. 97. a. *excellentia* 30. b. *effectus* 32. b. *veſtigia in* China & India 55, 56.
Chung *Lacus in Provinc.* Fokien 175. a.
Cialis *urbs Regi* Caſcar *ſubjecta* 64. a.
Cientao *quid Sinicè* 214. b.
Cientang *fluvius ingens* 62. b.
Cinge *Dux in Imperatorem electus à Scythis* 50. b.
Cin Hoam Sinarum *monumenta Aſtronomica combuſſit* 108. b.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Cio *mons* CHINÆ, *imminente tempeſtate mobilis* 170. b.
Clemens IV. *Pontifex moritur* 11. b.
Clemeniſu *Tartariæ urbs* 89. a.
Cocincinenſes *quid credant* 145. & ſeq. *colunt Viros Illuſtres* 146. a. *Apotheoſin quomodo peragunt* ibid. b.
Cocolata *Mexicanorum quid præſtet* 180. a.
Coſeucin *in* CHINA *magni nominis Aſtronomus* 108. b.
Colai *quales apud Sinas* 99. a. *alias* Mandarini.
Comus *Hircaniæ urbs* 86. a.
Confutius *Sinenſium Hermes* 131. b. *ejus famum & ſtatua* 132. a.
*Cortex Arboris ingens in monte Ætna* 185. b.
Cotan *flumen* 63. b.
*Creatio rerum* 29. a.
*Croceus fluvius* CHINÆ, *propriè* Hoang *dictus* 165. a.
*Crux in apice Monumenti Syro-Sinici* 5. b. 7. a. *in Sepulchro Divi Thomæ* 5. b. *in Japonia reperta in ſciſſa arbore* 35. a. *ferrea in* Honan *inventa* 35. b. *ejus mirus effectus* ibid. *de ea* Nicol. Trigautii *relatio* ibid. & ſeq. *miraculoſa S. Thomæ Apoſt.* Meliaporæ 53. b. & ſeqq. *denarium numerum notat apud* Sinas 233. b.
*Cubitus* Sinicus *qualis* 224. b.
Cublaus *Magnus Tartarorum Imperator* 36. b. *ab aliis Magnus* Chan *dictus* 92. a. *ejus teſtimonium de Chriſto* 37. b.
Cybele Sinica, *aliter* Puſſa.

D.

DÆmonis *idem ſemper in decipiendis animabus modus* 130. *cultus* 133. b. *in ſtatuam compulſio* 135. b. *fraus* 147. b.
Dahaſar *Idolum Gentilium Indianorum* 159. b.
Dalcan, *hodie Regnum* Viſipor 90. b.
Damaſcus *ab* Haolono *expugnata* 94. b.
Decan *Regnum* 91. b.
*Dei judicia abdita* 4. b. *Filii incarnatio continetur in Monumento* 29. b. 37. b. *Incarnationes, quas* Indiani *credunt, latè explicantur* 157. & ſeqq.
*Deorum cultus in Orientalibus* Aſiæ *Regionibus ab* Ægyptiis 59. b. Chinenſium templa 134.
*Deſcriptio* Chinæ 3. a. *urbis* Cambalù 60. a. Hamcheu 61. b. *Regni* Usbec 64. a. *Murorum* Sinenſium 66. a. 217. a. b. *Regni Mogorici* 79. b. Cathay *ab* Haytone 90. b. *Aſiæ Superioris* 92. a. *Novizoniæ Turris* 135. a. *Idoli* Camaſſoni 135. b. Puſſæ 141. a. *herbæ* Chà *ſive* Te 179. a. b. *Rheubarbari* 183. & ſeq. *Canalis* Jun. 219. a. b.
Deva *Rex* Tanguth, *ejuſque effigies* 68. b. *munus* 72. a.
Diana *triceps* 143. a.
*Divinæ Legis compendium Sino-Latinum* 121. & ſeq.
Docào Sinarum *Rex* 31. b.

E.

ECbatana, *hodie* Tauris 86. a.
*Eccleſia Copto-Æthiopica varias in* Indiam & Chinam *traduxit colonias* 58. a. b.
*Eccleſiæ* Sinenſis *ſtatus Lapidi inciditur* 33. b. *erectio* ibid. *Malabaricæ Breviarium Chaldaicum* 57. a. b. *Fundatores* PP. *Michael Rogerius & Matthæus Riccius* 97. b. *Pekinenſis Epigraphe* 107. b.
*Edictum Sinico-Tartaricum* 105. & ſeq.
*Elephantum pugna* 79 a.
*Epiſcopi Eccleſiæ S. Thomæ erant ex* Chaldæa & Syria 58. a.
*Equus Marinus*, 192. & ſeq. *ejus dentes ſanguinis fluxum ſiſtunt* 193. a.
Erivan *Patriarchæ Armenorum Sedes* 86. b.
Etſchmianin *S. Gregorii & Ripſimes martyrii locus* 86. b.
*Evangelium prædicatur in decem provinciis* Chinæ 31. b. *quomodo ad ultimos* Tartariæ *terminos propagatum ſit* 90. & ſeqq.

F.

FAbula de Dracone Sinarum 32. a. 41. a. *de Draconibus ſubterraneis* 136. a. *de Origine* Puſſæ 141. a. b. *de Gygante Magno* 146. a. *de Elephante albo* 152. a. b. *ridicula* 153. b. 155. b.
Fam kieù lym Sinarum *Rex* 30. b. *Eccleſiam exſtrui curat* 31. a.
Fam Polo nie *fructus arboris* Kagiu 188. a.
Fan-yay-xu *arbor ſine ramis* 86. a. b.
Fe, *ſeu* Fo *Jupiter* Sinicus 136. b. & ſeq. 172. a. 173. a.
*Ficus Paradiſi* 187. b.
Fòhì Sinarum *Rex & literarum inſtitutor* 225. a. 228. a.
*Folia arborum, ubi in hirundines animentur* 178. a.
*Fons inſolitus in Prov.* Honan 209. b.
Foqueux *Japoniorum Secta* 139. b.
Fu *quid in lingua* Sinica 60. b.
Fuen yam Sinarum *Regulus* 33. a.
Fum Hoam *aves Regiæ* 195. a. b.

G.

GAllinæ Lanigeræ 196. a. b.
Ganges *fl. unde oriatur* 49. b. 64. a. *ferax pretioſis lapidibus* 80.
Gavorſtan *Natio Chriſtianorum, qui S. Thomæ dicuntur* 91. a.
Gelal Edim Mahumed *Mogulum Imperii Monarcha* PP. *ex* India *evocat* 78. a. *In publico*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*publico auditorio maxima refulgebat Majeſtate* ibid. a. b. & ſeq. *dicitur habere ad quinque millia Elephantorum* 79. b.
Ghideli *urbs* 63. b.
Gialalabath *locus* Brachmanum *teloniis celebris* 63. b.
Ginſeng *radix pretioſisſima* 178. b.
Gog & Magog *in Sacris Literis quales Regiones* 47. a. *ab aliis* Lug & Mongug *vocantur* 48. a.
Gregorius X. Rudolpho *Imperante Pontifex electus* 86. b. *accipit literas Magni* Cham ibid.
Guzarata *minor* 91. b.

H.

H*Abitus Tartarorum* Kalmak 67. a. b. *Tartaræ Septentrionalis* 69. *Viri Aulici* 70. *Communis in Regno* Tanchut 71. *Vetulæ* 75. *Mulierum ex Regno* Coin ibid. *Juvenis* ibid. *Mulierum nobilium Regni* Tanchutici 67. *Fœminæ prope* Cuthi *urbem Regni* Necbal ibid. *Regni* Necbal ibid. & ſeq. *Tartari Septenrionalis* 77. *Sinico-Tartarorum Monarchæ* 113. a. *P. Adami Schall* ibid. b. *Sinicus differt à Tartarico* ibid. *Fœminarum* Sinenſium 115. b.
Haipien Sinarum *Onomaſticum* 12. a.
Hairati, *olim* Sicandria *dicta* 87. a.
Halepum *fortisſima urbs expugnata ab* Haolono 94. b.
Hamcheû *maxima* CHINÆ *urbs* 169. a.
Han *Regis* Tanguth *effigies* 68. a. *mortuus divinis honoribus colitur* 73
Hancheu *metropolis* 61. b. *innumeris pontibus referta* 62. a. *ejus circuitus* 62. b. *eſt M. Pauli Veneti* Quinſai ibid.
Haoloni *zelus* 95. a. *epiſtola ad* Ludovicum *Regem* Franciæ ibid.
Har Indianornm *Gentilium Idolum* 162. b.
Hayma *animal* 192.
Hedonda *Regni* Marangæ *colonia* 65. b.
Helena CHINÆ *Imperatrix ſcribit ad Pontificem* 101.
Hemepht Ægyptiorum *Deus* 131. a.
*Herba* ἀνεμόδωκλ© 177. a. *vitam immortalem præbens* 178. b. *ad vitam perpetuò ſalubrem perducens* ibid. *triſtitiam diſcutiens* 180. b.
Hiarchan Caſcaris *metropolis* 63. b.
*Hippotamus* 192
*Hirundines ex foliis arborum* 178. a. *Lapideæ* 205. a. b.
*Hiſtoria mira de puero Serpentivoro* 82. b. & ſeq. *ex Itinerario P. Joannis à Jeſu Maria* 85. a. b. *de nobili quadam fœmina* Agræ 150. b. *pueri inter urſos inventi* 194. b.
Hiueñ cum chi tao Sinarum *Rex* 31. b. *Legem oppreſſam reſt aurat* 41. a.
Hoangtius *primus Alchimiæ Profeſſor in* CHINA 209. a.
Hoang Chinæ *fluvius* 165. a.
Hociniao *Lacus ad urbem* Vuting 178. a.
*Homo Anſeri ſimilis* 201. a. b.
*Homines ſylveſtres* 193. b. *quinam propriè dici queant* 194. a.
Hormuz *Perſici Sinus urbs* 59. a.
*Horarum nomina apud* Sinas 61. a.
Hybernia *cur venenoſis animalibus careat* 203. b.

I.

D. JAcobus *Metropolita* Indiæ & CHINÆ 57. b.
Jagarnath Indianorum *Idolum* 160. b.
Jagog & Magog *Montes* 47. b. 48. b.
Janus *quadrifrons* 143. a.
Japonii *vitam ducunt Epicuræam* 138. a. *colunt Numen Triceps* ibid. & ſeq. 144. *ad Pythagoræorum* μετεμψύχωσιν *accedunt* ibid. *coronas precatorias gerunt* 139. a. *Solem & Lunam adorant* 142. a. *quos ritus in colendis Idolis obſervent* 142. b. *beſtias colunt* 143. b. & ſeq.
*Jaſpis duplex* 63. b.
*Idola quot* Nancgini *in* CHINA 133. b. 134. a. Chamis *quæ* 139. a. Ægyptiorum Sinis *familiaria* 143. a. *variè mutata* 142. 143. *in Regno* Necbal πολυκέφαλα 144. b.
*Idololatria* Sinenſim 131. & ſeq. *ex* India *in* Chinam & Japoniam *tranſlata* 132. b. Græcorum & Ægyptiorum *in* Chinam *tranſmigraſſe videtur* 134. a. & ſeq. *Japonica* 142. b. *Inſularum Philippinarum* 147. b.
Jeki *Gallinarum lanigerarum ſpecies* 197. a.
Indoſtan *Regnum ubi ſitum* 132. b.
Indoſtani *igne ſe concremant* 150. a. *adhuc ſectantur ritus veterum* Ægyptiorum 148. b.
*Inconſtantia rerum humanarum* 4. a.
Indi *quæ Idola colant* 147. & ſeq. *Dæmonem adorant* ibid. *quas ceremonias adhibeant* 149. a. *quomodo ignem colant* 149. b. *credunt decem incarnationes Dei* 157. & ſeq.
India *hodie Regnum* Magoris 41. b. *Apidem & Bovem colit* 147. a.
Indus *fl. unde ortus* 49. b. *abundat Crocodilis* 85. a.
*P. Joannes Adamus Schall creatur primi ordinis* Mandarinus 104. b. *viſitatur à Rege* ibid. *laudatur* 106. a. & ſeq.
*P. Joannes Terentius Calendarii emendationi ſufficitur* 10. a. b. *Plinium Indicum componit* 110. b. Pekinum *evocatur* 111. a. *moritur* ibid.
Iſis *quô colatur apud Ægyptios* 146. b.
Iſpahan *Regia ſedes Magni* Sophi 86. a.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Iter* Benedicti Goës *ad* Catajum *detegendum* 63. a. b. Pekino *à* Singfù *urbem* 64. b. & ſeq. *Ex* Agra *Mogorum in* Europam 85. b. & ſeq. Amati Cheſaud *per* Usbec *in* Chinam 86. b. M. Pauli Veneti *confuſum eſt* 87. a. 89. a. & ſeq. Henrici Roth *per* Indiam 90. & ſeq. S. Thomæ *Apoſtoli ex* Judæa *in* Indiam 91. & ſeq. *Alexandri Valignani* 97. b.
Judæa *Sinicè* Tancin 30. b. *deſcribitur juxta* Sinenſes *Geographos* 31. a.
Julpha *ad Araxin ſita* 86. a.
Jun *Canalis* Sinenſis 219. a. b.
*Jupiter quì vocetur* Indis 147. b.
Izbuzad *ex* Belech *oriundus* 52. b.

## K.

Kagiu *arbor bis in anno fructus producens* 188. a.
Kalmuk *Tartariæ deſertum* 47. b. 48. a. 65. a. 67. a. *varia habet nomina* ibid.
Kezalbax 87. a.
Kiang *fluvius* Chinæ 165. a.
Kiehò *Sacerdos* 52. a. 41. b.
Kień cium Xim veń vũ Sinarum *Rex* 32. b. *Divina Legis Zelotes* 41. b.
Kim kiaò *quid apud* Sinas 30. b.
Kis *quid in* Sinenſi *lingua* 29. a.
Krexno *Idolum, cui titulus Paſtor vaccarum* 160. b.

## L.

*Lacus ferrum in cuprum vertens* 174. a. b. *tempeſtates ciens* 175. b. *Albuneus Tyburtinus* 209. b.
Laenſes *bovem colunt* 147. b.
Leo *Mandarinus primus Monumentum* Syro-*Sinicum evulgavit* 6. a.
Lama *Magnus eſt Sacrificulorum Pontifex* 51. a. *ejus effigies* 73. *quomodo reſuſcitetur* 73. a.
Langur *mons idem qui* Belor 48. b. *altiſſimus* 75. a.
Lanzu *quid* Sinicè 133. b.
*Lapis ad incrementum & decrementum Lunæ creſcens & decreſcens* 206. a. *vaccinus in prov.* Xantung 206. a.
Laſſa, *Tartaris* Barantola *Regnum Tartariæ* 48. a. 65. a.
*Lazuli lapis ubi reperiatur* 48. a.
Lincing *Civitas* 219. a.
*Lingua Syriacas quibus olim communis* 45. b. Sinarum *difficilis* 235. a. *Mandarina* ibid.
*Liturgia* S. *Jacobi* 39. b.
*Literæ Brachmanum* 162. & ſeq. *apud* Sinas *quando inventæ* 225. a. Sinenſium *ſingulæ ſingularum rerum conceptus notant* 226. b. *earum uſus & variæ formæ* 227, 228. & ſeqq. *Ægyptiorum Hieroglyphicæ non ſimplices voces aut nomina, ſed integros conceptus ideales involvebant* 234. a.
Lop *deſertum* 89. b.
Loyang *pons in Prov.* Fokien 213. a. b. *conſtat* 300. *pilis* 214. a.
S. Ludovici *literæ ad Regem Tartarorum* 96. a. *Munera ad* Magnum Chan ibid.

## M.

Maſſa *quid* 104. b.
Mahumetis *lex, quantum Mundum infecerit* 92. b.
*Mahumedani purgatorium credunt* 39. a.
Mandarini *quales apud* Sinas 99. a. 115. b. *convertuntur ad Chriſtum* 106. b. *cum ad Curiam acceſſuntur, humeris portantur* 113. b. *literis conſpicui* 166. a.
Manga *fructus* 189. a.
Mangin *Regnum* 62. a.
Maranga *Tartariæ Regnum* 48. a.
Martome *Syrus Eccleſiam in* India *inſtaurat* 55. a.
Matxautar *Gentilium Indorum Idolum* 158. b.
Maxahad *urbs* 87. a.
Menipe *Tanguticorum numen* πολυκέφαλον 71. a. b. 72. 131. 145.
Melita *cur venenoſis animalibus careat* 202. b.
*Metæ milliariæ quam magnæ* 215. b.
*Metempſychoſis cridetur à Sinenſibus* 132. b. *eſt duplex* ibid. *diverſimodè explicatur* 153. a. *mirum de ea exemplum* 154. a.
*Miſſæ Sacrificium ſemper oblatum in Orientali Eccleſiæ* 39. b. & ſeq.
Mogor *Regnum ubi ſitum* 79. b. *ejus incolæ triplici lingua utuntur* 80. a. *quæ animalia in eo* ibid. *fodinis metallicis abundat* ibid. *Serpentum in eo virulentia* 80. b.
*Montes in* China *miras habentes proprietates* 170. & ſeqq. *Æolii* 174. b.
*Monumentum Syro-Sinicum* 1. *de eo cenſorum & Ariſtarchorum quorundam judicium* ibid. a. b. *Doctrina in eo tradita Orthodoxæ Eccleſiæ conformis* 2. a. *ejus interpretatio duplex* ibid. *inventio* 5. b. *quantitas* ibid. 7. a. *evulgatio in Imperium Sinicum* ibid. *à* P. Alvaro Semedo *primò viſum & deſcriptum* 6. a. b. *ejus meminit* Martinus Martinius 6. b. *exemplar in Collegio Romano ſpectatur* ibid. *exactè deſcriptum à* P. Michaele Boimo 7. b. & ſeq. *ejus interpretatio prima* 13. & ſeqq. *ſecunda* 22. & ſeqq. *tertia* 29. & ſeqq. *in eo* SS. *Trinitas continetur* 37. a. *nominum Syriacorum in eo explicatio* 42. b. 43. a. *quo anno erectum* 43. a. b. 96. a.
*Monſtrum marinum* 4. *oculorum &* 6. *pedum in Prov.* Quantung. 202. a.

*Mundus*

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

*Mundus Idololatria involutus* 129.
*Murus* Sinenſis *Regni* 64.a. *cur ejus in itinere* M. Pauli Veneti *non fiat mentio* 90.a.*quam longus* 217.a.b. 218.a.b. *à quibus cuſtodiatur* 218.a. *quam altus* ibid. *à quo & quo tempore conditus* ibid.
*Murrhina vaſa*, Vide *Procellana*
Mutgari *Mogoris urbs* 65.b.

N.

NAiam *Chriſtianus ambit Tartarorum Regnum* 36.b.& ſeq.
Nanchinum *Urbs* Chinæ *maxima* 169.a.
Naraen *Indianorum Idolum* 157.b. & 158.a.
Narſeng *Idolum Gentilium* 159.a.
Naſchevan *Armeniæ urbs* 86.a.
Naſirodinus *Aſtronomus Perſa* 218.b.
*Navigatio commoda ex Erythræo mari in* Indiam 58.b.
Necbal Tartariæ *Regnum* 48.a. & *urbs Regni ſedes* 65.b. *ejus Gentis mores* 75.b. 76.a.
Neſti *urbs Regni* Necbal 65.b.75.b.
*Neſtoriana hæreſis quando orta, & quas Regiones infecerit* 92.b.
*Neſtoriani primum docuerunt* Tartaros *charactꝫeres Chaldæos* 96.b.
Nicea *Bithyniæ urbs* 86.b.
*Nidi volucrum edules* 198.b.& ſeq.
Ni ueñ çum Sinarum *Rex & ejus virtutes* 34.a.
Niſi, *vide* Ginſeng
Nixapor 87.a.
*Novizoniæ Turres* 135.a.
Nyſa *à quo condita* 59.b.

O.

OChus *Medorum Regia* 86.a.
Olò puen *primus* Sinenſium *Apoſtolus* 30.b.& ſeq. 40.b.
Omyto, *vide* Amida.
Ophir *qualis propriè Regio* 58.b. *eſt nihil aliud quam* India 59.a.
Ormus, *vide* Hormuz.
Oſiris *Ægyptiorum Numen* 146.b.

P.

PAgodes *mons in* Bazaino 163.b.
Pagodes Indorum *numen* 131. 145. *quando fiant* 153.b.
Pan Achilleus *ſcribit ad Pontificem* 100.
Paoki *Mons in provincia* Xenſi *figuram refert galli* 170.b.
Papaya, *vide* Fan-yaz-xu.
Parapaniſus *Ptolomæi qualis Regio* 65.b.
Parraim *aurum quid* 59.a.
Parvan *Mogolici Regni oppidum* 63.b.
Paſſaur *urbs* 63.a.
Pekinum *Sinarum Metropolis* 66.a. 169.a. *vaſtitate Provinciam præ ſe fert* 106.b.
Peli *lacus* 174.a.
Peſce muger 193.b.
*S. Petrus Epiſcopus Sebaſtes Infidelibus de Sacrificio Miſſæ reſpondet* 40.a.
*Pertica quam magna apud* Sinas 215.a.
S. Philippus *Aſiam Superiorem Evangelio imbuit* 92.a.
Phut *pueri dæmoniaci effigies* 71.
*Pinus inſolitæ craſſitiei* 185.a.b.
*Piſcis Croceus mutatur in avem* 199.a. & *quomodo* 200.a.b.
*Piſces cornupeta in Prov.* Quamſi 202.a.
Po-lo-nie *arbor* 185.b.
*Polythæia Ægyptiorum Græcorumque adhuc durat* 130.
*Porcellana vaſa unde & quomodo conficiantur* 208.a.b.
*Pons* Loyang *mirabilis in Prov.* Xenſi 214.b. *volans propè* Chogan 215.a. *in Gallia, vulgò* le pont du Gardon *ibid. in Prov.* Junnan ibid.
*Preſbyter Joannes quis & ubi habitaverit* 47. & ſeq. *nunquam fuit in Africa* 50.b. *cur Imperator* Abaſſinorum *ſic dictus* ibid. *eſt potentiſſimus Aſiæ Rex* 51.a. *Sedes ejus in Regno* Tanchut 52.a.
*Prodigia converſiones rerum ut plurimum præcedunt* 35.a.
*Provinciæ Imperii* Sinici 4.a.
*Providentia Divina in reſuſcitatione perditæ fidei* 5.b. *in detecto Monumento* 35.a.
Pruſſia *Bithyniæ urbs* 86.b.
Pſammoſſires *Reges Perſiæ* 59.a.
*Putei ignei in Prov.* Xanſi 209.b. *in Europa* 210.a.b.
Pucian *oppidum* 64.a.
Puſſa *Sinarum Deaſtra* 136.b. *ejus effigies* 140. *quid myſticè ſignificet* 141.b. 143.b.
Puſu *herba vitam immortalem præbens* 178.b.

Q.

QUanglang *arbor farinacea in prov.* Quamſi 177.b.
Quei *herba triſtitiam diſcutiens* 180.b.
Quei *terra mineralis in prov.* Xenſi 206.a.
Quei *fluv.* 219.a.
Queyu *mons* CHINÆ *mirabilis* 170.b.
Quinſai *urbs admirandæ magnitudinis* 61.b. *ejus Etymon* ibid. *circuitus* 62.b.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

R.


RAmzandar *Indianorum Idolum* 158.a.
Ravi *fl. unde ortus* 49.b.
Redoc *frigidiſſima Regio* 64.b. 77.a.
*Reges Perſtæ cur* Pſammoſſires *dicti* 59.a.
*Regum S. Evangelii in* Sinarum *Imperio ſucceſſio* 40. & ſeq. *Sinico-Tartarorum exequiæ* 107.a. *mores* 112.b. 114.a.
Rheubarbarum *herba* 183. & ſeq. Sinicè *vocatur* Tayhuam 184.b.
*Rivus Autumno cæruleo tinctus colore, reliquis menſibus limpidus* 175.a.
*Roſa bis ſingulis diebus colorem mutans* 176. a. b.


S.


SA çum neñ meñ Sinarum *Rex & ejus virtutes* 32.b.
*Sacerdotum* Sinenſium *habitus* 38.a. *Surianorum hæreſis* 55.b. *fanum* 58.a. *Ægyptiorum tranſmigratio in* Indiam 151.b.
*Salamandra cur dicatur Asbeſtus* 207.b. *quid* ibid.
Samarcanda *Regia Magni Tamburlanis* 52.b. 64.b.
Samabugi *miles montium* 139.b.
Sarcil *Provincia* 63.b.
Sarpanil *deſertum* 63.b.
*Saxum ἀνθρωπόμορφον in Provincia* Kiamſi 206.b.
*Scyllæum Promontorium ſub humani capitis figura ſe conſpiciendum præbet* 173.b.
*Sectæ* Sinenſium *tres triplici hominum ſtatui correſpondent* 131.a. *prima author* Confutius ibid. b. *ſecunda vocatur* Amida *apud Japones* Xaca & Amidabu 132.a. *Tertia plebeja eſt &* Lanzu *appellatur* 133.a.
Serapis *triceps* 143.a.
*Serpens Capillatus, Luſitanis* Cobra de Cabelo 81.204.a.b.
*Serpentes in prov.* Quamſi *ingentes* 202.a. *in* Carrajam *quales* ibid. b. & ſeq. *cur in nonnullis locis non vivant, aut veneno careant* 204.a. *in quibuſdam* Chinæ *locis virulenti* 204.a.b.
*Serpentini Lapidis miræ virtutes* 80.b. & ſeq. *mentio apud* P. *Boimum* 82.a.
*Simiæ in* CHINA *diverſæ ſpeciei* 194. & ſeq.
Sinai *mons* 85.a.
SINÆ *curioſi* 5.b. *antiquitatis amantiſſimi* 7.a. *Denarium numerum Crucis figura notant* 36.a. *quid de purgatorio ſentiant* ibid. *in quot horas diem naturalem dividant* 61.a. *res iis Riccii tempore inviſæ quænam* 98.a.b. *diligentes in temporum computu* 108.a. *Planetarum motum ignorant* ibid. *ut & longitudinem & latitudinem Regionum* 109.b. *errant in Geographia* ibid. & ſeq. *multitudinem Mundorum & Metempſychoſin credunt* 132.b. *Pythagoræorum moribus addicti* 133.a. *quot colant Idola* 133.b. *Pyramides adorant* 135.a. *nonnulli Dæmones conſulunt* 136.a. *utuntur Oreomantia* ibid. *Literati Numina ſua falſa in tres ordines dividunt* 136.b. *Draconem colunt* 137.b. *Sapientes credunt rerum omnium ſempiternum & inviſibile principium* 142.a. *Artes Mechanicas ſummo in pretio habent* 169.a. *Literati nullam aliam ſcientiam ſectantur, quam Politico Moralem* ibid. 212. *in obſervatione montium ſuperſtitioſi* 170.a. *non colunt fodinas* 209. a. *ſunt Alchymiſtæ* ibid. *cum Publicum quid exſtruitur plerumque gratis ſervire debent* 214.a. *Vernicem quomodo præparent* 220. a. b. *pulverem pyrium ante Europæos invenerunt* 222.b. *primævi ſcripturam non literarum compoſitione, ſed figuris peragebant* 228.a. *in ſcribendo non calamis noſtratibus, ſed penicillo utuntur* 232.a.b.
SINARUM *idioma valdè limitatum* 11.b. 12.a. *oratio pro defunctis* 38.b. *ignorantia* 98.b. *Regis filius cum matre baptizati* 99.b. *Regis edictum Sinico-Tartaricum* 105. & ſeq. *mores* 114.a.b. & ſeq. *Monarchia rectè conſtituta* 115.a. *Primates rariſſimis ingenii ſpeciminibus devinci debent* 116.b. *Catechiſtarum officium* 121.a.b. *Tres Sectæ* 131.a.b. & ſeq. *Deorum templa* 134. *Regis deliciæ* 165.b. *Rex totius Monarchiæ abſolutus Dominus* 166.a. *Medicorum peritia* 169. a. b. *ingenium & mores* ibid. *Architectura* 216.a.b. *ædium ſplendor interior* 219. b. & ſeq. *Typographia qualis* 220.a. *Characteres Hieroglyphici* 225. & ſeq. *lingua qualis* 235. & ſeq. *accentus muſicas referunt notas* 12.a. 236.a.
Siganfu *maxima* Xenſi *urbs* 6.a. *obſeſſa à* Tartaris 60.b.
Sihu *Lacus* 62.a. *ejus litora cultiſſima* ibid.
Siningfù *urbs* 64.b.
Smyrna *urbs Aſiæ minoris* 86.b.
Sò çum Sinarum *Rex & ejus virtutes* 33.a.
Socien *Civitas in ripa Crocei Fl.* 219.a.
Socieu *urbs Sinenſis* 64.a.
Soldadia *Armeniæ portus* 87.b.
Sum xu *animal domeſticum* 194.a.
*Sympathiæ mira vis* 83.a.


T.


TAchia *conjux Imperatoris* Chei 115.a.
Tai çum veñ vù Sinarum *Rex, & ejus virtutes* 32.b. 41.b.
Taipe *mons tempeſtates excitans* 174.a.
Tanchut *Tartariæ Regnum* 48.a. 68.b. *in eo execrandus mos* 70.a.


Tanga-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

Tangazi *quales Regiones* 218. b.
Tarphan *Regnum* 64. b.
Tartarorum *legatio ad* Innocent. IV. *Pontif.* 96. a. *irruptio Rei Chriſtiani progreſſum turbat* 103. a. b. *Numen* Natagai 146. a. *ſtultitia* 151. b.
Tartaræ *ſeptentrionalis effigies* 69.
Tarut *exilio S. Joan. Chryſoſtomi nota urbs* 86. b.
Tauris *creditur eſſe antiquas* Ecbatana 86. a.
Te, *vide* Chà
Tenduc, *vide* Tanchut
Teng *viminis genus mirabile* 181. a.
*Terra Sancta ab Haolono expugnata* 94. b.
*Teſtudines alatæ in Regno* Honan 204. b.
Thangeran *Regnum* 63. b.
S. Thomas *Apoſtolus ubinam martyrio affectus & quandò* 53. a. 54. a. b. *Ejus mentionem faciunt Syriaci* Codices 56. b. 57. *varia ſuſcepit itinera* 91. & ſeq.
Tibeth *ſive* Tebeth *Tartariæ Regnum* 48. a. b.
Tienſem *Pons ex uno lapide* 214. b.
*Tigris quale animal* 82. b. *frequens apud Bengalenſes* ibid. *in quibuſdam locis manſueta & cur* 204. a. *ejus pili in barba venenoſi* 82. b.
Tor Sinai *caſtrum* 58. a.
*Trinitas S S. continetur in Monumento* 37. a.
Tunchonfung *avicula ex flore naſcens* 198. a.
Tung pa *Sinicè cataractæ* 219. b.
Turcheſtan *Regio, Perſis* Usbec 52. b.
Turphan 64. a. b.
*Typographia* Sinenſium *qualis* 222. a.

V.

VAcca *monoceros* 192. a. *marina* 201. a.
Vangan, *vide* Loyang.
Var Indiæ *Regnum Bovem adorat* 147. a.
*Vernix* Sinica *qualis, & quomodo præparetur* 220. & ſeq.
*Veſicaria herba quid* 141. b.
*Veſpertilio Cattus Volans dictus* 84. *in prov.* Xenſi *cibo aptus* 201. b.
*Vimen mirabile* 181. a.
*Vocales* Sinicæ 12. b.
*Urbes* Chinæ, *quot & quales* 168. & ſeq. *totius Mundi maximæ* 169. a.
Usbec *Regnum* 57. b. 64. a.
Uſù Sinenſis *Sacerdos* 33. a.
Vum liè Sinarum *Rex vitam laqueo terminat* 104. a.

X.

XAca *Japoniorum Idolum* 139. b. *ejus diſcipuli* ibid. *novæ Idololatriæ primus in* India *fundator* 152. a. 80. *millia diſcipulorum aggregavit* 152. b. *confunditur cum Mercurio Triſmegiſto* 154. a.
Xan Hoam *priſcus* Sinenſium *Imperator* 228. b.
(S. Franc.) Xaverii *Zelus in converſione infidelium* 97. a. *mors* ibid.
Xenxus *Japoniorum ſecta* 138. a.
Xecchiam *animal* 190. & ſeq.
Xim liè Sinarum *Rex* 40. b.
Xîm Nûm *priſcus* Sinarum *Rex qua literatura uſus eſt* 228. b.
Xius *Imperator muri* Chinenſis *auctor* 218. a.
Xun che Muen *Pekini porta* 106. a.

Y.

YA *dictio monoſyllaba varias apud* Sinas *ſignificationes habet* 12. b.
Yotan *lacus ad urbem* Pukiang 209. a.

Z.

Ζωολατρεία 130.



Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# TYPOGRAPHI
# LECTORI
## *SALUTEM.*

*POſtquam hoc Opus, Benevole Lector, maximam partem typis impreſſum erat, nobis ab Auctore fuit ſubſequens hæc Serpentis* Cobra de Capelos *dicti, accurata deſcriptio; ſed cum ſuo loco,* Pag. *nimirum* 81. *ob prædictam rationem inſeri non poſſet, ſatius judicavimus hîc eam curioſo exoticorum animalium Indagatori, pro noſtro in Rempubl. Literariam ſtudio, exhibere, quàm penitus ſupprimere. Tu æqui bonique conſule ac vale.*

Serpens dicitur *Cobra de Capelos*, non quod pilis capilliſque inſtructus ſit, uti multi falsò ſibi perſuaſerunt, ſed quod in ſuperiori capitis parte habeat veluti tegmen quoddam adinſtar pilei plani, quod & prout concitatur, ſurgit, verſatile. Refert P. Sebaſtianus d'Almeida hæc dum ſcribo ex *India* Romam advena, hujuſmodi ſerpentes per totam *Indiam* paſſim reperiri; qui verò lapides *Cobra de Capelos* dictos intra ſe generant, non niſi in Dienſi territorio reperiri. Hujus quam *Pag.* 81. vides formæ, in inferiori maxilla SS. Literam natura ei inſculpſit, quo fine hucuſque incognitum eſt. Hunc ſerpentem priùs contuſum, variiſque junctis materiis, lapidem conficiunt *Jogues*, qui ſunt Eremicolæ idololatræ, quos & *Santonos* vocant, artificialem, æquæ ad extrahenda venena, cum naturali efficaciæ, & roboris.

*FINIS.*

ELEN-

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

# ELENCHUS
# LIBRORUM
## A
## P. ATHANASIO KIRCHERO
### E SOCIETATE JESU,
## EDITORUM.

*Quorum, qui nonamplius reperiuntur, appoſita ✠ denotat.*

✠ 1. MAgneſia ſive Concluſiones experimentales de effectibus Magnetis, edita *Heliopoli*, Anno 1630. in 4.

✠ 2. Gnomonica Catoptrica, ſive Horologiographia reflexa, quâ per ſpecula totius Primi Mobilis doctrina, horarumque ductus in interioribus Domus parietibus delineati, radio reflexo demonſtrantur. *Avenione* Anno 1634. in 4.

✠ 3. Specula Melitenſis Encyclica, hoc eſt, Syntagma novum Inſtrumentorum Phyſico-Mathematicorum. *Meſſanæ* Anno 1638. in 8.

4. Prodromus Coptus, in quo tum linguæ Coptæ, ſive Ægyptiacæ, quondam Pharaonicæ origo, ætas, viciſſitudo, inclinatio; tum hieroglyphicæ literaturæ inſtauratio, novâ methodo exhibentur. *Romæ* Anno 1636. in 4.

5. Ars Magnetica, quâ Magnetis natura, ejuſque in omnibus uſus explicatur, ac præterea è viribus Magneticarum Motionum in Elementis, Lapidibus, Plantis, Animalibuſque eluſceſcentium, plurima nova hucuſque per varia experimenta recluduntur. *Romæ* primò in 4. deinde *Coloniæ*. Ultimò iterum *Romæ* pluribus aucta Anno 1654. in ſolio.

6. Lingua Ægyptiaca reſtituta, quà Idiomatis primævi Ægyptiorum Pharaonici, vetuſtate temporum pænè collapſi, ex abſtruſis Arabum monumentis, inſtauratio continetur. *Romæ* 1643. in 4.

7. Ars Magna Lucis, & Umbræ in II. Tomos diviſa, quâ Lucis, & Umbræ in Univerſa Natura Vires effectuſque, nova reconditiorum ſpeciminum exhibitione, ad varios rerum uſus panduntur. *Romæ* Anno 1646. in ſolio; quæ nunc *Amſtelodami* recuditur.

8. Muſurgia, ſive Ars Magna Conſoni, & Diſſoni, quâ Muſicæ Theoricæ, & Practicæ
9. ſcientia traditur: Conſonique & Diſſoni vires effectuſque mirabiles in Natura, in omni pænè facultate demonſtrantur. Opus in II. Tomos diviſum. *Romæ* Anno 1650. in ſolio.

10. Obeliſcus Pamphilius in foro Agonali (vulgò *Piazza Navona*) erectus; in quo Veterum Theologia hieroglyphicis involuta ſymbolis detecta, è tenebris in lucem aſſeritur *Romæ* Anno 1650. in ſolio.

Oedipus Ægyptiacus in quatuor Tomos diviſus, quorum

11. Primus dicitur Templum Iſiacum, quo ad originis, progreſſus, durationis Ægyptiacæ ſapientiæ, ac Hieroglyphicæ inſtitutionis notitiam portæ reſerantur. *Romæ* 1652. in ſolio.

12. Secundus dicitur Gymnaſium Ægyptiacum, quo veterum Hæbræorum, cæterorumque Orientalium recondita ſapientia, temporum injuria perdita, per contextum ſacrarum ſculpturarum demonſtrata inſtauratur. *Romæ* 1653. in ſolio.

13. Tertius variarum Artium veteribus Ægyptiis uſitatarum Claſſes continet, & ſunt Arithmetica, Geometrica, Muſica, Aſtrologia, Mechanica, Alchimia, Magia, Theologia Ægyptia hieroglyphicis exhibita.

14. Quartus dicitur Theatrum Hieroglyphicum, quod eſt Obeliſcorum, cæterorumque Hieroglyphicorum monumentorum, quæ tum Romæ, tum in Ægypto, ac celebrioribus Europæ Muſæis adhuc ſuperſunt, interpretatio. *Romæ* 1654. in ſolio.

15. Iter Exſtaticum cœleſte, ſive Mundi Opificium, quo Cœli ſiderumque tam errantium, quam fixorum natura, vires, proprietates, compoſitio, & ſtructura ſub ficti raptus integumento ad veritatem exponitur. *Romæ* 1656. in 4. poſtea à P. Gaſpere Schot variis commentationibus illuſtratum, proſtat *Norimbergæ*.

16. Iter

Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©

16. Iter Exſtaticum Terreſtre, ſive Geocoſmi Opificium, quò Terreſtris Globi ſtructura, arcanarumque in ea partium conſtitutio, figmento ad veritatem compoſito exponitur. *Romæ* 1657. in 4.

17. Scrutinium Phyſico-Medicum, ſive de Peſte, quo ejuſdem origo, cauſæ, ſigna, prognoſtica, inſolenteſque in malignantis Naturæ effectus, & appropriata remedia demonſtrantur. *Romæ* 1658. in 4.

18. Diatribæ de Crucibus Neapolitanis, quæ ibidem tum ſupra veſtes hominum, tum potiſſimum ſupra Lini ſupellectilem, paulò poſt ultimum Veſuvii incendium comparuerunt. *Romæ* 1661. in 8.

19. Polygraphia ſive Artificium linguarum, quo cum omnibus totius Mundi Populis & linguis, unuſquiſque, licet non alia quàm materna lingua inſtructus correſpondere poſſe demonſtratur: cum multis aliis ad Steganographiam Trithemianam pertinentibus arcanis. *Romæ* 1663. in folio.

20. Mundus Subterraneus, in quo univerſæ Naturæ Majeſtas & divitiæ, ſumma rerum varie-
21. tate exponuntur, abditorumq; effectuum cauſæ in totius Natutæ ambitu duobus Tomis demonſtrantur. *Amſtelodami* 1664. in folio.

22. Hiſtoria Euſtachio-Mariana, qua Vita, Genealogia, & Locus Converſionis S. Euſtachii, nec non Eccleſiæ tam in Urbe, quam in eodem Converſionis loco, Deiparæ, & S. Euſtachio à Conſtantino Magno dedicatæ deſcribuntur. *Romæ* 1665. in 4.

23. Arithmologia, ſive de occultis Numerorum myſteriis, qua origo, antiquitas, & fabrica Numerorum exponitur, eorumque abditæ proprietates demonſtrantur, & fontes ſuperſtitionum hoc tempore currentium aperiuntur, & acriter confutantur. *Romæ* 1665. in 4.

24. CHINA monumentis quà ſacris, quà profanis, nec non de admirandis Artis & Naturæ in triplici ejus regno ſpectaculis, aliarumque rerum memorabilium tum de China, tum de Tartaria, vicinaque India enarrationibus illuſtrata. Opus ob incognitarum hucuſque rerum novitatem, rarum, & curioſum. *Amſtelodami* 1667. in fol.

25. Obeliſci Ægyptiaci præterito anno intra rudera Minervæ effoſſi Interpretatio hieroglyphica; novâ methodo tradita. *Romæ* 1666. in folio.

## *Libri, jam prælo parati, qui poſt enarratos luci, Deo volente, dabuntur, ſunt*

26. Ars Combinatoria ſive Ars magna ſciendi; qua Ars Lulliana reſtituitur, & ad omnes Artes & ſcientias facili methodo addiſcendas, nec non de quocumque argumento propoſito, diſcurrendi porta aperitur. *Amſtelodami* II. Tomi in folio.

27. Ars Analogica, quæ de quovis propoſito themate, per rerum naturalium analogiſmos ſive ſymbolicos conceptus, tum expeditè ſcribendi, tum amplè dicendi materia ſubminiſtratur. *Amſtelodami* in folio.

28. Iter Hetruſcum, quo Hetruriæ tum priſcæ, tum tempore Reip. Rom. tum poſteræ, origo, ſitus, natura, politica, Cataſtrophæ, monumenta ſacro-profana, nec non Naturæ admiranda, triplici ratiocinio, Politico-Phyſico-Geographico deſcribuntur & explanantur. *Amſtelodami* in folio.

29. Latium Priſcum, quo ejus origo, ſitus, Natura, urbes, montes, lacus, monumenta veterum, æquo cum præcedenti paſſu curioſè deſcribuntur. *Amſtelodami* in folio.

30. Splendor Domus Joanniæ, quæ eſt una ex perilluſtribus & antiquiſſimis Hiſpaniæ familiis.

31. Geometria practica combinata, in uſum Principum elaborata.

32. Arca Noë, una cum Turri Babylonica; qua Architectura utriuſque exponitur, prior in 3. libros diſtinguitur, & res ante diluvium, in diluvio, & poſt diluvium peractas curioſis quæſtionibus exponit.

33. Ars Veterum Ægyptiorum hieroglyphica, qua Sacerdotum priſcorum in Obeliſcorum, ſimulacrorum, aliorumque monumentorum hieroglyphicis ſymbolis, diſponendis, ordinandis, & ſingula cum ſingulis combinandis, ratio, modus & methodus, à nemine, quod ſciam, hucuſque tentato artificio verè & genuinè exponitur, & Hieroglyphica ſapientia reſtituta, jure dici poteſt.

## *Nota ad Lectorem.*

Quicunque corpus integrum horum Operum hactenus impreſſorum deſideraverit: is ea à Dom. *Joanne Janſonio à Waesberge, & Eliſæo Weyerſtraet*, Amſtelodami Magnificis Librorum Kircherianorum Impreſſoribus & Bibliopolis, ad unum omnes obtinere poterit.

---

Juxta Exemplar ROMÆ, Typis Vareſii. SUPERIORUM PERMISSU.

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE FONDS ... LILLE
Réserve ancienne commune Lille1, Lille2, Lille3, - PôLib ©